


F L O R E S  
T H E O L O G I C A -  
R V M Q V Æ S T I O N V M, I N S E -  
cundum librum Sententiarum, nunc primùm  
collecti, & in lucem editi.

*Ab Illustri admodum, & Reuerendissimo D. D. Fratре Io-  
sepbo Angles Valentino, Episcopo Bosanensi, ex  
Ordine Minorum assumpto.*

P A R S S E C V N D A.

Ad Sanctissimum D. N. Sixtum Quintum,  
Pont. Optim. Max.

C V M P R I V I L E G I O R E G I O.



M A D R I T I  
Ex officina Petri Madrigalis.  
M. D. L X X X V I.

FLOREN

THEOLOGICA

RVM QUESTIONVM IN SE

cunctam hanc scripturam, hanc primam

collecti & in lucem editi.

Ab Illis iudicibus v. Rectoribus v. D. D. Facultatis

Episcopi Augustini Kienensis Episcopi Suffraganei

Ordinis Monachorum effusis

P A R T E S E C U N D A

Ad sanctissimum D. N. Sixtum Quintum

Pont. Opem. Mer.

CVM PRIVILEGIO REGIO



M A D R I T

Ex officina Petri Madrigalis.

M. D. C. L. X. V. I.



# FLORES TRACTATUS De libero arbitrio.

**D**ISPVTANT De libero arbitrio noster  
Alexand. Alen. quæst. 72. S. Thom. quæst. 83.  
S. Bonau. Ricard. Durand. Scot. & reliqui doctores  
scholastici, distinct. 24. & 25. huius secundi lib. Castro  
verbo libertas contra hæreses. Vegalib. 2. super con-  
cil. Trid. à cap. 10. vsq; ad finem libri. Soto de natura,  
& gratia, à cap. 13. vsquè ad. 20. lib. 1.

*Magist. Sent. Distinct. XXIII.  
Et. XXV.*

Quæstio vnica. De libero arbitrio.

*Difficilis admodum est quæst. hæc, sed Deo Opt. Max.  
adiuuante, positis aliquot art. fiet lucida,  
perspicua, & clara.*

Artic. I. De ijs, quæ ad essentiam liberi arbitrij  
pertinent?



**H**VNC Articulum (seruata methodo expli-  
candarum. q. quam Arist. in primis capitibus  
.1. & 2. lib. posteriorum tradit) nonnullis diffi-  
cultatibus propositis, declarabimus. Et prius  
animaduerte, quæ sequuntur ad litteram. 24.

1. *Animad-  
uersio.  
D. Bona. Du-  
ra. & alij  
dist. 24.*

A 2 dist.

dist. Magistri intelligēdā. Vires animæ, vel sunt superiores, vel inferiores. Superiores sunt mēs, & volūtas; inferiores verò sunt sensus, & eorū affectus, hoc est, appetitus sensitui.

2. *Animad.*

Inter superiores potentias, mens (quæ alio nomine intellectus, & ratio, appellatur) est, quæ de rebus iudicat, bonaq; à malis discernit. Diciturq; mens, aut intellectus, dum ijs cōparatur, quæ quæta contemplatione, citra inquisitionem, in-tuetur. Ratio autem, quando discursu quodam, & progressu alia ex alijs colligit.

3. *Animad.*

Mentem diuidit Magister cum B. August. in superiore, & inferiore, non quod diuersæ sint potentia; sed, quia diuersa sunt eiusdē officia. Vna enim eademq; animæ vis est, quæ superior dicitur, quatenus per eam, legem Dei æternā consulimus, & contemplamur; inferior verò nominatur, quatenus per eā leges, siue rationes tēporales, consideramus.

4. *Animad.*

Voluntas tandem est, quæ iudicio, vel repugnat, vel obtemperat, & inferioribus viribus imperat.

*Prima diffic. An sit lib. arbit.*

*Alex. Alen.*

*m. 1. artic. 1.*

*S. Tho. art. 1.*

*S. Bon. d. 25.*

*artic. 1. q. 1.*

*Duran. q. 1.*

*& Ricar.*

*Castro here-*

*si. 1. Vega. c.*

*13. 14. &*

*15. Vbi S.*

*Gen. 4.*

*Hæresis Ma-*

*nichæorum.*

*& Luther.*

**C**IRCA hanc difficultatem orta fuit hæresis multorum hæreticorum, negantium in homine arbitrii libertatē, qui varia incedunt via. Nec mirum, cum hoc sit illis peculiare, vt vnitatem tenere nesciant. Contra quam hæresim, quia totius impietatis fomentum est, copiosissimè modo agendum fuisset, nisi breuitas, quam in nostris operibus profiteamur, obstitisset.

**C O N C L U S I O I.**

Est quidem arbitrii libertas. Hæc conclusio, præterquam in nobis ipsis experientia comprobatur, multis in locis veteris, & noui testamēti expressè habetur. Dixit enim Deus ad Cain. Nonne si benè egeris, recipies; sin malè statim in foribus peccatum tuum aderit; sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Quare si homo dominabitur appetitui, falsum, & hæreticum est, asserere hominem non posse vitare peccata, quæ ab appetitu proficiunt; vt falsissimè Manichæus affirmavit. Vnde confutatur etiā error Lutheri dicen-

dicentis, arbitrium hominis esse seruum. Cùm Deus dicat esse dominum. Exodi. 35. omnes viri, & mulieres, mente deuota, & infra omnes filij Israël voluntaria domino dedicauerunt. Voluntaria dixit, & non necessaria; quare voluntatis libertatē à necessitate distinguit. Et Deut. 30. Et Iosue vlti. Et. 2. Reg. 24. Et. 3. Reg. 3. datur optio, & electio, & electio nõ est, nisi eorum, quæ sunt in nostra potestate. Nullus enim dicitur eligere id, quod velit, nolit, erit futurum. Et Matth. 23. Hierusalem, &c. quotiens volui congregare, &c. & noluiisti. Et Luc. 9. Si quis vult, &c. Fuit etiam definita hæc conclusio in concil. Arausicano. 2. c. 13. suorum decretorum, & in cõsil. Trid. sessione. 6. cap. 5. & confi. 45. & 6. Citat etiam ad corroborandam conclusionem Castro vbi supra hæref. 1. multas vetustissimorum doctorum, sanctorumq; patrum autoritates. Et qui voluerit plura videre, legat duos lib. Ioannis Cochlei de lib. arbitrio aduersus Philippum Melanch. Et Ioannem Ecchium, qui diffuse, vt solet, de hac re aduersus Lutherum scripsit. Et Ioannem Roffensem contra Lutherũ. Tandem confirmatur ratione; quia si homo libero esset destitutus arbitrio, frustra profectio essent concilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones; & immeritò bonis præmia, & malis pœnæ deputarentur, cùm non liberè, sed necessariò operarentur. Lege etiam varias rationes apud D. August. lib. 5. de ciuitate Dei. c. 9. & de Vera relig. cap. 14. & Damas. lib. 2. orthod. fid. c. 7. & Chrysof. homil. 60. super Matth. & Tertulia. lib. 2. contra Martionem, & Clementem B. Petri discipulum lib. 3. recognitionum, & Irenæum lib. 4. cap. 72. contra hærefes, & Greg. Nicen. lib. de libero arbitrio. c. 1.

Hinc confutatur error Stoicorum, qui ita omnia fato subiacere comminifcebantur, vt nullum liberi arbitrij locum relinquerent, fatum appellantes vim, & positionem siderum, in qua quisq; nascebatur. Huic hæresi subscripsit, quidem pestilētissimus Bardesanes Syrus, cui adhæsisse hac in parte Prifsillianus legitur.

Hinc etiam destruitur hæresis Manichæorum, dicētium, peccata prorsus esse ineuitabilia. Quorũ magister fuit quidam Manes; à quo Manichæi nomen originē habuit. Istorũ

Exod. 35.

Deut. 30. Iosue vlti. 2.

Reg. 24.

3. Reg. 3.

Matth. 23.

Luc. 9.

Damas.

D. Aug.

B. Chrysof.

Tertulia.

Clemens.

Irenæus.

Greg. Nice.

Hæresis Stoicorum.

Castro. verb. fatum cõtra

Hæres. Vega .c. 12.

D. Aug. lib.

5. de ciuitate

Dei. c. 1. &

10. hæres.

35. & 70.

Hæresis Ma

nichæorum.

errorem, iam diu sepultum quasi ex Oreoad superos renou-  
cauit Petrus Abailardus. Quæ errorem à D. Bernar. destru-  
ctum post ducentos, & quadraginta annos Ioânes Vuicleph  
conatus est dogmatizare, fuitq; condemnatus in concil. Cõ-  
stantien. les. 8. c. 27. Huic post centum, & quadraginta plus  
minus annos, successit Martinus Lutherus, & eius sequaces  
Bucerus, Melanthon, Calvinus, & reliqui, asserentes, liberum  
arbitrium esse nomen absq; re, nullamq; in se habere ætini-  
tatem. Fuit etiam tempore apostolorum impugnatum libe-  
rũ arbitrium. Nam Simon Magus inter christianos primus  
est liberum arbitrium inficiatus, cuius errorem D. Petrus,  
teste Clemente eius discipulo, ita confutauit, vt nullum Si-  
mõ, nisi post cõtũ annos, habuerit successorẽ, præter Martio-  
nẽ hæreticum, qui centũ annis traiectis eũdẽ errorẽ docuit.  
Quæ post centũ alios & triginta annos, secutus fuit Manes, à  
quo Manichæi, vt paulò ante diximus, fuerunt appellati.

*Secunda diffi. Nomẽ lib. arbitrij quid significat?*

*Alex. Alen.  
art. 3. & Ca-  
stro vbi s.*

*& Vega su-  
per conc. Tri-  
dent. lib. 15.*

*cap. 4.*

*Alex. Alen.*

*art. 2. §. 2. v-  
bi supra.*

*Dura. d. 24.*

*q. 3.*

*2. Cor. 3. ad*

*Rom. 6.*

*Rom. 8.*

**M**ERITò hoc quæritur, quia omne ambiguum, & mul-  
tiplex prius est distinguendum in suas varias signifi-  
cationes, quàm definiendum.

**C O N C L U S I O.**

Nomen hoc in sacris litteris æquiuocum est. Et ratio est;  
quia libertas, à qua arbitrium liberum nuncupatur, diuersi-  
modè accipitur. Aliquãdo enim libertas significat gratiam,  
per quam à seruitute peccati, cui opponitur, liberamur. Et  
dicitur libertas gratiæ, de qua dicit B. Paul. Vbi spiritus, ibi  
libertas. Et ad Rom. 6. cum enim serui essetis peccati, liberi  
facti estis iustitiæ. Et de hac significatione non est præfens  
disputatio. Nequẽ enim illa omnẽ hominis arbitrium libe-  
rum esse dicimus. Secundò est alia libertas, quæ sola habe-  
tur in gloria, vel est ipsamet gloria, de qua ad Rom. 8. Et ipsa  
creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem  
gloriæ filiorum Dei. Nequẽ de hac libertate est modò ser-  
mo. Tertiò est libertas, quæ opponitur necessitati, vel vt  
verius dicam coactioni. Et hæc est libertas naturæ, de qua  
loquimur in præsentia. Ab ea enim denominatur hominis  
arbi-

arbitrium liberum; ita ut cum operatur, possit non operari, & cum nihil operatur, possit operari. Et hæc dicitur à Magistro libertas à necessitate, & spontanea operandi. De hac etiam libertate sacra scriptura locis in prima difficultate citatis & alijs innumeris loquitur. Est etiam libertas miseriam, id est, priuatio pœnæ eternæ, quæ non contingit, nisi per gratiam lege apud Alex. ubi supra, alios modos, quibus liberum arbitrium sumitur.

*D V B. I. Reperitur ne hoc nomē liberū arbitrium in sacra scriptura?*

CONCLUSIO.

Licet nomē hoc, liberum arbitrium, in scriptura non inueniatur, res tamen nomine significata, reperitur. Hæc conclusio colligitur à simili ex D. Aug. Per eam enim respondet Pascetio Arriano dicenti nomē clatura Homousiō non legitur in scripturis, ergo somnium est, velle astruere filium patri esse consubstantialē. Ait. n. & si nomē non inueniatur in scripturis, res tamen nomine significata reperitur. Sic etiam hæretici, dicentes non esse liberum arbitrium, quia istæ duæ voculæ in scripturis non inueniuntur, sunt confutandi. Nam licet has voces ignoret scriptura; res tamen nominibus significata reperitur, & est in scripturis copertissima. Quemadmodum, teste eodem Aug. laudabiliter patres instituerunt nomen personæ, quod predicatur pluraliter de Patre, Filio, & Spiritu sancto; non quia scriptura ita dicit; sed quia scriptura non contradicit.

Dub. Cur duplici nomine appellatur? Resp. Quia circa liberum arbitrium consistit meritum, & demeritum, & ad utrumque desideratur cognitio, & affectio, & est potentia respectu utriusque determinata; ideo sortitur duo nomina. Dicitur enim liberum propter voluntatem, & arbitrium propter rationem.

Dub. Cur non dicitur liberum iudicium? Resp. Liberum arbitrium habet etiam in se officium iudicis, quod ad rationem; quia quatenus deliberat, debet sequi leges. Iudex enim legibus auctoratur, at uero quatenus eligit, & vult, officio arbitri fungitur, quod ad voluntatem pertinet. Arbitrarius enim nec legibus auctoratur, neque secundum imperium, sicut iudex, diffinit.

D. Aug. lib.

7. de Trinit.

cap. 4.

2. Dub.

Alex. Alen.

§. 4. ubi s.

Dub. 3.



**DVB. IIII. Peruenerunt ne philosophi ad liberum arbitrij cognitionem?**

Dub. 4.  
 Alex. Alen.  
 §. 5. Vbi. §.  
 D. Aug. in  
 lib. Hypogno  
 sticon.  
 D. Bernar.

**R**espondeo. Lib. arb. potest bifariam considerari. Primò, prout dicitur ab arbitrando rationali consideratione, siue ut est potestas rationalis ad opposita. Vel secundò, quatenus est vnum ex principijs meriti, quod sine duobus effici nõ potest. Nam, vt inquit D. Bernar. apud Alex. loco citato, si tollas liberum arbitrium, non erit, quod saluetur, si gratiam tollas, non erit, vnde saluetur. Primo modo cognouerunt philosophi liberum arbitrium: nõ autem secundo, quatenus est initium meriti; quia ad cognitionem meriti, quod est ex gratia, & libero arbitrio, non potuerunt peruenire.

*Secunda diffic. Quid nam est liberum arbitrium.*

Alex. m. r.  
 art. 1. S. Th.  
 art. 2. C. 3.  
 D. Bona. per  
 sex. ferè. q. in  
 p. 1. d. 25.  
 Duran. dist.  
 24. q. 1.  
 Ricar.

Alex. noster tres adducit lib. arb. definitiones. art. 2. citato.

**C O N C L V S I O I.**

Liberum arbitrium nõ est actus alicuius potestatis. Et ratio est; quia cum actus nõ semper maneat in homine, vt constat in dormiente, & pueris ante rationis usum, & liberum arbitrium semper in homine permaneat, nullo modo erit actus.

**C O N C L V S I O II.**

Neque est liberum arbitrium habitus. Ratio est; nõ primò non est habitus acquisitus, neque infusus; quia isti habitus nõ sunt naturales, id est, de quidditate hominis; liberum autem arbitrium est naturale, & de quidditate hominis. Secundò nõ est habitus naturalis, hoc est, inclinatio tantum naturalis; quia tunc eius operatio nõ esset libera. Homo enim per habitum naturaliter inclinatur ad vnum; atuerò per liberum arbitrium est ad bonum, & ad malum indifferens.

**C O N C L V S I O III.**

Liberum arbitrium est potentia. Ratio à sufficienti diuisione est; quia in anima tria tantum reperiuntur; nempe, habitus, actus, & potentia. Et cum liberum arbitrium non sit habitus, neque actus, erit planè potentia.

Iam quid sit liberum arbitrium, definitione explicemus. Et primò.

mò. à B. Ansel. ita definitur. Potestas seruãdi rectitudinem propter rectitudinẽ, in qua definitione potestas seruãdi sumitur quãtũ ad aliquid, quod pertinet ad naturã potẽtis; & hoc modo est cõmune angelis malis, & dãnatis, in quibus (vt videbimus infra) est lib. arb. & absente rectitudine, inest illis potestas seruãdi rectitudinẽ. Quemadmodũ in homine dicitur esse potestas vidẽdi tantũ, quãtũ ad virtutem, quæ est ex parte videntis, siue sit absens, siue præsens obiectum, & medium dispositum, siue indispositum.

Secundò definit illud D. Aug. lib. arb. est facultas volũtatis, & rationis, qua bonũ eligitur, gratia assistente, & malũ, eadẽ deficiente. Et dicitur in definitione, qua bonũ eligitur, &c. Quia facultas volũtaria, quæ cũ libero arbitrio conuertitur, est ad opposita. Et ideo ponitur in definitione, qua bonum, assistente gratia, & malum, &c. eligitur.

Tertiò definitur à D. Bern. Cõsensus ob volũtatis inamifibilem libertatẽ, & rationis indeclinabile iudicium. Differũt autẽ istæ tres definitiones, q̃ prima datur per causam finalẽ. Quia rectitudo æterna est finis, ad quẽ lib. arb. perse, mediã te suo actũ, ordinatur. Secũda verò attẽditur penes potẽtias, rationẽ, scilicet, & volũtatẽ, quæ se habẽt, ad modũ causæ materialis. Mouẽtur enim à primo motore ad bonũ, & gratia est forma, secũdũ quã in finẽ dirigũtur. Tertia est penes mouẽtẽ causam; nã cõsensus dicit cõuersionẽ virium ad causam mouẽtẽ. In nobis enim est cõsentire Deo; vel nõ cõsentire.

Hugo de S. Victore in lib. qui summa sentẽtiarũ inscribitur, sic illud describit. Habilitas rationalis volũtatis, qua gratia assistente, bonũ, vel eadẽ deficiente, malũ eligitur. Cuius definitionis primam partem, nempe, q̃ sit habilitas rationalis voluntatis, accepit ex Origine in principio tertij lib. Periarchoũ, siue de principijs; secundã verò partem sumpsit ex D. Aug. scilicet, qua bonũ eligitur. Et dicitur liberũ propter voluntatẽ, quæ ad vtrumlibet flecti potest. Nam voluntatis, inquit D. Aug. arbitrium huc, illucq; liberum flectitur. Et dicitur in definitione esse facultas, siue habilitas rationalis, siue rationis; quia non nisi in rationali natura Dei, & angeli, & hominis reperitur, vt sequenti art. patebit.

*Definitio, li. Arb. prima. B. Ansel. in lib. de lib. arbit.*

*2. definitio. D. Aug.*

*3. definitio. D. Bernar. in lib. de lib. arb.*

*Alex. Alen. §. 4. art. 2. vbi s̃.*

*4. Definitio.*

*Hugo de S. Victo. tract.*

*3. cap. 8.*

*Orig.*

*D. Aug. lib.*

*2. cont. 2. epist. pelag. c.*

*25.*



*Quarta diffic. Est ne liberum arbit. potentia appetitiua, an cognitiua?*

Alex. Alen.

m. 2. toto

art. 1. S.Th.

art. 3.

S. Bonau. per

6. q. in. 1. p.

dist. 25.

Dura. q. 1. d.

24. & d. 25

q. 1. Ricard.

& alij vbi s.

Nota. 2.

3. Nota.

CVM cōstet ex iā dictis lib. arb. esse potētīā, & sit duplex potētīa, vna appetēdi, cognoscēdi altera, explicādū modo est, quæ illarum sit. Et sunt prænotanda, quæ sequuntur.

Electio alterius extremi est ppria, & peculiaris liberi arbitrij operatio. Et ratio est; quia homo dicitur libero arbitrio præditus, eò q̄ ppter eius indifferētīā, potest vnū extremū, altero excluso, recipere. Quod quidē est propriē eligere.

Electio nō est de finē, sed de mēdijs ad finē cōsequendū. Et ratio est; quia nūquā consultamur, bonū ne sit, an non, beatitudinē obtinere? sed sit cōsultatio de medijs, quānam sint comodiora, & magis cōducētia; vt sit ne cælibatū, an matrimoniū eligendū ad æternā vitam essequendam? debetq; medium esse bonū, aut vtile ad finem consequendū.

Ad electionē vtriusq; potētīæ cognitiuæ, scilicet, & appetitiuæ, operatio est præmittēda. Et ratio est; quia ex parte potētīæ cognoscēdi prærequiritur cōsiliū, quod est cōsultatio per cōparationē extremorū (cōsideratis multis circūstātijs) quod eorū sit alteri anteponendū. Exempli gratia, cōsultat quis, an sit magis sibi appetendū matrimoniū, vel cælibatus? Conferatq; cōmoda, & incōmoda vtriusq; status, & iudicat alterū istorū, nempe, quod magis sibi, & reipub. expediēs est, esse appetendū. Nā si fuerit rex, iudicat pro vniuersali reip. bono matrimonium esse contrahendū, si verō persona priuata, iudicat sibi vitā cælibem, vel quid simile magis expedire. Et tibi cōsiliū, scilicet, extremorū collationē, & post cōsiliū, iudicium, id est, sentēciam, nēpē, quid sit eligendum, & vtrunq; est intellectus operatio, nondum tamen facta est electio, quæ est veluti sentētiæ executio. Nā electio est volūtatis acceptatio. Acceptat enim talis sentētiæ executionē.

Appen.

Arist. 3.

Hinc, ante electionē duæ illæ intellectus operationes prærequiruntur. Et ideo Arist. 3. & hic, affirmat electionē esse appetitus intellectiui operationem; formaliter tamen, & propriē electio voluntatis operatio est. Quamuis cōsiliū, & iudicium intellectus cōpotet.

**C O N C L U S I O.**  
Liberū arbitrium supponit pro potētia appetitiua; verūm connotat cognitionem. Ratio primæ partis huius cōclusionis colligitur ex notabilibus positis; quia cūm propria operatio liberi arbitrij sit alterius extremi electio; vt ex primo nota. constat, & electio sit potētiae appetitiuæ operatio, erit liberum arbitrium idem, quod appetitiua potētia. Deinde electio est mediōrum ad finem sub ratione boni, vt ex secundo nota. patet, & bonum est voluntatis obiectum adequatū ( nihil enim voluntas nisi sub ratione boni appetit) quare erit electio operatio liberi arbitrij, & voluntatis, & potētiae appetendi. Et per consequens liberum arbitrium, & appetendi potētia erunt idē, & pro illis lib. arb. supponet. Secundæ partis conclusionis ratio est; quia electio præsupponit iudiciū rationis (alioquin non esset actus humanus) iudiciū autem est operatio intellectus, vt ex 3. nota. constat, ergo liberum arbitrium, cuius est eligere, præsupponit, & connotat intellectus operationem.

*Quinta diffi. Est lib. arb. idem quod voluntas?*

**R**atio dubitandi est; quia cūm supponat pro voluntate; vt in proxima difficultate dictū est, iure optimo quaeritur: an sit idem, quod voluntas?

Animaduerte, q̄ quemadmodū intellectus fortitur duo nomina respectu diuersorū actūū; nam ex eo, q̄ assentimur primis principijs absq; discursu, talis assensus nūcupatur intellectus, & est solum intelligere, ex eo autē, q̄ cōclusionibus per ratiocinationem, & discursum præbemus assensum, vocatur idē intellectus ratiōita etiam & volūtas respectu diuersorū actuum duo fortitur nomina. Habet enim duas operationes, quarum vna, quæ est respectu finis, dicitur simplex volitio, & tunc nominatur voluntas. Non enim tunc præsupponit, nisi solum finis intellectionē. Altera verō operatio est respectu mediōrū, quæ dicitur electio, & ratione huius operationis eadē volūtas dicitur liberū arbitriū, & præsupponit discursum. Et hæc est causa, cur respectu volitionis finis non dicitur volūtas liberum arbitrium, quemadmodum respectu voliti-

Alex. Alen.

S. Tho. art. 4

d. Bona. Ric.

Dura. & alij

vbi s.

Animaduert-

sio.

...

...

...

...

...

...

...

...

volitionis mediorum, nempe, quod electio, & discursus non est de fine. Non enim circa volitionem finis habemus libertatem, quod ad specificationem actus; quemadmodum circa electionem mediorum, quae est actus liberi arbitrii praesupponitur discursus.

C O N C L U S I O.

Liberum arbitrium est idem, quod voluntas. Probatur conclusio ex animaduersione praemissa; nam sicut se habet intellectus ad rationem, ita se habet voluntas ad liberum arbitrium; ergo quemadmodum intellectus, & ratio sunt una, & eadem potentia, solumque in modo cognoscendi distinguuntur. Quia intellectus, cum sit principiorum, per solam apprehensionem terminorum sine discursu cognoscit; ratio autem, cum sit respectu conclusionum cognoscit per discursum. Ita quoque, voluntas, & liberum arbitrium sunt una, & eadem potentia, quae solum in modo volendi differunt; propterea quod voluntas est volitio solius finis, nulla praevia intellectus consultatione; at vero liberum arbitrium est electio mediorum ad finem, praevia intellectus consultatione.

*Quinta diffi. Quae est praecissa ratio, & causa libertatis, & indeterminationis in voluntate?*

*S. Bona. q. 3.  
& 6. vbi s.  
Dura. q. 3. 1.  
p. dist. 24.*

**C**um voluntas non sit determinata ad unum oppositorum, sicut agens naturale; sed sit libera ad alterum illorum eligendum (quod quidem est. Habere liberum arbitrium) quaeritur. An radix, & ratio praecisa huius libertatis sit discursus intellectus? an ipsamet voluntas?

*Alex. Alen.  
art. 3. §. 2.  
vbi supra.  
Scot. in p. d.  
38. & in. 2.  
d. 25.  
S. Thom. art.  
1. q. 83.*

Duae sunt contrariae opiniones circa hanc difficultatem. Una Alex. & Scot. dist. 25. citata notab. ultimo, & d. 38. versiculo, si autem actum voluntatis in primo lib. sent. Qui tenet nihil aliud a voluntate esse totalem causam volitionis in voluntate, id est, quod sola voluntas cum causa prima efficit suas operationes, ita ut nulla causa secunda effectivè cum illa ad eliciendam suam volitionem concurrat. Altera est S. Thom. opinantis intellectum esse potentiam indeterminationem ad utrumque oppositorum, ut patet in syllogismis topicis, quibus modo unum oppositorum, modo alterum suadet, vel dissuadet, & hanc intellectus in determinationem dicit esse causam liberam electionis in voluntate.

Libe-

Liberum arbitrium differt ab eius vsu. Ratio est, quia liberum arb. vt ex dictis constat, est ipsamet potentia, ex se ad vtrūq; oppositorum indeterminata; vsus autem eius est libera operatio. Et confirmatur, quia furiosi, & paruuli ante vsuū rationis habent liberum arb. non tamen eius vsuū. Quare lib. arbit. differt ab eius vsu, quemadmodum rationale à rationis vsu, & risibile à risu.

**CONCLUSIO I.**

Ratio præcissa, ob quam, homo libero vtitur arbitrio, est indeterminatio intellectus ad vtrūq; oppositorū. Et probatur, quia si volūtas est indeterminata, & habet electionē circa media, est, propterea q̄ intellectus ad assensum alterius extremi est indeterminatus. Et quia electio præsupponit extremorum cognitionem, & comparisonem per intellectum in determinatum faciendam: quare in determinatio intellectus, quæ præsupponitur, erit præcissa ratio, & causa libertatis in voluntate, ob quam homo libero vtitur arbitrio. Et in hoc sensu vera est. S. Thom. opinio.

**CONCLUSIO II.**

Indeterminatio intellectus non est præcissa ratio, siue fundamentum libertatis in voluntate. Et ratio est, quia volūtas quò ad volitionē finis vniuersalis, saltē quò ad exercitium est libera libertate cōtradictionis, quātūm ad hūc actū, scilicet, volo esse beata, licet nō libertate cōtrarietatis. Non enim potest elicere hunc actū, nēpè, volo esse misera; & tamen intellectus, circa assensum finis in vniuersali, est determinatus; quia circa talē assensum, non est cōsultatio. Nō enim est indifferens, sit ne bonum esse beatum, an non? Quare cum nō sit cōsultatio, neq; erit indeterminatio, & ex cōsequēti indeterminatio intellectus nō erit præcissa causa, vt volūtas sit libera. Dices, liberū arbitriū nō est respectu finis? Respondeo. Verū est, quò ad specificationē actus; est tñ quātūm ad exercitiū, id est, circa finē habemus vsuū liberi arbitrij libertate cōtradictionis, nō tamen contrarietatis. Et in hoc sensu est vera Alex. & Scoti opinio. Sed de ijs in libro controuersiarum. Lege de hac difficultate flores. 4. lib. in. 2. p. in. q. de beatitudine art. 2. diffic. 1. & art. 3. diffic. 3.

Alex. Alen.  
m. 4. §. 1. vbi  
suprà, & in.

4. p. q. 8. m.

7. art. 2. §. 1.

S. Tho. 1. 2.

q. 6. art. 4. S.

Bona. in. 2.

p. d. 25. à q.

4. vsq; ad si-

nem. Dura.

d. 24. q. 3. &

d. 25. q. 4.

& d. 29. q.

1. lib. 4. Ri-

card. Soto. c.

16. lib. 1. de

natura, &

gratia.

1. Fundam.

Append. 1.

Append. 2.

2. Fund.

B. Dionysi.

3. Funda.

S. Bona. q. 5.

vbi s̄.

4. Fund.

Sexta diffic. *Vtrum voluntas, siue liberum arbit. ab aliqua creatura possit cogi, siue compelli?*

**D**ifficult. hæc est vtilis, fiet autem facilis, si sequentia prænotaueris fundamenta. Primum fundamentum. Violentum est, cuius principium est extrà, passo non conferente vim. Hæc descriptio violenti est Arist. 2. Physic. Cuius definitionis sensus est. Operatio dicitur violēta, quādo, vel passum nō habet principium actiuum respectu talis operationis; vt aqua respectu caloris, quem violēter recipit, & lapis respectu motus sursum; vel quando non habet inclinationem ad talem operationem; vt patet in exēplo aquæ respectu calefactionis; quod Arist. illis verbis significauit, sci licet, passo non conferente vim, id est, inclinationem.

Hinc, materia prima respectu cuiuscunq; formæ substantialis non violentatur. Quia à quacunq; forma substantiali perficitur, cum ab ea recipiat esse specificum, quamuis nullius formæ respectu habeat principium actiuum.

Hinc, quando agens est principium suæ operationis, nullo modo talis actio, siue operatio potest dici violenta; quia principium operationis violentæ non est intra ipsum agēs; sed extra, vt ex Arist. in principio fundamenti citati constat.

Inclinatio voluntatis est ad omne ens sub ratione boni. Et ratio est; quia bonum est obiectum motiuum, & propriū voluntatis. Nam vt B. Dionysi. inquit, voluntas nunquam operatur ad malum aspiciens, nisi sub ratione boni veri, aut apparentis, aut præfixi honesti, vtilis, aut delectabilis.

Voluntatem induci, mutari, aut violentari maximè inter se differunt. Et ratio est; quia voluntas persuasionibus inducitur. Mutaretur autem, si Deus supernaturaliter efficeret in ipsa, sine ipsa aliquem actum. Violentaretur verò, si nclens vellet, id est, quando habendo actum nolitionis alicuius obiecti, eliceret simul volitionem circa idem obiectū.

Voluntas multipliciter compellitur. Primò quātum ad actus elicitos, vel quātum ad Imperatos, quos per ministerium aliarum potentiarum exequitur. Secundò, quando impe-



impeditur, ne interiùs operetur, idest, ne vllam volitionem habeat.

Non idem sunt voluntatem cogi, & violentari. Et ratio est, quia cogitur metu; vt aliquid, propter cauendum maius malum, velit. Quo quidem modo cogitur nauta proijcere merces in mare, ne naufragium patiatur; non tamen tunc violentatur. Nam vult proijcere, sed non liberè. Hoc fundamentum colligitur ex cap. Abbas de his, quæ ui. met. &c. 5. Fund.

Voluntarium differt à libero. Et ratio est; quia latius patet, quàm liberum. Illud enim est voluntarium, quod est quocunq; modo volitum, etiam metu, & terroribus, eò quòd est actus à volūtate elicitus. Hoc namquè satis est; vt aliquid voluntarium esse dicatur. Liberum autem dicitur, quod absolutè, & non propter cauendum deterius malū, est volitū. 6. Fund.

Hinc, qui metu mortis violentæ latronibus sua donat, voluntariè; sed non liberè donat. Appen. 3.

### CONCLUSIO I.

Voluntas, quò ad actus elicitos simpliciter, neq; violentari, nequè compelli potest, nempè, vt habens volitionem alicuius obiecti, producat eiusdem nolitionem, vel è contrà. Et ratio ex primo fundamēto est; quia violentum est, cuius principium, &c. Et operationes elicite à voluntate sunt ab ipsa, tanquàm à principio intrinseco, & productiuo earū. Deinde, quia violentum est contra propriam agentis inclinationem, & cum voluntas non possit velle aliquid, nisi sub ratione boni, quod est proprium eius obiectum; vt ex secundo fundamento patet, ad quod quidem naturaliter inclinatur, nunquàm poterit operari contra suam inclinationem, & ex consequenti neq; violentari.

Hinc, quando operatur metu mortis, nō violentatur; quia sub ratione boni, scilicet, propter cōseruandā vitā, operatur. Appen. 4.

### CONCLUSIO II.

Voluntas secundum quid, scilicet, propter vitandum maius malum, compelli, & cogi potest. Hæc conclusio colligitur ex cap. Abbas, quod in quinto fundamento citatur; vt patet exemplo nauatæ ibidē posito. Huiusmodi enim actus est voluntarius simpliciter, inuoluntarius autem secundum quid,

quid; nempè, quia extra illum casum non proijceret merces in mare. Et in huiusmodi casibus actus dicitur voluntarius; non tamen liber. Hæc est sententia Aristot. 3. lib. Ethic. c. 1. lege. S. Thom. art. 6. & alios doct. vbi supra.

Appen. 5.

Hinc, multi casus solvuntur. Nam primum quandocūq; ad aliquem actum, præter voluntatem, prærequiritur libertas; vt in cōtractibus matrimonij, donationis, voti solemnis, &c. tunc talis actus, licet, sit voluntarius; est tamen in conscientia nullus; propter defectum libertatis, præsertim quando libertas fuerit violenter sublata; vt in floribus. 4. lib. in materia de matrimonio in. q. de consensu libero, & coacto tractauimus.

Appen. 6.

Hinc, secundo metus tollit libertatem electionis; non tamen tollit, quin actus sit voluntarius; at verò non erit liber. Quia non est in potestate eligentis aliud extremum sine graui dispendio optare. Hæc de actibus elicitis à voluntate. De actibus autem imperatis; vt de locutione, ambulatione, motu locali, &c. fit.

CONCLUSIO III.

Gabriel.

Voluntas non potest quò ad actus Imperates violentari, vt illos exequatur. Hæc conclusio est contra Gabrielem præsentis distinctione dicentem, posse violenter moueri, & loqui, quod videtur falsum, & ratio est; quia linguam moueri, nisi voluntate mouète, est impossibile. quòd si vult, propter vitandum maius malum, tunc non violentatur.

CONCLUSIO IIII.

Voluntas benè potest violentes impediri, ne actus imperatos exerceat. Hanc conclusionem experientia ipsa demonstrat. Nam potest homo ligari, ita vt imperante voluntate, nequeat moueri, tuncq; violentabitur, quò ad imperij executionem.

Alex. Alen.

S. Tho.

Bonan. q. 5.

Dura. Ricar.

& alij vbi

suprà.

Septima diffiç. Vtrum voluntas possit ab ipso Deo immutari?

Intelligitur difficultas ita, vt voluntas respectu alicuius actus habeat se merè passiuè.

CON-



CONCLUSIO.

Voluntas à Deo potest immutari. Probatur; quia potest Deus se solo producere in voluntate actum amoris, vel odij. Et ratio est; quia Deus, qui est humana natura potentior, potens est voluntatem mouere. Iuxta illud, Prouerb. 21. Cor regis in manu Domini est, & quocunquè uoluerit, vertet illud. Vnde D. Bernard. in tract. de diligendo Deo, ita ait. Noluit enim, quàmuis potuit, Deus compellere hominem in suum obsequium; quoniam haberet tunc nō hominem, sed asinū. Et quomodo posset tunc homo dicere, volūtariē sacrificabo tibi? Oppositum tenet Ricard. vbi sup. lege apud D. Bona. & alios interpretationem locorū. Luc. 13. exi in vicos, &c. & compelle eos, &c. Et Ioan. 6. nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum, &c. Vbi videtur voluntas à Deo cogi, quod non ita se habet.

Prouerb. 21.

D. Bern.

Luc. 13.

Ioan. 6.

Artic. II. De subiecto Liberi arbitrij?

Absoluetur Artic. Aliquot expositis difficultatibus?

**A** Nimaduerte prius ad maiorem explicationem huius artic. quæ sequuntur. De natura liberi arbitrij non est eligere, quatenus electio est rei dubiæ prius ignoratæ, in alteram partem determinatio. Et ratio est; quia in Deo est liberum arbitrium, vt statim dicemus; & tamen nō est in eo talis electio. Quoniam importat ignorantiam, quia Deus nō consiliatur. Ignorantis enim est consiliari. Est tamen in Deo electio, quatenus est inter aliqua duo certa, & determinata, definitio.

Alex. Alen.

toto m. 3. 4.

¶ 5.

S. Tho. art. 1

D. Bona. q. 1

Duran. q. 1.

Ricar. & alij

vbi s̄.

1. Animad.

2. Anim.

Posse ad bonum, & malum inflectere voluntatem, siue, posse peccare, non pertinet ad rationem liberi arbitrij, neq; est de eius natura, cū possit ab ea separari. Et ratio est, quoniam vbi est natura ab omni mutabilitate aliena, qualis est diuina, aut etiam in bono confirmata; vt coclicolarum natura, voluntas ad malum inflecti haud potest. Quia liberi

arbitrij natura, & essentia non mutabitur, quando erimus regnum cœlorum; vbi peccare non poterimus, assequuti vt autor est D. August. multis in locis. Quemadmodum, nec humana natura mutabitur, cum illa æterna gloria, & felicitate perficietur. Posse enim peccare illorum tantum est; qui adhuc peregrinatur à Domino, quibus vita, & mors, bonū, & malum proposita sunt, vt ad quod voluerint, manus suas extendant. Ad malum quidem propria potestate; ad bonū verò non aliter, quam Dei gratia. Beati nihilominus, & angeli sunt liberi, non solum inter diuersa bona; verū etiam inter opposita. Nam ita aliquid eligunt, vt liberum sit eis, voluntatem in diuersum mutare. Possunt siquidem apparere hominibus, & disparere, ascendere, & descendere, &c.

*D. Aug.*  
*Enchir. cap.*  
*ro 5. lib. de*  
*actis cū Rel.*  
*4. de correp.*  
*& gratia. 11*  
*& lib. 22. de*  
*ciuitate Dei*  
*cap. 30.*  
*Eccl. 15.*

*Prima diffic. Vtrū liberum arbit. conueniat creatori?*

CONCLUSIO.

*Alex. Ale.*  
*m. 3. art. 1.*  
*S. Tho. q. 19.*  
*art. 10.*  
*Isaie. 53.*  
*Matth. 26.*

Ita conuenit Deo liberum arbitrium, vt cum bona operatur, & non nisi bona: in suis tamē actionibus liberi mus sit. Ratio est, quia, quicumque sola voluntate, & nulla necessitate bonus est, liberè bonus est, liberumque habet arbitrium, & Deus sola voluntate, & nulla necessitate, bonus est. Tum etiam constat, quia cœlestis Pater mandatum dedit filio suo vnigenito, vt pro redemptione humani generis profusam subiret mortem. Quod quidem poterat non mandare: sed vel totum genus humanum damnare, vel aliter, quam il per vnigeniti acerbissimam mortem, à diaboli tyrannide eripere; vt in floribus tertij lib. patebit. Et vt liberè mandauit Pater: ita Filius mandati Patri liberè obediuit. Iuxta illud prophetae. Oblatus est, quia ipse voluit. Et Christus Petro loquens dixit. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi, plusquam duodecim legiones angelorum. Vbi, & Patris, & Filij libertas insinuat. Poterat enim Filius rogare Patrem, & Pater Filium liberare, & quæ poterant facere omiserunt, & quæ amittere poterant, fecerunt, & Spiritus sanctus diuidit singulis, pro vt vult.

Hinc

Hinc colligitur, quod noster Alexan. vbi supra docuit, no-  
men, scilicet, liberi arbitrij commune esse creatori, & creatu-  
ra, non vniocè, nequè equiuocè, sed analogicè: quia per  
priùs dicitur de creatore, & per posteriùs de creatura. Quod  
confirmat autoritate B. Anselm. in lib. de lib. arb.

*Ambrosi. in  
lib. de fide.  
Append.  
Alex. Alen.  
vbi. s.  
B. Anselm.*

*Secunda diffic. Conuenit ne soli creatura rationali  
lib. Arbit.*

CONCLUSIO.

**L**iberum arbitrium soli creaturæ rationali inest. Ratio  
ex supra dictis constat: quia cum liberum arbitrium sit  
facultas voluntatis, & rationis, & liberi arbitrij sit ele-  
ctio, quæ præsupponit iudicium, & sola creatura rationalis  
sit ratione, & voluntate prædita, solaquè illa de suis operi-  
bus iudicet; bona ne sint, an mala; & solum bonum, verum, vel  
apparens eligat, sola profectò illa erit libero arbitrio præ-  
dita.

*Alex. Alen.  
m. 3. art. 2.  
S. Tho. art. 1.  
S. Bona. q. 1.  
Duran. q. 2.  
Ricar. vbi. s.*

Hinc bruta animantia libero arbitrio carere dicuntur.  
Nam licet quædam operentur præiudicio: non tamen li-  
bero, sed naturali. Ouis enim viso lupo, fugit, quia cogno-  
scit lupum sibi disconuenientem, & fugiendum, & non li-  
bero iudicio: quoniam non fit præiudicia extremorum colla-  
tione, scilicet, malum est expectare lupum, & bonum illum  
fugere; sed naturali tantum iudicio. Nam fit solum præiudicia  
lupi disconuenientis apprehensione. Bruta enim naturæ  
impulsu, & necessitate, in ea feruntur, quæ concupierunt,  
nec valent suos appetitus rationis discerniculo cohibere, &  
refrenare: quemadmodum rationalis creatura, quæ in sua  
potestate habet, non solum actiones suas, sed, & iudicium,  
quo actiones instituat: vt hoc ipsum iudicium suum iterum,  
atque iterum expendere, & de nouo in iudicium reuocare  
possit, & valeat. Lege D. August. lib. 83. q. quæst. 36. & Arist.  
3. Ethicor. cap. 4. & doctores citatos, præsertim D. Bonauē.  
vbi supra.

*Append.*

*D. August.  
Arist.*

Alex. Alen. *Tertia diffic. Vtrum in Angelis sit liberum arbit.*

tota. q. 29.

S. Tho. q. 59.

per. 4. art.

S. Bon. d. 7.

art. 1. & 2.

& dist. 24.

& 25.

Scotus in hoc

2. dis. 23. &

in. 1. dist. 39

& in quol.

q. 16.

Dura. d. 7. q.

1.

Append.

De libero arbitrio angelorum disputant Alex. & alij locis in margine citatis, & de hac difficultate peculiariter m. 1. q. 39. & q. 72. m. 3. art. 3. & S. Tho. art. 3.

### CONCLUSIO.

Est in angelis liberū arbitrium. Et ratio est, quia ubicūq; est intellectus, est etiam liberum arbitrium, & cū in angelis sit intellectus, erit etiam liberum arbitrium. Deinde, quia in angelis bonis fuit meritum, & in malis demeritum, & meritum, atq; demeritum est penes liberum arbitrium. Præmium enim non consequitur, nisi in his, quæ libera voluntate aguntur.

Hinc etiam colligitur propter easdem rationes, in dæmonibus esse liberum arbitrium; quia liberum arbitrium naturaliter illis inest, & quod semel naturaliter est in aliquo, semper in eo remanet.

*Quarta difficult. Vtrum liberum arbitrium in omni statu innocentie, scilicet, culpe, & gratie, commune fuerit homini?*

### CONCLUSIO I.

IN statu innocentie habuit homo liberum arbitrium. De fide est, & expressè habetur Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illū in manu concilij sui, adiecit mandata, & præcepta sua, si volueris mandata servare, conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Appo sicut tibi aquam, & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malū, quod placuerit ei, dabitur illi.

### CONCLUSIO II.

Homo in statu culpæ liberum quoque arbitrium habet. Perinde est hæc de fide, & in sacra scriptura multis in locis expressa. Nam Exodi. 10. dixit Dominus per Moysen Pharaoni.

Alex. Alen.

m. 3. art. 4.

& alij locis

in. 1. diffic.

1. art. huius

q. citatis.

Ecclesi. 15.

Exod. 10.

Pharaoni. Vsq̄quo non vis subijci mihi, dimitte populum meum: vt sacrificet mihi, sin autem resistis, & non vis dimittere eum. Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos. Et Prouerb. 1. vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret, &c. Sæpissimè enim conqueritur Deus, eò quòd peccatores ei resistunt, quod minimè facerēt, si libero arbitrio carerēt. Lege Ierem. 7. & Isai. 5. & 10. & 20. & Matth. 23. & Acto. 7.

Prou. 1.

Iere. 7. & 10.

Isai. 5.

Matth. 23.

Acto. 7.

CONCLUSIO III.

Habet etiam in statu gratiæ liberū arbitrium. Hæc etiam apertissimè ex multis locis sacrae paginæ colligitur: Sancti enim in hac vita non meruissent, si libero arbitrio destituti fuissent.

Quinta diffi. Vtrū liberū arbitrium in Christo homine, sicut in cæteris hominibus fuerit?

CONCLUSIO.

**F**Vit in Christo liberum arbitrium. Et ratio Alex. & S. Tho. est; quia Christus elegit bonum, & reprobauit malum. Iuxta illud Isaiæ. 7. butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Et eligere, vt ex dictis constat, actus liberi arbitrij est.

Alex. Alen.

vbi. 5. art. 5.

S. Tho. 3. p.

q. 18. art. 4.

Isai. 7.

Sexta diffi. Vtrū liberum arbitrium equè sit in omnibus, in quibus reperitur?

Alex. Alen.

q. 29. m. 1.

**T**Riplex est libertas: Vna à coactione. Altera à peccato, de qua 2. Cor. 3. vbi spiritus Domini, ibi libertas; & Ioan. 8. si Filius vos liberauit, verè liberi eritis. Tertià à miseria ad Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

art. 3. q.

72. m. 4. 8. p.

S. Bona. q. 1.

2. p. dist. 25.

CONCLUSIO I.

Duran. q. 3.

d. 25.

2. Cor. 3.

Ioan. 8.

Rom. 8.

Quò ad libertatem primo modo æquè in angelo, & in homine est liberum arbitrium. Et ratio est: quia nequè mali angeli, nequè boni, nequè mali hominis voluntas cogi potest, vt ex dictis constat, & confirmatur autoritate D. Bernard. in lib. de libero arb. dicentis. Libertas à necessitate, nec peccato,



nec miseria amittitur, nec per oppositū augetur, nec plenior est in homine, quàm in angelo.

CONCLVSIO II.

Perfectiùs tamen omninò est in Deo, quàm in angelo, vel in homine liberum arbitrium, eo modo sumptum. Et ratio est; quia voluntas diuina in nullo actu suo potest impediri; vel difficultatem pati. Subest enim ei, quando voluerit posse; volūtas autem angeli, vel hominis potest à quolibet actu suo virtute diuina impediri; ne, scilicet, aliquid velit, aut faciat; vt suprà in difficultate de impediōne, & immutatiōne lib. arbitrij diximus.

CONCLVSIO III.

Quò ad libertatem secundo, & tercio modo sumptā, non reque est liberum arbitrium in angelis bonis, & hominibus, & dæmonibus. Et ratio est; quia angeli boni, & etiam beati, sunt omninò liberi à miseria: nam ibi neque luctus, neque clamor erit vltra. Edā peccato; quoniam peccare non possunt, homines verò magis liberi sunt à miseria, & à peccato, eū ab eo per pœnitentiam liberari possint, quā dæmones, qui perpetuè miseriæ, & pœnæ sunt subiecti: & à peccato nunquam erunt liberi: quia eorum superbia ascendit semper.

Artic. III. De vsu, & potestate lib. arbit.

**C**irca titulū huius difficultatis fuerūt duæ extremae hereses, omittis interim, quas sup. in hac q. retulim⁹. Vnā Pelagij, qui tantū liberi arbitrij vsū, & potētiam extulit, vt docuerit, sufficere nobis liberi arbitrij naturā, & potētiam ad euitandum omnē malum, & ad bonū gratiæ Dei, & vitæ æternæ meritorium operandū. Contra quā inter alia plurima opera scripsit ad Timotheum librum de natura & gratia D. Aug. Altera hæresis fuit Lutheri, qui iā potētiam libertatēq; & vsū liberi arbitrij negauit, vt diceret in potestate nostrā nō esse, vias malas facere; sed Deum esse, qui mala opera in impijs operatur, cui subscriperunt Philippus Melancthon, & Bucerus. Quæ quidem hæresis fuit priore multo perniciōrior: quia non solum liberū arbitrium subuertebat: verum etiam Deum causam principalem, & effi-

Sap. 125

Psal. 73

Alex. Alen.

72. m. 8. 6.

Et. 7.

S. Bona. q. 2.

Et. 3. 2. p. d.

25. m. 8. 8. p.

S. Tho. 1. 2.

q. 8. art. 2.

Duran. d. 2. 8.

q. 1. Et Ric.

Et alij ead.

dist.

Vega, Castro

Et Soroz, ubi

suprà. m. 8.

D. August.

efficientem peccati faciebat, dum nos (vt illi dicunt) cogit ad peccandum. Quod, cum communi sensui repugnet, refutatione non indigebat. Quis vnquā sanæ mentis credit, Deū contra suam legem, quæ signū, & norma suæ voluntatis est; aliquem compellere? Erit autem manifesta istorum hæreticorum insania, positis nonnullis difficultatibus, quibus articulus absoluetur. Cæterum ad pleniorē huius articuli intelligentiam animaduerte, quæ sequuntur.

Deus Opt. Max. cū nostra voluntate ad omnes eius operationes cōcurrit. Aliter enim Deus nō esset causa vniuersalis, si aliquid sine eius cōcurfu efficeretur. Hoc docet scriptura sacra multis in locis. Ioā. 1. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Ita distinguit D. August. Et ad Roma. 11. ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Hinc, nō dicitur liberum, q̄ possit absq; prima causa, quæ est vniuersalissima, quicquā efficere: sed q̄ sit indifferens; ita vt à nulla causa secunda determinetur. Notanter dicitur, ab aliqua causa secunda; quia Sol, v. g. est indeterminatus ad oppositos effectus, vt ad indurandum lutum, & liquefaciendū ceram, & determinatur à causa secunda, nempe, à diuersitate materiæ. Vnde dictum est hic, vt limus durefcit, hæc, vt cera liquefcit vno, eodemquē Sole; at verò liberū arbitrium à nulla causa secunda, immò quod maius est, neq; ab ipso Deo ad alterum oppositorū determinatur. Etratio est, quia determinare causam aliquam, aliàs indeterminatam ad aliquem effectum, est, quòd nullo modo, & per nullam potentiam, habeat virtutem actiuam oppositi effectus; vt ita per materiam ceræ ad eius liquefactionem determinatur, q̄ per nullam potentiam, virtutem durefaciendi eandem cerā habeat. Deus enim non potest cum sole, tanquā cum causa principali, ceram durefacere: quia calor Solis nullo modo potest esse principium durefactionis ceræ.

Ex hac appendice colligitur, quòd quantūcunq; Deus cū voluntate Francisci ad amorem Ioānis concurrat, ita quòd in hoc instanti necessariò producat amorem erga Ioannē (quia omne, quòd est, quādo est, necesse est esse) nihilominus tamē

1. Animad-  
uersio.

Ioan. 1.

D. Aug.

Ad Rom. 11

Append. 1.

hanc A. 2

hanc A. 2

Append. 2.



manet voluntas indeterminata. Propter eâ, quòd in instanti sequenti potest Deus cum eadem voluntate ad odium eiusdem obiecti concurrere. Hoc enim est liberè agere, vt theologi declarât. Lege D. Thom. q. 83. art. 1. ad. 3. vbi docet Deû cum causis secundis ita concurrere, vt cum liberis, vt liberè operentur, & cum naturalibus, vt necessariò suos producant effectus, concurrat. Vbi, ne, quâso, intelligas per operationè liberam, quòd in sensu composito, & de facto possit oppositum euenire; sed quòd manet potentia indifferens, ita q̄ in sensu diuiso, idest, Deo aliter disponente, possit volûtas nostra contrarium actum producere, quòd non posset Deus cum aliqua causâ naturali efficere. Et ideo ista operatio naturaliter fit, & illa liberè, Deus autem cum vtraquè operatur contingenter.

*Regula.*

Hinc, collige regulam perpetua memoria dignâ, dūmodo ei fidem adhibeas, nempe; Nostri liberi arbitrii vsus non consistit in hoc, quòd, stâte diuina determinatione, ab aeterno alicuius futuri contingentis possit voluntas nostra de facto in oppositum; sed in hoc tantum, scilicet, quòd de possibili possit efficere contrarium. Quod quidem est verum, tam ex parte Dei operantis ad extra contingenter, quàm ex parte voluntatis nostræ, quæ ad oppositos effectus est indifferens.

2. *Animad.*

Liberum arbitrium, siue potentia indifferens, siue indeterminata aliud est à libera executione, & à libero vsu. Et ratio; vt supra in hac quæst. diximus est; quia hæc sunt separabilia, & vnum sine altero potest existere. Nam in pueris antè vsu rationis, & in dormiētibus est liberum arbitrium, idest, indeterminata, & indifferens potentia ad vtrumquè oppositorium, & non determinata ad vnum; vt est causa naturalis, nempe, ignis ad calefaciendum; libertatis tamē vsu non habent.

3. *Anim.*

Quando doctores antiqui, & recentiores libros de naturali & gratia scripserunt, per naturam voluntatem solo generali auxilio suffultam, & per gratiam eandem voluntatem diuino, ac particulari, siue speciali Dei auxilio innitentem intellexerunt. Quid autem sit generale auxilium, & quid speciale in floribus. 4. lib. & infra in materia de gratia,

& quo-

& quomodo ad inuicem distinguatur, declaratur.

Libertas; vt supra diximus, est triplex, à coactione, à peccato, & à miseria. Libertas, tamen à culpa & à miseria potius priuatio, quàm libertas vocanda est. Nam liber à peccato, & à pœna idem est, quod innocens, carens culpa & pœna. Et probatur ex B. Paul. ad Roma. 6. cùm serui essetis peccati (scilicet ante baptismum) liberi fuistis iustitiæ, hoc est, alieni à iustitia. Nam sicut Hispanè dicitur Libre de culpa, el que notiene pecado, ita, Libre de iusticia el que carece della.

4. Anim.

Ad Roma.

*Prima diffi. Vtrùm homo habeat liberi arbitrij vsum?*

**E**Se in homine liberum arbitrium supra in prima difficultate. 1. artic. & in. 2. artic. huius quæstionis explicatū est. Nunc de solo vsu agitur, qui à libero arbitrio; vt in secunda animaduersione diximus, distinguitur.

Doct. vbi. 5.

Castro v. g.

Hæresi. 1.

CONCLUSIO.

Homo, cùm primùm ad annos discretionis peruenit, libero vtitur arbitrio, liberumquè eius habet vsum. Hæ conclusio multis diuinæ scripturæ testimonijs, & sanctorum Patrum autoritatibus, & rationibus à Vega, & alijs doctoribus in principio huius articuli citatis, contra hæreticos demonstratur. Eam enim docet experientia: siquidem nihil tam in nostra potestate esse experimur; quàm liberas exercere actiones, vel ab ipsis abstinere. Ego enim, qui hæc modo scribo, in mea potestate esse experior, actum suspendere, & non suspendere posse. Et qui hunc liberum arbitrij vsum negant, essent, quemadmodum Arist. 2. topic. docet, verberibus torquendi, quousq; nos potestatem habere abstinendi ab eorum cruciatu, faterentur. Tum etiam quia si in potestate nostra propria operatio non esset, iniuste peccata nobis imputarentur, cùm nullus in eo, quod vitare non potest, peccet. Quod tamen est plusquàm errorem. Nullus tandè est liber sacræ scripturæ, in quo nostræ libertatis non admoneamur. Lege Vegam lib. 2. super concil. Trid. à cap. 13. & infrà, qui omnia fere diuina testimonia perstringit.

Arist.

Hinc destruitur hæresis negatium liberum hominis arbitrium, & eius vsum.

Hæresis.

*Secunda diffic. Vtrum actus liberi arbitrij sit contingentium tantum, vel etiam necessariorum?*

*Alex. Alex.*

*m. 6. art. 2.*

*S. Bona. q. 2.*

*2. p. d. 25. &*

*alijs vbi. 5.*

**L**iberum arbitrium potest, vt docet D. Bona. dupliciter considerari, vel quatenus liberum est, vel quatenus deliberans est.

**CONCLUSIO I.**

Actus liberi arbitrij potest esse, & est necessariorum. Ratio est; quia in Deo, angelis, & in hominibus beatis, in quibus, vt in secundo art. diximus, est liberum arbitrium; quod quidem immutabiliter, & necessario in suum actum exit: quia Deus per naturam, & angelus, & homo beatus per gloriam, immutabilis est.

**CONCLUSIO II.**

Si liberum arbitrium secundo modo accipiat, actus illius contingentium est. Ratio est, quia non conciliamus, neque consultamus de necessarijs, & impossibilibus; sed de contingentibus, quæ facere, vel non facere in nostra potestate situm est.

*Tertia diffi. Vtrum liberum arbitrium sit respectu actuum interiorum tantum? an etiam respectu exteriorum?*

*Alex. Alex.*

*art. 3. vbi. 5.*

*B. Damasc.*

**CONCLUSIO.**

**E**st respectu actuum interiorum, & exteriorum, quatenus ab interioribus emanant. Et ratio est; quia, qui liberè appetit, liberè vult, liberè inquirat, liberè scrutatur, liberè eligit, liberè impetum facit, & liberè agit, & operatur semper in his, quæ secundum naturam sunt, vt D. Damasc. apud Alex. docet. Et quia cum sit dominus actuum suorum, dicitur liberum.

*Quarta diffic. Quis nam est proprius, & principalis liberi arbitrij vsus?*

**CONCLUSIO.**

**R**atio dubitandi est; quia cum varij sint illius actus, quos in difficultate prima cum B. Damasceno enumerauimus, merito dubitatur. Quis inter illos principalior sit.

**CON-**

**C O N C L U S I O .**  
Principalior actus est eligere. Et ratio est; quia ab electione formaliter liberum arbitrium dictum est liberum, quæ ad modum à iudicio, vel arbitrio materialiter arbitrium est nuncupatum. Sed de ijs iam supra egimus.

*Quinta diff. Vtrum liberum arbitrium, secundum quod liberum, possit in malum?*

**C O N C L U S I O I.**

**S** liberum arbitrium, secundum rationem communem, quatenus creatori, & creaturæ rationali cõuenit (vt in secundo art. dictũ est) sumatur, eius actus nõ est circa malum. Et ratio est; quia propriũ obiectũ cuiuscunq; potentia est illud, quod potetia per actũ propriũ intendit, siue quod efficit; & propriũ obiectum, quod intendit liberum arbitrium, secundum rationẽ communem sumptum, est bonũ, & æquum; malum autem non est eius obiectum, nisi dicas esse illius obiectum, quatenus respuit, & detestatur illud.

**C O N C L U S I O II.**

Si liberũ arbitrium, vt est in creatura, & in quãtũ liberũ est accipiat, habet pro obiecto bonũ, & exit in eius actum. Et ratio est; quia si nullũ malum, nunquã appetitur, nisi sub ratione boni, & quatenus apparet bonum, solum bonum erit liberi arbitrij obiectum, quatenus liberum est.

**C O N C L U S I O III.**

Si verò consideretur: vt deficiens est, potes est elicere actũ in malum. Et ratio est; quia facilius est deficere, quã proficere. Nunquã tamen eligit malum principaliter; quia repugnat suæ naturæ: sed quatenus apparet bonum.

Hinc hæreticũ esse depræhẽditur, asserere per liberũ arbitriũ deficiens id est, diuina gratia priuatũ, nõ posse hominẽ aliud facere, & velle siue eligere, quã peccatum. Quod est cõtra diuinã scripturã multis in locis in quibus sunt monitiones quibus peccatores ad pœnitẽtiam præteritorũ exortantur. Vt Iohelis. 2. cõuertimini ad me in toto corde vestro. Et Matth. 3. agite pœnitentiam, appropinquabit regnũ cœlorũ.

Fuitq;

*D. Bonã. q. 3*

*ubi. S.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

*Castro. 7. g.*

*Hæresi. i.*

Fuitq; hæresis hæc damnata, ad verbum in concil. Trid. sess. 6. can. 7. Et ratione ita refellitur ex iam dictis, quia cum hominis arbitrium ex se, & ex sua natura liberum sit, & eius libertas per nullum peccatum amittatur, potuit profecto etiam cum in peccato fuerit, sicut peccare, ita, & peccatum vitare, & bonum opus, quavis non meritorium operari. *Leg. Cast. verb. lib. hæ. 2.*

*Castro.*

*Sexta diffic. An liberum arbitrium deperdi, vel minus possit in illis, in quibus est?*

*Alex. Alen.*

*m. 5. vbi. 5.*

*Vega lib. 2.*

*sup. concil.*

*Tridentinum*

*cap. 1. 10. &*

*11.*

CONCLUSIO.

**L**iberum arbitrium attenuatum est, & inclinatum in omnibus hominibus propter Adæ peccatum, non autem extinctum. Hæc conclusio fuit expressè definita in conc. Arausic. 2. can. 8. 13. & 25. & in concil. Trident. sess. 6. cap. 1. & can. 5. Et confirmatur ex exemplo hominis descendens ab Hierusalem in Hierico, qui fuit à latronibus vulneratus, & semiuiuus relictus: quia fuit gratuitis expoliatus, & in naturalibus vulneratus. Neque enim in hoc statu sine speciali Dei auxilio omnia diuina mandata implere, neque credere in Deum, sicut oportet, neque ipsum diligere, aut dolere de peccatis propter ipsum, neque in Dei gratia perseverare, neque præcellentia aliqua opera facere possumus. Quæ quidem omnia potuisset homo, si quidem permanisset in statu innocentia, alias non fuisset in eo natura nostra integra.

*Hæresis Pelag.*

*Castro v. g.*

*Hæresis. 1.*

*D. Aug.*

Hinc confutatur error Pelagij, qui non fatebatur aperte in nobis liberum arbitrium esse infirmum, & inualidum, contra quæ inuehitur D. Aug. epist. 106. In quæ etiã agit in Enchir. c. 30. quando dicit: Homo malè vtens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum. Nã voluit illis verbis insinuare contra Pelagiũ, amisisse hominem per peccatum libertatem, hoc est, immunitatem à peccato, & factum fuisse eius seruum, à quo non potest liberari per naturam, sed per gratiam.

*Hæresis Albanensium, & Lutheri, & Oecolampadij, & Melancthon, & aliorum, qui Lutheri ad hæserunt, negatum in homine esse liberum arbitrium post peccatum, cum sit, licet attenuatum.*

Hinc etiam confutatur hæresis Albanensium, & Lutheri, & Oecolampadij, & Melancthon, & aliorum, qui Lutheri ad hæserunt, negatum in homine esse liberum arbitrium post peccatum, cum sit, licet attenuatum.



Septima diffic. Verum sit in nobis vsus liberi arbitrii ad actiones meritorias eliciendas?

**H**Aec tenus in hoc art. de libero arbitrio secundum naturam, siue pro ut nomine naturae intelligitur, nunc autem in hac difficultate de eodem secundum gratiam, siue quatenus nomine gratiae significatur in animaduersione. 3. in principio huius art. legendi sunt doctores Alex. Alē. m. 7. S. Tho. 83. art. 1. ad argumenta, alij dist. 27. infra. Vega lib. 6. super concil. Trid. praesertim cap. 4. & 5. Soto de natura, & gratia c. 16. & sequent. Ut difficultas haec, contra quam multae fuerunt haereses, dilucidior fiat, sunt aliqua praenotanda.

Operum, quae ad nostram iustificationem spectant, tria sunt genera. Quaedam enim antecedunt nostram iustificationem, quaedam vero sunt extrema, & quaedam intermedia. Primi generis sunt, quae illam antecedunt, talia sunt auxilia praeuientia, quae longo tempore nostram iustificationem praecedunt, ut est praedestinatio ab aeterno, vocatio interior per inspirationem, siue exterior per concionatorem, vocatio per flagella, terror poenarum, gloriae desiderium, de quibus dicitur Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Secundi generis sunt productiones qualitatum supernaturalium, ut infusio fidei, & gratiae, quibus homo formaliter iustificatur. Nam, ut homo dicitur formaliter, & non effectiue ab albedine albus; ita a iustitia infusa, videlicet, a gratia dicitur iustus. Tertij generis sunt opera intermedia, quae sequuntur post auxilia praeuientia, & antecedunt gratiam iustificatam, tales sunt actus fidei, & spei, & dilectionis, & poenitentiae, disponentes nos ad gratiam.

Differunt haec tria operum genera respectu causae efficientis inter se in hoc, quod opera primi, & secundi generis, ut auxilia praeuientia, & gratia, sunt a Deo sine nobis. Praedestinatus enim Deus, & vocat iustificandos sine ipsorum cooperatione. Nam D. Petrus, quando fuit ab aeterno praedestinatus, ex tempore ad apostolatam vocatus, dicente Christo, venite post me. Similiter, & D. Paul. quando audiuit: Saule, Saule, quid me persequeris? nihil ambo cooperabantur;

Alex. Alen.

m. 7. vbi. 5.

& alij scholastici. doct.

dist. 27. in-

fra.

Vega lib. 6.

super concil.

Trid.

Castro v. g.

Haesi. 1.

1. Nota.

Apoc. 3.

2. Nota.

Matth. 4.

Act. 9.

bantur; sed passiuè tantum se habebant; vt se habent etiam passiuè respectu virtutum infusarum, quæ sunt qualitates supernaturales. Inftar aeris recipientis lumen à sole: ac verò respectu operum tertij generis, quæ sunt dispositiones intermediæ ad gratiam, homo iustificandus, non se habet passiuè tantum; verà in eam actiuè. Et ratio est; quia cooperatur ipsi Deo; nam voluntas elicit actum poenitentia, & amoris, & intellectus fidei actum producit. Et confirmatur multis sacra scriptura testimonijs, in quibus huiusmodi dispositiones à nobis exiguntur; vt fidei actus exigitur Marci ultimo. Qui non crediderit, condemnabitur. Et poenitentia Luc. 13. nisi poenitentiam habueritis, &c. Et amoris Ioã. 14. qui diligit me, diligitur à Patre meo. Quare hæc præcepta non dantur, nisi de actibus, qui sunt in nostra potestate, & quos possumus præstare. Aliter enim Deus esset iniustus; si nos ad impossibile obligaret, quod est blasphemum.

**3. Nota.**

**D. Aug.**

**Exod. 10.**

**Daniel. 4.**

Duplex est gratia operans vna, altera cooperans. Prima in concil. Trid. sess. 6. c. 5. excitans. Secunda adiuuans nominatur. Vtriusq; meminit D. Aug. de libero arb. c. 17. dicens. Deus, quod operando incipit, cooperando perficit. Ipse vt velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Vtramq; postulat ecclesia in quadã oratione dicens. Tua nos, Domine, gratia semper præueniat, & sequatur. Prima est auxilium præueniens tempore nostram iustificacionem, quæ operans nominatur, quia solus Deus illam in nobis sine nobis operatur. Hanc gratiam impartitus fuit Deus Pharaoni, quando vocauit illum per flagella, Et Regi Nabuchi. Daniel. 4. quando eiecit illum extra consortium hominum; vt tanto labore perpulso, conuerteretur. Hanc quoq; frequentissimè communicat Deus peccatoribus, quando per terrores, sine gloriae desiderium, illos ad poenitentiam prouocat. Secunda autem, quæ est auxilium concomitans ipsam poenitentiam, dicitur gratia cooperans, nõ ob aliud, nisi quia ille actus, scilicet, poenitentia, non elicitur à solo Deo, sed etiã à nobis. Et est hæc gratia actualis cõcurfus, id est, actualis volitio Dei, mouens nos ad peccatorum detestationem elicendam,



ciendam. Non enim possemus moueri, nisi Deo mouente. In-  
instar mobilium naturalium, quæ non a se, sed ab alio mo-  
uentur. Sed de ipsi in se diffi sequenti in nihil in quibus

Arist. 7. 119 A  
Phyfi.

4. Nota.

Distinguntur dictæ duæ gratiæ, quoniam prima, scilicet,  
operans, siue præueniëns præcedit tempore nostram iusti-  
ficationem. Non enim cum primùm tremur, statim pœnit-  
ret nos peccasse, vt patet exemplo Pharaonis, qui plagis, &  
terroribus vocatus, non statim pœnitebat. Secunda verò sci-  
licet cooperans est prior natura, simul tamen tempore cū no-  
stra iustificatione. Et ratio est, quia in ario & adiuuare habet  
se, sicut moueri, & mouere, quæ sunt simul tempore; prius  
tamen natura Deus mouet. Nā hæc est veritas, quia Deus mo-  
net peccatorem, id est, quia Deus iuult voluntate, scilicet, be-  
neplaciti peccatorem conuertit, id est, conuertitur. Ecce quo-  
modo ibi est prioritas naturæ. Respexit dominus Petrum,  
post negationem & gressus foras fleuit amare. Prius natura  
respexit dominus Petrum; simul tamen tempore fuit domi-  
num respicere Petrum, & Petrum conuertit.

Vegilib. 4.  
Sap. concil.

2. bnc qd A

3. bnc qd A

Luc. 22.

Auxiliū adiuuans; siue cōco mitans nō est qualitas posi-  
tīua; vt est gratia grā faciēns; sed solum est volitio diuina,  
qua vult voluntate beneplaciti, & non tantum voluntate  
signi, peccatorem sufficienter pœnitere. Et quoniam qui-  
busdam concedit hoc auxiliū adiuuans, quibusdam verò  
negat; id est auxiliū speciale nominatur. Concessit enim il-  
lud Petro, & negauit Iudæ; & id est ille pœnituit, & iste de-  
speratus, laqueo se suspendit.

5. Nota.

Luc. 22.

Matth. 27.

Licet causa vniuersalis præstat minus vniuersalibus cau-  
sis, operandi virtutem; & sit eiusdem operationis principium;  
quia prius naturæ, quā inferior causa operatur, nō tamen ab  
inferioribus causis virtutem recipit. Probat in naturalibus  
exēplo Solis, qui præstat terræ, calefaciēdo ipsam, operandi  
virtutē, & nullā ab ea recipit. Et in moralibus multis exēplis  
potest illustrari; vt in eo, qui porrigit manū iacētī in terra,  
vt se erigat, & in aduocato, qui præstat clientulo cōcilium, &  
in magistro, qui præstat scientiam discipulo: qui quidem ab  
illis, quibus præstant auxiliū, nullū recipiunt operandi vir-  
tutem: immo repauiuntur, quia dū illa præstant, lafantur.

6. Nota.

7. 1. 119 A

8. 1. 119 A

Et sic

Hinc

*Append. 1. A.* Hinc colligitur, quod quamuis idem effectus simul à causa vniuersaliori præueniente, & à causa minus vniuersali producatur, nihilominus tamen semper hæc est vera, causa inferior non potest agere sine superiore; & non è contra. Et ratio est; quia principium actionis est à causa superiori, quæ tribuit inferiori virtutem. Hæc enim est vera. Clientulus nihil sine aduocato potest efficere, & prostratus in terra nõ potest sine adiuuante erigere; se: falsum tamen est, quod adiuuans non possit virtutem præstare, prostrato sine ipso; quia potest sine illo, extendere manum suam, & dare illi virtutem; vt se erigat.

*Append. 2.*

*Zachar. 1.*

*Treno. c. 5.*

Hinc etiam colligitur, Deum dare homini virtutem operandi meritorie, & esse eiusdem actionis principium. Et probatur Zachariæ, 1. vbi inquit Deus. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Cui respondemus, Cõuertere nos Domine ad te, & conuertemur. Quibus verbis docet scriptura diuina exordium nostræ iustificationis esse à Deo per gratiã præuenientem, & excitantem; nullo tamen modo initium iustitiæ esse à nobis. Quod etiam diffinitum est in concilio Trident. sess. 6. cap. 5. hys ita constitutis, quibus sequentes conclusiones confirmantur, & hæreticorum argumenta soluntur, ponendæ sunt conclusiones. Quarum prima initium iustificationis à quo sit, declaratur. Secunda eiusdem immediata dispositio indicatur. Et tertia titulo difficultatis respondetur.

### C O N C L U S I O I.

*Ioan. 15.*

*Roma. 9.*

Initium nostræ iustificationis non est à libero arbitrio nostro, sed est solum ab ipso Deo, nobis merè passiue nos habentibus. Et probatur; quia nostræ iustificationis initium est à gratia præueniente, & à vocatione Dei. Ioan. 15. non vos me elegistis, &c. Et à prædestinatione, quæ est initium finalis iustitiæ, quæ est etiam opus solius Dei. Ad Romanos. 9. non est volentis, neq; currentis. Et à prædicatione, & miraculis & flagellis, quæ (vt in primo, & secundo notabili diximus) sunt à solo Deo. Et confirmatur multis sacre scripturæ testimonijs hæc conclusio. Quale illud est psalm. 126. Vanum est vobis ante lucem surgere, id est, ante gratiam præuenientem,

Et illud,

Et illud, sine me nihil potestis facere. Et illud, nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum.

Ioan. 15.  
Ioan. 6.

CONCLUSIO II.

Quamuis initium nostræ iustificationis sit à solo Deo, nos varijs modis excitante, hoc tamen initium sine vsu liberi arbitrii suum effectum haud sortitur. Et ratio est: quia possumus hæc auxilia præuenientia reijcere: vt reiecit Pharao, & Iudæi prædicatione Christi, & apostolorum abutentes. Possunt enim huiusmodi auxilia, cum præcedant tempore nostram iustificationem, frustrari. Et est diffinita in conc. Trid. cap. 5. citato.

Veg. lib. 6.  
super concil.  
Trid. c. 5.

CONCLUSIO III.

Vltima dispositio ad iustificationem, quæ est conuersio in Deum, hoc est, actus pœnitentiæ, aut dilectionis, &c. non est opus solius Dei; sed etiam nostri liberi arbitrii auxilio diuino concomitâte adiuti. Hæc conclusio ex nota. 2. & ex append. vltimi notab. constat. Et probatur multis diuinæ scripturæ autoritatibus. Zachariæ enim. 1. dicitur. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Quibus verbis nostræ libertatis admonemur. Et Trenorum vlti. conuerte nos Domine, & conuertemur. Vbi insinuat, nihil nos absquē auxilio diuino efficere posse. Passim enim in scriptura sacra exigit Deus à nobis nostram conuersionem; vt Ioel. 2. Conuertimini ad me, &c. & Isai. 31. & 45. Et Jerem. 3. & 15. Et Matth. 11. venite ad me, &c. Luc. 13. nisi pœnitentiam habueritis, &c. Et ad Roma. 2. tu autem, secundum duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, &c. Vbi apostolus impœnitentes increpat. Quare si Deus exigit à nobis actum conuersionis, & damnat auersos, cōuersio erit in nostra potestate elicitiuē. Alioquin Deus esset iniustus: quia obligaret hominem ad actum, qui non est in eius potestate. Vltimò sine me, inquit Christus, nihil potestis facere, ergo à contrario sensu, illo adiuuante, aliquid vitæ æternæ meritorium poterimus facere. Similiter, si nemo potest venire ad illum, nisi Pater traxerit, poterit, Patre trahente, & adiuuante, homo per cooperationē liberi arbitrii, medijs operibus meritorijs, ad eius gloriam peruenire.

Zachar. 1.  
Treno. 5.  
Ioel. 2.  
Isai. 31. &  
45.  
Iere. 3. & 15  
Matth. 11. 2  
Luc. 13. 1. p  
Ad Roma. 2  
Ioan. 15.  
Ioan. 6.

Append. 3.

Hinc, opera iustorum, non solum sunt à Deo; verum etiam elicitivè ab eorum libero arbitrio. Et ratio est; quia multa sub præcepto iustis traduntur, quæ non præciperentur; si nullam haberent potestatem. Non enim ad impossibile obligarentur.

Castro verb. libertas.

Hæresi. 1.

Hæresis Luther.

Hinc, confutatur error lutheranorum affirmantium, Deū sine nobis operari nostram iustificationē; quia nos, inquit illi pestilentissimi homines, respectu nostræ iustificationis nullam prorsus habemus actiuitatem: sed habemus nos merè passivè, tanquam inanime, & brutum animal: immò quod trahat nos nolentes, & reluctantes ad iustitiam, affirmant. Quod est falsissimum, & contra sacram scripturam, ut ex dictis apertissimè constat.

## FLORES TRACTATUS de Gratia.

**SUPERIORIBVS** Distinctionib. 24. & 25. disputavit Magister de natura. 1. de libero arbitrio, quod est principium operationum naturalium, nunc tribus distinctionibus sequentibus, nempe 26. & 27. & 28. comprehendit totum hunc tractatum de gratia, quæ est principium operationum supernaturalium. De quo scholastici doctores D. Bona. Ricar. & alij super easdem distinctiones, & Alexā. Alen. & S. Thom. locis infra citandis disputant. Sunt quoque legendi Castro contra hæreses, verbo gratia. Et Vega super concilium Trid. & in opusculo de iustificatione, gratia, & meritis. Et Soto de natura, & gratia.

Alex. Alen.

3. p. q. 61.

S. Tho. 1. 2.

q. 110.

D. Bona.

Duran. Ric.

Scot. &amp;

alij hæc d. 26

Alex. Alen.

m. 1. vbi. 5.

Castro.

### Magister Sentent. Distinct. XXVI.

#### Quest. I. De Gratia.

**H**AEC QUÆSTIO explicabitur, cōsuetā methodo seruata, & aliquot propositis articulis.

Artic.

Artic. I. De his, quæ ad essentiam gratiæ pertinet?

Hic articulus nonnullis difficultatibus positus absoluetur.

Prima diffic. An sit gratia? & si est, an sit ad salutem necessaria?

CONCLUSIO I.

**L**oquantur quicquid velint philosophi, obstrepent, dirupanturq; hæretici Pelagiani, indistinctè admittimus diuinam gratiam, & ita omninò necessariam confitemur, vt absquæ ea, tum maximè gratum faciente, nullatenus homini possit esse salus. Hæc conclusio multis rationibus ab Alexād. confirmatur, & à Castro multis autoritatibus vtriusquæ testamenti contra Pelagium, & Cælestinum, & Iulianū, hæreticos, qui dixerunt hominē sine gratia posse omnia præcepta Dei implere, & suis meritis vitā aternā consequi. Cum D. Paul. dicat. 1. Cor. 3. nō quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Hinc sic colligo rationem; si non sumus sufficientes cogitare, minūs, & velle (quoniam nihil volitū, quin præcognitum) & si velle nō possumus, nec operari valebimus, & idē, cū nostra sufficientia ex Deo sit, erit gratia Dei ad nostrā iustificatiōē, & salutē necessaria. Hæc enim ob causam, respōdit dñs eidē Paulo, ter rogāti, vt ab eo carnis stimulū auferret; sufficit tibi gratia mea. Nā si Paulus ipse, hoc, quod pe-tebat, præstare, quāuis difficulter, potuisset, meritò respōdisset illi dñs, quod beatæ Luciæ pro matris suæ salute beatam Agathā depræcati eadē Agathā respōdisse fertur, scilicet, vt quid à me petis, quod ipsa poteris continuò præstare matri tuæ? Tādē ad Phillip. 2. ait. Deus est enim qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona volūtate. Si Deus est, qui operatur, nō ergo scientia sufficit. Cū autē dixit velle, & perficere, docuit, vt credamus gratiam Dei esse necessariam, non solūm ad bonū aliquod incipiendū; sed etiam, vt possimus in bono incepto perseuerare. Hoc enim est perficere; qm̄ qui cœpit ædificare, & nō potuit consummare, hic vir perfectus non

Verbo gratia  
Hæresi. 1.

1. Cor. 3.

2. Cor. 12.

Ad Philipp.  
c. 2.

Matth. 10.



*Ad Titum.*  
cap. 3.

*Hæresis Pelag.*

*Alex. Alen.*  
m. 1. & m. 2  
art. 5. vbi. s.  
& s. Thom.  
& alij vbi. s.

*D. Aug. de*  
*lib. arb. c. 6.*

est, sed qui perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quæ quidem salus non habetur, nisi per Dei gratiam, vt idē Paulus ad Titum, 3. docet, dicens. Apparuit benignitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauam regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in vos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum; vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. Ex his, & alijs locis, quos adducit Castro confutata manet hæresis in principio huius difficultatis citata.

*Secunda diffic. Quid Gratiæ nomen significat?*

**M**erito hoc quæritur, quia multa, & non vnum significat, vt de qua significatione instituta sit disputatio, intelligatur.

**CONCLUSIO.**

Nomē hoc, gratia, multa equiuocē significat. Et ratio est: quia habet multa significata, quibus nomē est commune, & ratio secundum illud est alia, & alia. Quod confirmatur inductione, seu enumeratione significationum. Nam primò significat donum increatum, nempe, Spiritum sanctum, vel Deum ipsum, vt autor est D. Aug. dicens. Cùm data fuerit gratia, si se gratia subtraxerit. Quod quidem de gratia creata non potest intelligi. Neque enim se subtrahit qualitas illa animis nostris: sed misericordis Dei manum operatricē. Deūque ipsum nomine gratiæ B. Aug. significauit. Ita, & aliàs dicit, gratiam subdere sibi rebelles hominum voluntates, quod non creatam gratiam facere vult, sed increatam, ipsum, scilicet, Deum imbecilles adiuuantem. Et in concil. Arausicano gratia facere dicitur, vt inuocetur à nobis, vel Deus, scilicet, vel gratia. Quibus verbis non aliud significatum est, quam Deū misericordia sua corda nostra excitare, facereque: vt eum inuocemus. Secundò dicitur gratia donum creatum. Et hoc modo multifariam vsurpatur. Primò gratia est donum à Deo in nobis concreatum, quomodo nos esse ad imaginem Dei est gratia. Secundò gratia dicitur donum superadditum, vt est scientia, vel

vel notitia] siue cognitio de Deo. Hoc enim donum non co-  
 creatur in anima; sed postea ei additur. Tertiò gratia idē est,  
 quod donum in anima residens, à plenitudine gratiæ Christi  
 ad eam deriuatum; de qua gratia Ioan. c. 1. ait. Gratiæ, & veri-  
 tas, per Iesum Christum facta est. Et B. Paul. ad Roma. 5. cha-  
 ritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū,  
 qui datus est nobis. Et ad Roma. 7. infelix ego homo, &c.  
 gratia Dei per Iesum Christū, &c. Hæc enim gratia est, quæ  
 liberat. Hanc scholastici doctores vocauerunt gratiam gratū  
 facientem. Hæc est, quæ proprio nomine gratia Christi, siue  
 gratia Dei per Iesum Christum appellata est. Quæ etiam  
 gratia iustificans nominatur. De qua D. Paul. ad Roma. sub-  
 tiliter philosophatur: & de qua omninò nostra futura est di-  
 sputatio. Dissendum enim nobis est de gratia, qua iuste vi-  
 uitur, aut saltem iniustæ actæ vitæ venia abinetur. Quar-  
 tò gratia dicitur primus habitus, vel prima virtus, in qua do-  
 num gratiæ manifestatur. Et hoc modo fides gratia nomi-  
 natur ad Hebræ. vlti. Optimum est gratia stabilire cor. vbi  
 gloss. vt habeatis fidem perfectam, credentes omnia munda  
 mundis. Quintò gratia nominatur primus gratiæ effectus  
 post lapsum: vt est remissio peccatorum. Ad Roma. 1. gratia  
 vobis, & pax à Deo, vbi gloss. gratia remissio peccatorum,  
 pax reconciliatio ad Deum. Sextò significat hoc nomen gra-  
 tia donum prærogatiuæ, vel dignitatis, quo modo sacer or-  
 do dicitur gratia. i. ad Timoth. 1. gratia, & misericordia, &c.  
 Vbi glo. misericordia hic accipitur, quod in alijs epistolis re-  
 missio peccatorū dicitur, gratia verò, quam addit hic Episco-  
 pis optatur. Hæc est donatio Spiritus sancti, qua ministri  
 Dei armantur, id est, sacer ordo. Septimò gratiæ signum no-  
 mine gratiæ appellatur, vt est prophetia, & miraculorū ope-  
 ratio; quia est signum, quod aliquis sit gratus Deo, quādo ha-  
 bet prophetiam, vel operatur Deus per illum miracula, &c.  
 De qua. 1. Cor. 12. diuisiones gratiarum sunt. Alij namq; da-  
 tur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, alij prophetia, &c.  
 & D. Petrus vnusquisquē, sicut accepit gratiam, in alterutrū  
 illam administrantes, sicut Dei dispensatores multiformis  
 gratiæ Dei. Cuiusmodi dona gratuita scholastici gratias gra-

Ioan. 1.  
 Ad Rom. 5.  
 Ad Roma. 7.

Ad Hebr.  
 vlti.  
 Ad Rom. c.

1. ad Tim. c.

1. Cor. 12.

1. cap. 4.

1. Cor. 12.

tis datas, docendi gratia, vocauerunt. Hæc tamē per se, nec iusta  
 sunt, nec iustitiæ pars: quia neq; absolute, neq; ex parte homi  
 nē iustum reddunt. Nō enim semper, hoc signo posito: vt ait  
 noster Alex. ponitur res. 8. dicitur gratia præmium ipsius  
 gratiæ, quod cōsequitur ad gratiam, vt est vita æterna. Et ita  
 interpretandus est locus Ioā. 1. & de plenitudine eius accipi  
 mus omnes, & gratiā pro gratia, id est, vitā æternā, glos. gratiā  
 glorificationis pro gratia iustificationis. Et Zach. 4. ad æqua  
 bit gratiā gratiæ eius. 9. nomē gratiæ tā in sacris literis, quā  
 in veterū scriptis, interdum pro ipso munere gratis propter  
 Christū homini dato vsurpatur, aliquādo pro misericordia,  
 & liberalitate, quod scripturæ bonam Dei voluntatē, bene  
 placitū, aliquando simpliciter voluntatē appellāt. Vt ps. 50.  
 Benignē fac in bona volūtate tua Sion, id est, propter tuā mi  
 sericordiam, siue ex gratiæ tuæ fauore. Et psal. 29. Ira in indi  
 gnatione eius, & vita in voluntate eius, id est, benignitate, &  
 fauore. Et ad Ephes. c. 1. vocatur beneplacitū Dei, id est, ma  
 gna misericordia. 10. accipitur etiam gratia pro quodā fauore,  
 quo quis gratiam alicuius habere dicitur, quod illi nun  
 quā non sit acceptus. Sic Lucas accepisse creditur, quando  
 dixit Angelus. Virgini sanctissimæ. Inuenisti gratiam apud  
 dominum. 11. Sumitur etiam aliquando pro dono, & tem  
 porali beneficio exhibito. Vnde mihi hoc, vt inuenirem gra  
 tiam ante oculos tuos? 12. sumitur quoquē pro memoria ini  
 pensi beneficii, & voluntate respōdendi. Hinc dicimus, grati  
 as agere, & referre gratiam, &c. 13. pro obligatione benefi  
 cij accepti: vt apud Salustium, nunquā redditam tibi gra  
 tiam putaris, semper apud me integra erit, hoc est, pro tuo  
 in me beneficio putame perpetuo tibi deuinctum fore. 14.  
 13. gratia est, quod non sumus arbores, oues, boues, rationis  
 expertes; sed creaturæ fideles, beatitudinis capaces: vt D.  
 August. docet. 14. gratia appellatur, quæ a Deo gratis, & nō  
 ex debito datur. Alioqui iam gratia non esset gratia. Et ali  
 bi, inquit Apostolus: merces imputatur non secundum gra  
 tiam: sed secundum debitum. 15. pro dilectione: dicimus  
 enim militem esse gratum Regi, id est, charum, ac dilectum.  
 Lege Ambro. Calepinum verbo gratia.

Tertia diffic. De diuisione gratie.

GRATIA de qua disputant Theologi variæ à doctoribus diuisiones proponuntur, quas præmittere modò oportet, vt facilius eiusdem gratiæ definitio colligatur, & clariùs, quæ de illa tractanda sunt, intelligantur. Claritatem enim diuisiones in vnaquaquè disciplina præstāt. Sit igitur prima diuisio.

Gratia alia increata, alia creata. Hæc diuisio cõstat in principio proximæ difficultatis. De gratia increata in floribus primi li. sent. Deo ppitio erit sermo, de creata infra agemus.

Gratia alia Dei, alia hominis. Prima dicitur ipsa æterna Dei dilectio, de qua ad Ephesi. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum in laudem gloriæ gratiæ suæ. Secunda significat aliquid supernaturale in homine, à Deo proueniens. Hoc enim est hominem gratiam Dei habere, hæc est S. Tho.

Gratia creata, vel est generalis, vel specialis. Prima accipitur latissimè pro quocūquè generali concursu Dei cū creatura, & pro quocūquè beneficio accepto, & indebito; vt pro beneficio creationis, conseruationis, &c. Ita accipitur in concil. Constantiensi aet. 11. vbi definitum est, angelos esse immortales per gratiam, cū sint immortales per naturam, & quidditatem. Accipitur enim gratia eo in loco pro beneficio creationis, & quidditatis naturæ. Nam cū creatio sit indebita angelis, ideò dicitur gratia.

Hinc, generalis Dei concursus ad legendum, ambulandū, scribendū, &c. vocatur gratuitus: quia est indebitus. Est autē generalis iste Dei cõkursus pactum Dei cū creatura, nunquā nõ cõcurrendi cum ipsa, ita q̄ si non concurrat, fit miraculū. Est enim iste concursus actualis diuina volitio, qua Deus instituit: vt causæ secundæ suas actiones operentur. Nam sic Deus, inquit, D. August. res suas condidit, sic administrat, vt proprios motus agere sinat. Gratia specialis est duplex, quedam dicitur gratis data: quedā vero gratum faciens. Prima sumitur pro dono supernaturali hominibus ad vtilitatem ecclesie potius, quàm ad propriam dato. De hac Apost. multis in locis, præsertim, 1. ad Cor. 11. diuisiones gratiarū sunt, &c.

Alex. Alex.

q. 61. m. 3.

Et q. 63.

S. Th. q. 111

Et alij vbi. 5.

1. Diuisio.

Alex. Alex.

P. 4. q. 5. m. 1

art. 2.

S. Bon. d. 26.

q. 2.

2. Diuisio.

Ephesi. 1.

S. Tho. 1. 2. q

110. art. 1.

3. Diuisio.

Append. 1

D. Aug.

4. Diuisio.

1. Cor. 12.

Et rursus alij datur gratia sanitatum, alij operatio virtutum, &c. & huiusmodi gratiæ in habentibus illas, non sunt entitates positivæ: sed tantum pactum diuinum de concurrendo cum quibusdam hominibus ad tales operationes supernaturales, vt ad faciendâ miracula in confirmationem fidei, & ad concionandum, & ad exponendam scripturam diuinam, &c. Altera accipitur pro speciali Dei auxilio, quod Deus nobis communicat, vel ad eliciendum actus vitæ æternæ meritorios: vt ad diligendum, & credendum, sicut oportet, & hoc quando sumus in gratia, vel ad aliquem actum, qui sit dispositio ad gratiam: vt ad contritionem. De auxilio ad credendum loquitur Paul. vbi ita ait. Gratia saluati estis per fidem, atque hoc non ex vobis. Donum enim Dei est. Et datur ad utilitatem recipientis illam, nempe, ad eius cõuersionem, & persuerantiam. Et dicitur specialis: quia non omnibus conceditur: vt generalis gratia, sed quibusdam tantum gratis, prout Deus ab æterno instituit, conceditur: alijs verò gratis denegatur, & hoc absque miraculo. Vtrumque tamen abditissimo Dei iudicio: vt constat Matth. 11. væ tibi Corozain, væ tibi Beth-saida, quia si in Tyrò, & Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim cilicio, & cinere poenitentiam egissent. Ecce quomodo auxilia necessaria ad credendum, vt prædicatio, & miracula fuerunt ciuibus Tyri, & Sydonis negata, quibus erant bene vsuri, & concessa habitantibus Corozain, & in Beth-saida, qui illis malè vsi fuerunt.

*Diuisio. 4.* Gratia specialis rursus, quæ pro dono supernaturali (vt modo diximus) accipitur, duplex est. Vna, quæ non est entitas positiva: sed solum volitio diuina, qua Deus vult vni, & non alteri auxiliari: vt patet exemplo Beth-saidæ, & Corozain, &c. Altera, quæ significat donum habituale, quo formaliter aliquis est iustus, & cõ ad vitam æternam acceptus.

*Diuisio. 5.* Gratia gratum faciens duplex, vel gratum faciens de non grato: vt baptismalis: vel magis gratum faciens, ex iam grato: vt gratia confirmationis.

*Alex. Alen. q. 9. m. 3. ar. 2.* Gratia peculiariter hominibus communicata triplex est, scilicet, auxilium generale, auxilium præueniẽs, & auxilium

*Diuisio. 6.* concomitans nostram iustificationem. Differunt aut hæc tria auxilia



auxilia in hoc, quò duo priora sunt in nostra potestate: quia possumus illis resistere, vel acquiescere. Et primùm de auxilio generali quò ad opera moralia, quæ possumus viribus naturæ elicere, patet: quoniam est frustrabile. Sicut enim possumus scribere, vel non scribere cum auxilio generali, similiter studiosè, vel vitiosè scribere. Secundò de auxilio præueniente constat Prouerb. 1. Vocauit, & renuistis, &c. & in concil. Trid. sess. 6. cap. 5. vbi dicitur, posse hominem abijcere gratiam excitantem, per quam vocatur à Deo. Et Matth. 11. tum cœpit exprobrare ciuitatibus, &c. eò quòd, visis miraculis, quibus ad credendum excitabantur, nõ fuerunt conuersi.

Prou. 1.

Matth. 11.

Gratia vna operans; alia cooperans. Hæc diuisio est D. Augusti, vt refert Magister hac d. 26. Et gratia pro gratum faciente eadem numero est operans, & cooperans: dicitur enim operans, quatenus hominem sanat, & iustificat; cooperans verò quatenus voluntatem ad benè operandum inclinât.

7. Diuisio.  
Magist. hac  
dist. 26. &  
D. August.  
8. Diuisio.  
9. Diuisio.

Gratia, vel est præueniens, vel subsequens.

Gratia præueniens diuiditur in concil. Trid. sess. 6. c. 5. in gratiam excitantem, & adiuuantem. Sed sit satis hæc delineasse: quoniam infra cum Alex. & S. Tho. & alijs de ijs diuisionibus latius erit agendum.

*Quarta diffic. Gratia est ne aliqua entitas positina in anima?*

Sancus Thom. querit. An gratia ponat aliquid in anima? quòd idem est. Proponenda erat post diuisionem gratiæ eius definitio, sed priùs gratiæ genus, quòd primùm in diffinitione obtinet locum, in hac, & sequentibus difficultatibus inuestigandum est. Priùs tamen quæ sequuntur animaduerte.

- S. Th. q. 110  
art. 1.  
D. Bona. dif.  
26. q. 1.

Homo hominem diligens non facit illum bonũ: sed præsupponit aliquam bonitatem in illo. Et ratio est; quia voluntas non fertur in aliquod obiectum, nisi sub ratione boni, honesti, vtilis, aut delectabilis: Deus autem diligens hominẽ, facit illum bonum. Et ratio est: quia Deus non diligit nos,

1. Animaduersio.

eò quòd sumus boni: sed sumus boni, quia diligimur à Deo. Et confirmatur: quia cum diligere aliquem in communi sit velle dilecto aliquod bonum, & voluntas diuina diligens aliquem sit infrustrabilis, & suum velle sit suum efficere, statim in creatura dilecta efficiet bonum, quod vult. Alioquin non esset omnipotens, & ex consequenti, Deum aliquem diligere, erit illum bonum efficere. Propterea, quod idem est Deum velle aliquid ad extra, & illud efficere, quia, præter voluntatem, nõ habet aliquam aliam potentiam executiuã. Omnia enim, quæcunque voluit, fecit in celo, & in terra.

*Psal. 113.*

*2. Anim.*

*Sap. 11.*

*Append. 1.*

Dilectio Dei erga creaturas duplex est. Vna generalis, qua vult eis bona naturalia, & temporalia, qua diligit Luciferum, & omnes malos: iuxta illud. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Altera est specialis, qua vult creaturam aliquod bonum supernaturale, & trahit illam, vt sit diuinæ naturæ particeps, idest, vitæ æternæ digna. Qua quidem dilectione diligit tantum iustos: quia vult illis bonum æternum, idest, acceptat illos ad tale bonum, quod est gloria.

Hinc, colligi potest gratiæ definitio, scilicet, quod sit gratia dilectio specialis, qua Deus acceptat aliquem ad præmium æternum fruendum, quod est ipse Deus.

### CONCLUSIO.

Hominem specialem Dei gratiam, de qua modò est instituta disputatio, habere, est aliquod donum supernaturale positiuum in anima retinere. Ratio huius cõclusionis colligitur ex. 1. animaduersione: quia cum Deus diligens hominem, velit illi aliquod bonum, de facto habebit illud. Propterea quod voluntas eius non est frustrabilis. Quis enim voluntati eius resistet? Tum etiam: quia cum factio terminetur ad aliquid positiuum, & Deus volens aliquod bonum supernaturale homini dilecto, vt est gratia, faciat illud, erit plane gratia aliqua entitas positiuua in anima existens: si quidem donum quoddam Dei est.

*Ad Rom. 9.*

*Append. 2.*

Hinc, quantum segnitia, & socordia in nobis sit circa animarum nostrarum salutem, facillimè deprehenditur: quia nihil minus curamus, quam petere à Deo, vt ignem sui amoris accedat in cordibus nostris: quod semper, & ubiq; erat à nobis

nobis efflagitandum: ut qui boni sunt, meliores fierent, & qui mali, boni efficerentur. Nam Deus, quos diligit (ut in prima animaduersione dictum est) diligendo bonos facit.

*Quinta diffic. Est ne Gratia qualitas absoluta? an relatio realis?*

Constat ex præcedenti difficultate esse gratiam entitatem absolutam, restat, videamus qualis entitas sit absoluta ne? an relata?

Circa hanc difficultatem fuit olim Magistri opinio dist. 17. primi lib. sentent. afferentis, gratiam non esse qualitatem, aut entitatem positivam in anima, sed esse ipsammet Spiritus sancti personam, non quòd Spiritus sanctus animam informaret, sed quòd, nullo mediante habitu, iustificaret nos, & ad actum meritorium nostrum concurreret: ita Magistrum, Scotus, & Durand. exponunt. Solus Thomas Vualdensis titul. 1. de sacramental. cap. 1. sequitur est Magist. affirmans non esse hæreticum dicere, gratiam non esse qualitatem positivam: non tamen est hæresis calculo notandus. Quoniam scripsit ante concil. Trident. Effet tamen modò hæreticus censendus, qui inficiaretur, gratiam esse qualitatem, ut statim demonstrabitur. Sed sunt iacienda sequentia fundamenta priùs. Quemadmodum agentia naturalia per suas formas mouentur ad operandum: quia forma est principium, quò agens operatur, ita anima per suos habitus mouetur ad operandum; ut per habitum moralem, scilicet, per iustitiam mouetur ad actus studiosos præstandos, quorum finis est naturalis, nempe, rectè viuere: & per habitum supernaturalem: ut per charitatem infusam mouetur ad operandum actus, quorum finis est supernaturalis, scilicet, beatitudinis affectio. Et ratio vtriusque partis est: propterea quòd Deus tam agentibus naturalibus, quàm liberis elargitur formas, quibus faciliter, & delectabiliter operentur. Hoc docuit scriptura sacra, quando dixit, Deum disponere omnia suauiter. Aliter enim si potentia habent

Alex. Alen.  
q. 61. m. 2.  
art. 1. & 2.  
& 3.  
S.Th. q. 110  
art. 2.  
S. Bona. q. 3.  
Durand. q. 1.  
Vega lib. 7.  
super concil.  
Trid. c. 24.  
Scot. & Du-  
rand. d. 17. r.  
sent. q. 2.  
Th. Vualdè.  
Cautè legen-  
dus.  
Magist. cau-  
tè legendus  
d. 17. 1. lib.  
sentent. A. 1.  
1. Funda.  
Sap. 8.

habentibus careret non perfectè, & faciliter: sed imperfectè, & difficulter, & non suauiter, operaretur.

2. Funda.

Nullus ab actu transeunte, sed ab habitu remanente virtutis, aut vitij studiosus, aut vitiosus denominatur. Et ratio manifestissima inter omnes philosophos est: quia denominatio, siue substantialis, siue accidentalis sit, non fit nisi à forma actu in subiecto existente. Non enim corpus dicitur animatum, nisi ab anima, quæ in ipso est, neq; album, nisi ab albedine actu inhaerente. Et oim actus transeus iam nō sit, nequē animæ inhaereat, nullus ab illo: sed ab habitu studiosus, aut vitiosus dænominabitur.

Vegam omni  
no. Legelib.

7. super coc.  
Trid. c. 21.

22. 23  
Saru lib.

2. de nat. 25.

Hereses.

Ad Rom. 5.

Ad Tim.

1. Cor. 12.

Lutherani inter alia negant aliquā iustitiam, quæ sit qualitas nobis inhaerere: nam dicunt nos esse formaliter iustos, non per iustitiam nobis inhaerentem: sed per imputationem iustitiæ Christi, quæ nobis, ac si esset nostra, imputatur. Ad dunt etiam gratiam esse fauorem, & beneuolentiam Dei ad hominem, sicut gratia regis ad militem, fauor, & pecuniaris regis beneuolentia est. Iam cum istis hæreticis est in hac difficultate certandum.

C O N C L U S I O I I.

De lege, & potentia Dei ordinaria, negare modò gratiam, per quam nobis vitæ æterna promittitur, esse qualitatem animabus iustorū, & amicorum Dei inhaerentem, est hæreticum. Probatum primò ex D. Paul. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vbi cum non loquatur B. Paul. de charitate actuali, scilicet, quòd solùm diffundatur charitas in illis, qui actu cogitant diuina, & actu diligunt Deum, alioquin iustus cum dormit, vel versatur circa actiones humanas, maneret extra charitatem, vt D. Paul. quando scribèbat Timothæo, vt afferret secum penulam, quam reliquit Troade, fuisset extra charitatem; quia actu tunc non cogitabat de Deo. Quare loquebatur profectò ibi de charitate habituali, quæ est qualitas animæ inhaerens. Secundò, idem B. Paul. de charitate scribit dicēs. Charitas nūquā excidit, quod de actuali charitate nullo modo potest intelligi. Quia hæc in dormientibus, & in amētibus iustis, & in habentibus humanas cogitationes planè non excidit. Tertio,

Tertiò, quia hæreticum est negare, quæ à concilijs vniuersalibus, tanquàm de fide, & sub anathemate definiuntur. Et conclusio posita definita est in concil. Vienen. Et ponitur in clementina prima de sum. Trinit. & clariùs, & expressiùs in concil. Tridët. sess. 6. can. 11. vbi dictæ hæreses lutheranorum aduerbum condemnantur. Quartò confirmatur ratione ex primo fundamento: nam si agentibus naturalibus præstat principia operandi, vt igni calorem, & aquæ frigiditatē multò magis voluntati præstabit habitum, quo perfectiùs, & faciliùs eliciat actum erga ipsum Deum. Quod patet exëplo iustorum, quorum voluntas faciliter, & delectabiliter, & inter se dilectionem meritoriam, quæ est actus supernaturalis, operatur. Aliter enim Deus voluntati humanæ minùs sufficienter consulisset: siquidem dedisset ei principia ad operandum perfectè moraliter per habitus morales acquisitos, & non ad operandum perfectè supernaturaliter. Hinc destructæ manent lutheranorum hæreses ante conclusionem positæ.

## CONCLUSIO II.

De potentia absoluta posset anima esse grata Deo absq; vlla qualitate, quæ sit gratia, sed per solam simplicem Dei promissionem, qua vult ex tempore dare alicui gratiam absque aliquo positio in anima. Et ratio est; quia gratia nõ facit modò hominem gratum ex natura rei, sicut albedo facit hominem album; sed ex institutione diuina, & per consequens posset Deus supplere eius causalitatem: ita quòd per solam volitionem acceptaret hominem ad gloriam. Posset enim Deus instituere: vt habens albedinem esset vita æterna dignus, & tunc albedo esset gratia. Et quia potest Deus supplere causalitatem causæ extrinsecæ, scilicet, efficientis, & finalis: non autem formalis causæ. Quoniam causa formalis est de intrinsecâ ratione totius, idest, de eius definitione physica. Imò Scot. dist. 26. 3. lib. quem sequitur Caiet. 2. q. 171. art. 2. & Gab. dist. 17. 1. lib. q. 1. & Almain in morali. cap. 1. opinantur nullam esse rationem naturalem, quæ conuincat ad ponendos hos habitus supernaturales. De fide tamen tenendum esse gratiam esse habitum, siue qualitatē

infu-

Legge cap. ma  
iores de Bapt.  
& eius effec.

Scot. Caiet.  
Galr. Al-  
main.



natura, & gratia c. 17.

Alex. Alen.

art. 4. vbi. 5.

& in. 4. p. 9.

8. m. 8. art. 3.

§. 1. & q. 9.

m. 3. art. 2. §.

1. q. 1. collate

rali. ad arg.

& q. 12. m.

1. art. 1. &

q. 13. m. 3.

& S. Th. art.

3. q. 110.

S. Bona. in. 2.

d. 26. q. 5. &

in. 3. d. 27. q.

2. & d. 27.

3. lib. art. 1.

q. 3. & 4.

Soto lib. 2. de

nat. & grat.

c. 17.

Duran. q. 1.

Gab. q. vni-

ca. d. 26.

Henricus. Ve

ga. Ricard.

1. Nota.

Append. 1.

Append. 2.

infusam propter autoritatem ecclesiæ, quæ ita scripturam interpretatur. Et Soto lib. 2. de natura, & gratia consulto, ac delibera-è (quoniam negat esse idem cum charitate) noluit gratiam habitum infusum nominare: sed illam iustitiam inhaerentem, scilicet, qualitatem vocat.

### Sexta diffic. Vtrum Gratia sit Virtus?

**C**VM constet gratiam esse qualitatem, est difficultas, an sit virtus? id est, vna ex virtutibus Theologicis? vel aliqua qualitas ab illis tribus fide, scilicet, spe, & charitate distincta.

Dux sunt contrariæ opinioniones circa hanc difficultatem. Vna est D. Tho. asserentis, gratiam non esse virtutem infusam, nempe, charitatem, sed esse potius qualitatem quædam animæ inhaerentem, qua à Deo diligimur. Propter quâ Deus omnia bona nobis confert: eiusdem sententia est D. Bona. & Soto, qui mordicus illâ tenet. Altera, & opposita est Alex. Alen. locis citatis, & Scot. d. 27. huius secundi libri, quos sequuntur Dura. & Gab. in hac dist. & Henricus de Gauda. ali quos citat Vega lib. 7. super concil. Trid. c. 25. & 26. Ricard. hac dist. q. 4. vtrâq; sententiâ probabilem arbitratur. Sûtq; vt veritas magis elucescat, aliqua prænotanda.

Duplex est obiectum materiale vnum, alterum formale, v. g. in materia fidei materiale obiectum est articulus fidei, qui creditur: formale verò obiectum est ratio præcisa, quæ mouet intellectum ad credendum, scilicet, Deus, qui nõ potest metiri. Quæretî enim quare fidem adhibes huic, Deus est trinus, & vnus? respondebitur, quia Deus, qui non potest mentiri, ecclesiæ suæ reuelauit; quam quidem reuelationem miraculis, quæ non, nisi à Deo fieri possunt, confirmauit.

Hinc in vnaquaq; scientia obiectum materiale erunt conclusiones, siue propositiones, quibus assenti mur: formale autem obiectum erit ratio præcisa operandi, siue assentiendi dictis conclusionibus, siue propositionibus.

Hinc axioma illud, scilicet, habitus distinguntur per actus, & actus per obiecta: intelligitur de obiectis formalibus. Nã

sensus

sensus est de sententiâ Scoti, q̄ habituū distinctio cognoscitur ex distinctione actuum, ad quos diuersi habitus inclinant, & actuū distinctio ex distinctione formalis obiecti.

Per gratiã a Deo diligimur & per charitatē diligimus Deū, & obiectū formale gratiã, & charitatis est idē numero, & sub eadē ratione, scilicet, infinita Dei bonitas. Et ratio est, qm̄ per cōtanti, cur Deus per gratiã diligit creaturã rationalē, consiliuēs eã filiã adoptiua? Respondendū est: propter suã infinitã bonitatē. Quia cū sit infinitē bonus, & infinitum bonum sit infinitē cōmunicabile: ideo propter suã infinitam bonitatē, diligit nos ad vitam æternam, quæ est supremū, & maximū bonum. Similiter etiam quærenti: cur homo per charitatem diligit Deum super omnia? Respōdebimus, quia est infinita bonitatis. Nam cū bonum sit ratio dilectionis, infinitum bonum, erit ratio supremæ dilectionis. Vnde colligitur gratiã, & charitatis esse vnum, & idem formale obiectum, scilicet, infinitam Dei bonitatem.

2. Nota.

Charitatis, & gratiã idem prorsus numero est effectus, nēp̄, actus meritorius vita æterna dignus. De charitate, q̄ sit actus meritorij principium, testatur B. Paul. 1. ad Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum: ita vt ardeam, charitatē non habuerō, nihil mihi prodest, scilicet, ad meritū. Nā citra meritum opera facta extra gratiam aliquē habēt fructum, vt in prima huius secundi parte, & in floribus quarti libri exposuimus. De gratia autem, q̄ sit eiusdem actus meritorij principium, cōstat, ex eodē Paul. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit: sed abūdantiū illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum.

3. Nota.

1. Cor. 13.

1. Cor. 15.

Quādo in creaturis duo entia absoluta realiter sunt distincta, & nō se habēt sicut totū, & pars, potest Deus secūdū suã absolutā potētiam, vno illorū destructo, alterum cōseruare. Et ratio est; quia cum realiter distinguantur, & non habeant mutuam dependentiam, non implicat vnum sine alio esse. Notanter dicitur entia absoluta: propter relatiua, quæ licet realiter distinguantur, vnum sine altero propter mutuam dependentiam, quã habent, esse haud potest. Dicitur secūdō

4. Nota.

sicut

sicut totum, & pars: quia licet vna pars distinguatur realiter à toto, & è contra, vt in homine corpus: totus tamen homo non potest sine corpore, quod est eius materialis causa, vel sine anima, quæ est eiusdem formalis causa, existere.

5. Nota.

De ratione amicitia est, quod sit amor mutuus, & reciprocus. Et ratio est: quoniam aliter non esset amicitia: sed vnus ad alterum beneuolentia.

Append. 3.

Hinc frequentissimè à theologis dist. 27. 3. lib. sent. charitas amicitia inter Deum, & hominem nominatur.

6. Nota.

Hoc differt potentia ab habitu, quod per potentiam simpliciter possumus operari: at verò per habitum non simpliciter: sed facilius operari valemus.

7. Nota.

Distinctio duplex est. Vna formalis, quæ per diuersas descriptiones datur. Altera realis, quæ est inter duo entia realiter distincta.

### CONCLUSIO I.

Gratia, & charitas formaliter solùm modò distinguuntur, Et ratio est: quia habent distinctas descriptiones. Est enim gratia quatenus diligimur à Deo. Et est charitas, quatenus per ipsam ad diligendum Deum inclinamur. Hæc est Alex. & Scot. & aliorum contra Duran. asserentem nullo modo, neq; formaliter, nequè realiter distingui.

### CONCLUSIO II.

Gratia, & charitas sunt vnus habitus numero, & vna virtus infusa. Hæc conclusio ex notabilibus positis erit probanda. Et primò sic illam demonstro: quia cum habitus distinguantur per actus, & obiecta formalia, vt ex primo nota, constat, & gratia, & charitatis sit omninò idem obiectum formale, nempe, infinita Dei bonitas; vt in secundo nota, diximus, & idem vtriusq; effectus, nempe, actus meritorius, vt in tertio nota, docuimus: erunt profectò vnus, & idem habitus, & vna virtus infusa, & non duo habitus realiter distincti. Confirmatur autem ratio hæc ab Scoto: quia quæcunq; excellentia tribuitur charitati, eadem numero gratia conceditur. Nã vtraq; diuidit inter filios regni, & perditionis. Vtraq; vestis nuptialis à Christo nominatur. Vtraq; est forma virtutum. Vtraquè enim fidei, & spei, & reliquis virtutibus moralibus;

Matth. 22.

moralibus; vt propter Deum operentur, imperat. Nam, vt forma ignis est principium, quo ignis operatur, ita gratia, & charitas sunt vnum principium, quo homo ad credendum, & sperandum, &c. mouetur. Quod quidem significauit D. Paul. ad Galat. 5. dicens. Fides, quæ per charitatem operatur. Ac si diceret: dilectio Dei imperat intellectui: vt credat. Vtraquæ tandem coniungit nos perfectè, scilicet, per amorè. Secundò probatur conclusio ex. 4. nota. Deus nõ potest per suam omnipotentiam gratiam à charitate separare: quia esset tunc aliquis simul amicus, & inimicus: amicus quidem ratione gratiæ, & inimicus propter defectum charitatis: ergo erunt realiter idem habitus. Et confirmatur: quia gratia est separabilis à fide, & spe, quæ in peccatore fideli, deperdita per peccatum gratia, permanent: non est tamen separabilis à charitate: vt modò diximus. Ergo est idem habitus realiter cum charitate. Nam si realiter dillinguerentur, quid obstarret, quominus, gratia à charitate: quemadmodum à fide, & spe, à quibus realiter differt, separaretur? Tertio probatur; quia de ratione amicitia est, quòd sit amor reciprocus, & mutuus, idest, vt amici se inuicem diligant, iuxta illud. Ego diligentes me diligo. Et alibi, qui diligit me dilegetur à patre meo. Et charitas amor mutuus, quo, & Deum diligimus, & ab eo diligimur, est. Atquæ ita erit vnus, & idem habitus numero, vnaq; virtus infusa. Hæc ruditer modò depiçta, amice lector accipe, quousq; Spiritu sancto adiuuante, liber cõtrouersiarum in lucem prodeat.

*Septima diffie. Quæ nam est Gratia diffinitio?*

**C**Vm ex dictis cõstet varias esse huius nominis, gratia, significationes, diuersasq; eiusdem gratiæ diuisiones, non poterit vnica diffinitione, quid gratia sit, explicari. Et idè apud nostrum Alexand. variæ sunt eius definitiones. Primò gratia est id, quod gratuito Dei munere habetur. Hac descriptione, quam D. August. affert, videtur gratia in communi posse describi. Secundò gratia gratis data sic dif-

II. Part.

D

finitur.

Diffinitio.

*Ad Gal. 5.**Prouerb. 8.**Ioan. 14.**Alex. Alex.**q. 61. m. 2.**art. 6. & m.**4. art. 2. §. 1.**& in. 4. p. q.**9. m. 3. art. 2**§. 1. q. 2. col-**laterali.**D. Aug. lib.**1. ad Simpli-**cianum. q. 2.**& de nat. &**gratia. c. 4.*

Gratie gra-  
tis data.

Alex. Alen.

q. 63. m. 2.

S. Thom. 7.

111. art. 1.

¶ 4.

Diffinitio

gratia gratū  
facientis.

D. Aug. de  
nat. & grat.

c. 4. & 7. &

lib. 2. contra  
duas epistol.

Pelag. c. 5. 6

& 9. & epif.

106. ad Pau-  
linum. consi.

Arausic. 2.

c. 17. & Tri-  
dent. sess. 6.

can. 11.

Num. 24.

1. Cor. 13.

D. Aug. lib.

1. cont. Do-  
natis. cap. 9.

& serm. cōt.

Emeritum

Episcopum.

finitur. Est donū in fasum rationali naturæ sine meritis, quātū in se est ad salutē propriā, vel alteriūs ædificatiōē dispo-  
nens. Hæc diffinitionē noster Alex. preponit, & explicat in  
q. 63. m. 2. Tertiō gratiæ gratū facientis diuersæ diffinitiones  
tradūtur ab Alex. Alen. locis in principio difficultatis, & ab  
S. Thom. 7. alijs doctoribus in principio huius quæstionis adductis.

C O N C L U S I O . I.

Gratia est forma à Deo nobis data gratis sine meritis, gra-  
tū faciens habētē, & opus bonū dignū vita æterna reddens.  
Primum ponitur in diffinitione forma: vt demōstretur præ-  
ter donū increatū Spiritū sanctū, esse in nobis donū creatū,  
& intrinsecā quādā qualitātē mēi inhærētē, à qua anima iu-  
stificatur, & sanctificatur: vt ex sup. dictis constat. Et ex D.  
Aug. & ex cōcil. Arausi. & Trid. Deindē per particulā, data  
gratis sine meritis, restringitur ad primā gratiā, qualis est gra-  
tia baptismalis in paruulis, & in adultis gratia post pecca-  
tum in contritione habita, de qua infra in difficult. Vtrūm  
gratia cadat sub merito agatur. Præterea additur (gratum  
faciens habentem) quo excluditur gratia gratis data, quæ, vt  
ex secunda diffinitione supra posita constat, non iustificat  
habentem, nec reddit illum Deo acceptum; quia possunt  
gratiæ gratis datæ inueniri in idololatriis; vt patet de Balaam  
propheta. Et 1. Corinth. 13. inquit D. Paul. si linguis homi-  
num loquar, &c. Charitatem autem non habeam, &c. Quia  
sine charitate, vt sentit D. August. inesse possunt, sed prodes-  
se non possunt: non tamen omni effectu laudabili destituū-  
tur. Quoniam si illis homo benè vtatur, eisdem ad æternam  
disponitur beatitudinem: si verò malè Deus aliorum profe-  
ctui, & saluti eas ordinat. Verūm enim verò gratia gratum  
faciens hominem, illam habentem, amicū, sponsum, fi-  
liū Dei, hæredem, & Christi cohæredem facit. Tandem  
apponitur in diffinitione, bonum opus reddens vita æterna  
dignum: quibus verbis perspicuū fit, per gratiam non solūm  
Deo hominē esse gratum; verūm etiā vniuersa eius opera,  
& munera ad eō illi placere: vt æterna retributione digna  
habeātur. Tū quia ita sacratissima ordinatione disposuit. Tū  
etiā quia nō ab homine solū: sed etiā ab ipso Deo proficif-  
cuntur.



cūtur. Nā sicut dixit Christus: nō enim vos estis, qui loquimini *Matth. 10.*  
 ni, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis; ita dici potest, nō estis vos solū, qui operamini, pœnitementi, orationes funditis, ieiunatis, &c. sed spiritus patris ingemiscere facit, in vobis operatur, vt D. Aug. nō incōgruē docuit, Cuius sentētia hoc disticho cōprehēditur? Quicqd habes meriti, prauētrix gratia donat. Nil Deus in nobis, prēter sua dona, coronat.

D. Aug.

## CONCLUSIO II.

Gratia est acceptatio ad gloriā, id est, promissio gloriæ. Hęc cōclusio colligitur cū ex B. Petro vbi ait. Maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hęc efficiamur diuinæ cōsortes naturæ. Ecce, quomodo promissum diuinū, & maximū donū est acceptari ad diuinæ naturæ cōsortium, scilicet, ad gloriā, quæ in clara Dei visione cōsistit. Tū ex B. Paul. ad Roma. dicente: q̄ si filij, & hæredes, &c. Nam si per solam gratiam efficitur homo filius Dei adoptiuus, & huiusmodi filiatio, siue adoptio est, q̄ homo constituitur hæres gloriæ: quoniam si filij, & hæredes, erit profectō gratia acceptatio ad gloriā, siue ad hæreditatem, id est, promissio hæreditatis.

Alia gratiæ definitio.

2. Pet. 1.

Ad Roma. 8.

Append. 1.

Hinc prædicatio ista. gratia est acceptatio ad gloriā, non erit idētica, & formalis: sed erit causalis. Ad hunc sensum, scilicet, gratia est acceptatio ad gloriā, id est, gratia est principiū, ratione cuius aliquis per suos actus potest promereri gloriā. Quod intellige in adultis: nam in paruulis gratia erit velle dare illis gloriā, propter merita Christi.

Hinc, admittere aliquē: vt eius opera sint meritoria, est gratia: quia gratis, & sine meritis. Dare autē illi gloriā est propter merita. Et confirmatur à simili. Esto q̄ nullus possit stipēdium promereri, nisi sit miles. Tunc, vt admittere aliquē ad militiam est gratis, dare autē præmium est ratione laboris: ita à simili, & gratia. Et cōfirmatur Ioā. 1. vbi loquēs de iustis inquit. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quod perinde est, ac si diceret. Dedit ei potestatem promerendi beatitudinē. Quod nihil aliud est, quā dare gratiam. Propterea q̄ gratia est acceptatio ad gloriā, id est, principium promerendi gloriā per proprium actum, si fuerit adultus, aut per meritū Christi, si fuerit paruulus.

Append. 2.

Ioan. 1. c.

*Art. II. De subiecto Gratia.**Alex. Alen.**toto m. 4. q.**61.**S.Th. q. 110.**art. 4.**S. Bona. dist.**26. q. 5.**Duran. q. 2.**& Scot. &**Ricard. &**Gab. eadem**dist.**Psal. 50.**Ad Eph. 2.**Ad Roma. 5.*

**H**ic articulus; vt mos est, positus aliquot difficultatibus, absoluetur. Lege in floribus. 4. in q. de suscipientibus baptismum.

*Prima diffi. Vtrum paruuli sint gratia susceptibiles?*

**A**lexand. Alen. art. 1. §. 1. vbi sup. & in q. de suscipientibus bapt. in floribus. 4.

**CONCLUSIO.**

Cum gratia potissimè liberi arbitrii potentiam respiciat, fitq; hæc in paruulis, illos verè susceptibiles gratia poterimus appellare. Et ratio est; quoniam si peccatum Adæ inficit paruulos: ita vt in peccato concipiantur, & filij iræ nascantur (quia omnes in Adam peccauerunt) multò magis gratia Christi paruulos à peccato liberabit. Nā vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia. Nō enim sicut delictum, ita & donum. Quia gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.

*Secunda diffi. Vtrum adulti dormientes, alienati mente, siue furiosi, & dementes gratiam recipere valeant.*

**CONCLUSIO.***Alex. Alen.**§. 2. vbi sup.**& doct. in q.**de suscipien-**tibus baptis-**mum citati.*

**A**dulti dormientes, furiosi, vel amentes, si quam gratiam suscipiunt, in sacramento, & cum sacramento illam recipiunt, ita tamen, vt secundum habitum, cooperati fuerint: at verò extra sacramentum, vel sine sacramento nullo modo eam suscipere queunt. Hæc conclusio est definita ab Innocent. 3. Et refertur in cap. maiores extra de bapt. & eius effectu. Lege quoque flores quæ st. de suscipientibus bapt.

*Tertia diffc. Est ne maior gratia in vno subiecto, quam in alio?*

Alex. Alen.  
art. 2. §. 1. vbi  
§. 5.  
§. 7h. q. 112  
art. 4.

CONCLUSIO.

**G**Ratia in vno maior, quam in alio esse potest. Hæc est D. Aug. ad Dardanū dicētis. In quibus habitat Deus, non æqualiter habitat: quia inde est illud, quod Heliseus proposuit: vt in eo esset duplex spiritus, idest, in duplo, quam in Helia. Ergo in eo poterat spiritus maior esse, & gratia in duplo. Quia ibi spiritus ille gratia est. Idē etiam Aug. ad Bonifacium inquit. Gratia meretur augeri, &c. potest igitur esse maior in vno, quam in alio; maior, inquam non quantitate molis, siue dimensionis, sed virtutis. Quia qui maiorem habet plura, & maiora opera efficere, & præstare valet. Et est definita in concil. Trid. sess. 6. cap. 7. & 10. & 24.

D. Aug. ad Dardanum.  
4. Reg. 2.  
Lege omnino Vegam toto lib. 10. super concil. Trid. & Sotū lib. 2. de nat. & gratia.  
Append. 1.

Hinc maior fuit gratia in Christo, quam in sanctissima eius matre, & in beatissima Virgine maior respectu angelorum, & aliorum sanctorum, & iustorum. Et hoc est quod Heliseus petebat, nempe, vt ei virtus plus in duplo ad operandum concederetur. Quod quidem propter populi incredulitatem postulabat.

Hinc confutatur error Lutheranorum dicentium, iustos æqualem iustitiam, & sanctitatem habere. Castro verb. beatitudo hæresi. 7.

Append. 2.

*Quarta diffc. Intenditur ne, & remittitur gratia magis in vno, quam in alio?*

CONCLUSIO.

**I**ntenditur quidem, & remittitur. Probatur autoritate D. August. ad Dardanum, vbi inquit. In sanctis alij sunt sanctores alij, &c. Et hoc est, quia habent abundantiosem, & magis intensam gratiam. Et ratione confirmatur ex definitione gratiæ: quia cum gratia sit forma, & forma sit qualitas, & qualitas sit proprium intendi, & remitti: gratia profectò intendi, & remitti poterit. concil. Trid. vbi sup. lege.

Alex. Alen.  
art. 2. §. 2.  
vbi §.  
D. August.

*Quinta diffi. Vtrū gratia subijciatur, siue recipiatur  
in essentia animæ? an in potētia, scilicet, in volūtate?*

*S. Thom.*

*S. Bona. &  
alijs locis in  
principio hu-  
ius art. cita-  
tis.*

**A**D explicationem tituli huius difficultatis animaduerte, quod cum duplex sit subiectum, vñ in hæfionis, quod est formæ receptiuum, vel quod formam ipsam in se recipit; alterum perfectionis, quod immediatè, idest, ratione sui, & nõ alterius rei perficitur, cuiusmodi sunt potētia, quæ per suos habitus perficiuntur, vt facilius, & delectabilius operentur, non est intelligendus titulus de subiecto in hæfionis; propterea quod cum anima sit indiuisibilis, quicquid in hæret vni potētia in hæret etiam toti animæ, propter eius indiuisibilitatē: sed intelligitur de subiecto perfectionis. Et est sensus; quid immediatius per gratiam perficiatur: an tota essentia animæ? Cuius est regenerari, & ratione animæ voluntas? An è contra immediatius volūtas perficiatur? quia faciliter, & expedite, & meritorie per gratiam operatur, & ratione voluntatis tota anima regeneretur. Rem illustro à simili: vt si queratur, cum albedo informet quantitatem, & substantiam, quod sit subiectum immediatum albedinis quātitas, an substantia? vtrū in sit albedo prius substantia, & ratione substantia quātitas? Ita hic queritur? an gratia perficiat animā ratione volūtatis, an volūtate ratione animæ? Ijs ita cōstitutis. Est cōtrouersia inter S. Tho. & Scot. vbi sup. Nā S. Th. dicit immediatū subiectū esse totā animæ essentiā: Scot. verò volūtate esse immediatū subiectum defendit, quā opinionem prius D. Bona. fuit amplexus, quibus etiam Duran. adhæsit.

Totū autem huius cōtrouersia discrimen in hoc cōsistit, nēpè, quæ istarū propositionū sit verior. Videlicet, quia tota anima est Deo gratia, ideo eius operationes sunt meritoria. Vel è cōtra, quia volūtas perficitur per gratiā: vt meritorie operetur, ideo tota essentia animæ est Deo grata. Perindè ac si diceretur, quæ istarum est verior. Quia albedo recipitur in quantitate, ideo substantia est alba, vel est cōuerso; quia recipitur in substantia, ideo quantitas est alba, suntq; animaduertenda, quæ sequuntur.

*1. Animad-  
uersio.*

Nihil est in anima præter essentiam, quod non sit vel po-  
tentia,

tentia, vel habitus, vel actus, vel passio Arist. est. 2. Ethic. nā species intelligibilis, quæ in anima reperitur, quāuis non acquiratur eo modo, quo habitus, nēpè, per plures actus, sed per cōuersionē ad phātasmatā: est nihilominus suo modo specialis habitus, siquidē inclināt potentiam ad operandum.

Hinc sequitur gratiam esse habitū animæ: quia cū nō sit potentia, vel actus, vel passio, erit necessario habitus.

Habitus nullo modo principalis ad perficiendā animæ essentiam; sed ad perficiendam potētiam: vt facilius, & delectabilius operetur, collocatur. Hæc animaduersione ex definitione habitus constat.

Extra gratiam nullus meretur, scilicet, de condigno. Iuxta illud, similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius.

Hinc gratiam principium esse actus meritorij inferitur.

Gratia iustitia supernaturalis est. Colligitur ex D. Paul. ad Roma. 3. iustitia Dei per fidem, &c. Et iustus ex fide uiuit. hoc est, iustitia, qua apud Deum iusti, & grati, sumus.

### CONCLUSIO.

Gratia immediatius subijcitur in volūtate, & perficit illā, quā animæ essentiā. Probatur cōclusio nōnullis argumētis. Primò virtutes, & earū habitus ponūtur; vt facilius potentia operetur (earū enim, & nō essentia est operari: vt ex secūda animaduersione cōstat) & gratia est virtus: vt ex sup. dictis patet, & est habitus, vt ex appē. 1. animaduersionis colligitur: ergo necessario immediatē perficiet volūtate, & idē animæ essentiā. Secūdo gratia, & charitas sunt vnus, & idē habitus, vt in primo art. demonstratū est, & charitas est involūtate: vt oēs cōcedūt, & fides ipsa docet, ergo, & gratia erit immediatē in volūtate. Hæc duo argumēta cōfirmatur ex. 1. & 2. animaduersione. Tertiò, quia actus meritorius est actus elicited, aut imperatus à sola volūtate, & gratia principiu illius actus est, vt habetur in. 3. animaduersione; atq; ita erit immediatē in volūtate, & illā perficiet, vt in. 2. animaduersione cōtinet. Quarto quia gratia, & peccatū opponūtur, sicut iustitia, & iniustitia; nā gratia iustitia est, vt in. 4. animaduersione docetur. Et cū peccatū sit in volūtate, erit quoq; gratia in volūtate: quoniam opposita circa idē subiectū versantur. Quintò, quia de

Aristot.

2. Ethic.

Append. 1.

2. Animad.

3. Animad.

Sap. 14.

Append. 2.

4. Animad.

Ad Roma. 3.

Ad Roma. 1.



sententia Thomistarum, gratia, & peccatum opponuntur, sicut habitus, & priuatio, inter quæ nõ datur medium, & peccatum est in voluntate: ergo, & gratia. Impossibile enim est habitũ, & priuationẽ esse circa diuersa subiecta. Nã, vt ridiculus esset, qui affirmaret cæcitatẽ esse in oculis, & visum in auribus: ita qui diceret, peccatũ, quod est priuatio gratiæ de sententia illorũ, esse in voluntate immediate; gratiam verò minime. Sexto quia cũ gratia sit dispositio ad gloriã, & gloria sit in potētis ( quoniã est operatio circa Deũ clarẽ visum ) erit, & gratia immediate in potētia. Propterea q̄ dispositio, & forma sunt circa idẽ subiectũ. Vltimo, quia etiam si demus animæ essentiam perfici à gratia; nõ tamẽ perficitur essentia respectu omnium potentiarũ: sed respectu solius voluntatis: ergo principali⁹ gratia perficit voluntatẽ, & ad eius operationes perficiẽdas principalis datur. Nã ex opposito, scilicet, q̄ gratia detur animæ ratione omnium potētiarũ, vt earũ operationes essent meritoria, sequeretur operationẽ intellectus, quæ est prior voluntatis operatione, esse meritoria absq; actu voluntatis, q̄ est falsissimũ: sed de his abundatius in lib. cõtrouersiarũ.

Alex. Alen.

q. 61. m. 3.

& q. 63.

S. Th. q. 111

1. 2. Duran.

q. 3.

Ricar. & alij

hac dist. 26.

Alex. Alen.

m. 3.

S. Tho. art. 2.

Duran. q. 3.

& alij vbi. s.

Veg. lib. 6.

super concil.

Trident. c. 5.

6. & 7.

S. Bona. d.

2. 7. q. 1.

### Artic. III. De diuisionibus Gratia?

Quoniam Magister in hac distinctione diuisionẽ gratiæ in operantem, & cooperantẽ, &c. assert. Opere pretium duxi præcipuas diuisiones gratiæ supra positas examinare. Absoluetur autẽ art. hic, etiam positis aliquot difficultatibus.

*Prima diffic. Vtrum rectẽ gratia in operantem, & cooperantem diuidatur?*

**M**axima est inter discipulos S. Thomæ concertatio, quid per gratiam operantem, & cooperantem intelligendum sit. Sunt enim de hac re tres opinionẽs.

Prima dicentium auxilium Dei speciale ad omnes actus interiores: vt ad credendum, diligendum, & poenitendum, &c. sicut oportet, esse gratiam operantem; quoniam isti actus fiunt à solo Deo, sine nobis; auxilium autem ad actus exteriores meritorios, vt ad ieiunium, eleemosynam, &c. vocari gratiam cooperantem. Secunda opinio tenet gratiam operantem

rantem nominari auxilium speciale, quo primo homo mouetur ad volendum finem, nempe, ad diuertendum à malo, & ad feruendum Deo viuenti. Vt quando dicit homo, volo esse bonus; quoniam hic actus fit in nobis à solo Deo, sine nobis. Atverò auxilium ad electiones mediourum, quibus Deo feruendum est. v.g. an in cœlibatu, vel in coniugio, & ad exequendum media ad finem assequendum conuenientia, vocari gratiam cooperantem. Tertia opinio tuetur gratiam operatè esse auxilium præueniens, quo Deus aliqua in nobis sine nobis operatur, huiusmodi est multiplex Dei vocatio, in qua nihil agimus: sed habemus nos merè passiuè, instar audientium: cooperatè verò gratiam esse auxilium concomitans ipsam conuersionem, & omnem bonam finis, & mediourum volitionem. Sunt tamen prius notanda, quædam fundamenta, eruditione plena.

Inter agentia creata, quæ agunt à propositio: vt sunt artifices, & Deum summum omnium opificem, quando ad extra operantur, hoc interest, quòd in agentibus creatis alia est potentia volendi à potentia exequendi, quod volitum est. Artifex enim per voluntatem vult v.g. domum extruere: exequitur tamen per motum manuum volitionem. In Deo autem non est alia potentia volendi, & exequendi. Cùm primum enim vult aliquem effectum, statim est in rerum natura ipse effectus. Quoniam inter actum voluntatis Dei, & effectum, nulla est actio media, qualis est in agentibus liberis, siue per voluntatem. Colligitur hoc fundamentum ex diuina scriptura dicente. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Et alibi, ipse dixit, & facta sunt. Item omnia, quæcunq; voluit, fecit, &c. Et ratio est; quia omne agens exequitur suam actionem per aliquam potentiam, sibi propriam, & in Deo nulla est potentia executiua ad extra, præter voluntatem; ergo operatur suum effectum ad extra per solam propriam voluntatem.

Hinc, quotiescunq; in diuina scriptura apud Theologos dicitur, Deum mouere, creare, concurrere, causare, præstare auxilium creaturis, vel aliud ad extra operari, nihil aliud intelligendum est, quam Deum velle, talem effectum. Et ratio ex proximè dictis est; quia velle Dei est suum efficere.

Hæc est Soti  
lib. I. de nat.

gratia. c.  
16.

Vega. cap. 3.  
propè finem  
vbi. s.

I. Fundam.

Gen. I. 1.  
Psal. 148.  
Psal. 113.

Append. I.

Append. 2.

Hinc, auxilium diuinum in generali, vel Deū alicui creaturæ auxiliari, est gratuitus Dei concursus cum creatura ad aliquem effectum producendum, id est, Deum velle, quod aliqua creatura, producat talem effectū. Nam cum in Deo nulla sit actio ad extra præter eius volitionē, eius auxilium erit tantum eius volitio alicuius effectus.

2. Funda.

Auxilium Dei est duplex. Generale vnū. Alterum speciale, quæ bifariam differunt. Primò ex parte effectus; quia generale est voluntatis diuinæ concursus, siue volitio diuina, qua vult Deus; vt creatura producat actiones naturales (id est non meritorias) quarum finis est naturalis. Speciale autem est volitio diuina, qua vult; vt creatura aliqua producat actiones supernaturales, quarum finis est supernaturalis, nempe, affectio beatitudinis. Cuius generis sunt actiones meritorie existentium in gratia, vel quæ sunt dispositiones ad consequendam gratiam: vt est pœnitentia. Secundo distinguuntur ex parte Dei; quoniam auxilium generale nemini vnquam, nisi miraculose à Deo negatur: speciale verò ad actus meritorios, vt ad pœnitendum, multis citra miraculū denegatur; vt Pharaoni, quando fuit cor eius induratum. Et Iudæ, quando laqueo se suspendit.

Exod. 10.

Matth. c. 27

Append. 3.

Hinc denegatio auxilij specialis, nihil aliud fuit, quam Deum non habuisse volitionem: vt dictos suorum peccatorum pœniteret, quemadmodum voluit, vt B. Petrum pœniteret. Et ideò dicitur specialis, quando citra miraculum vni conceditur, & alteri denegatur.

3. Funda.

Subtractio auxilij specialis ad pœnitendum necessarij est pœna peccati. Ratio est; quia ex eo, quod aliquis abutitur generali auxilio, ad bene moraliter operandum, subtrahitur illi auxilium speciale ad conuersionem necessarium. Ideoque illi imputatur; quia fuit volita subtractio in sua causa. Quod testatur D. Paul. ad Rom. 1. vbi de gētibus ait. Qui cum Deū cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, &c. Propterea tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt facerent ea, quæ non conueniunt.

Ad Roma. c.

1.

4. Funda.

In iustificatione impij, siue peccatoris aliqua Deus se solo sine nobis operatur in nobis; vt prædestinatio ad gloriam, inspiratio

spiratio ad bonū, &c. De quibus Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Quæ nobis non imputantur, quia respectu illorum merè passiuè nos habemus: sicut dæmonis tētatio est ab ipso sine nobis. Suggestio enim quæ est tētationis initium, nobis non imputatur; imò cedit in meritum, si cum primū incipit, reijciatur. Aliqua autem operatur Deus nobiscum, vt est actus pœnitendi, qui est vltima dispositio ad gratiam. Est autem hoc funda. in concil. Arausic. 2. can. 20. breuissimè definitum, vbi ita scribitur. Multa in homine bona fiunt, quæ nō facit homo, huiusmodi autē est iustificationis initium, quod vocatur gratia præueniens, aut excitās. Sumpta igitur gratia pro auxilio Dei speciali, & nō prout significat qualitātē inhærentē, quæ etiā operans dici potest; vt facit nos formaliter Deo gratos, & cooperans: vt nobiscū ad opera bona cōcurrit; quā inclināt nos ad meritoriè operādū, est adhuc sub iudice illis, vt diximus, quādo operās, & quādo cooperās esse dicatur.

CONCLUSIO I.

Gratia operās nō est auxilium diuinū ad opera tātū interiora. Et ratio à definitione gratiæ operātis, quam ponit D. Aug. est, quoniā cū gratia sit auxilium diuinū, quo Deus operatur aliqū effectu sine nobis, & pœnitentia sit opus interiorius, quod nō producit sine nobis, quia est effectus liberi arbitrii (qui enim creauit te sine te, nō iustificabit te sine te) profectō nō dicetur gratia operās respectu cuiuscūq; actus interioris; vt autores primæ opinionis arbitrantur.

D. Aug.

CONCLUSIO II.

Neq; est gratia operans auxiliū diuinū, quo homo primo, mouetur ad volēdū finē. Hanc conclusionem cōtra secundā opinionē defendit Vega. cap. 5. vbi sup. propē finē. Et ratio, præter illius argumenta, est: quia intentio ista, volo recedere à peccato, & Deo inferuire, est dispositio immediata ad gratiam, quoniam est prima pars pœnitentiæ, & est à nobis, mediante auxilio diuino: ergo non est solūm à gratia operāte, per quam Deus in nobis sine nobis operatur.

Vega vbi. 5.

CONCLUSIO III.

Gratia operans, & cooperans solūm, sicut auxilium, excitans, siue præueniens, & auxilium adiuuans, siue concomitās  
distinguitur

Act. 9.

distinguntur. Probatur exemplo B. Pauli. Act. 9. Nā primò obiurgatione illa; Saule, Saule, quid me persequeris? Et Luce, quā circumfulsit, & eū de cœlo, & in terram prostravit, excitatus est: vt ad Christum conuerteretur. Et ita vocatio ista, in qua Paulus nihil operatus est: sed solus Deus, dicitur gratia præueniēs, & operās. Secūdò autē est misericorditer adiutus: vt vocationi suæ obediret, & diceret. Dñe, quid me vis facere? Ecce cōuersionē per auxiliū cooperās, & adiuuās. Nā adiutus Paulus diuina volitione, elicitit prædictū actū. Dñe, quid me vis facere? quā quidē fuit vera cōuersio elicita à libero arbitrio Pauli, & à gratia cooperāte, id est, à speciali Dei auxilio.

Appen. 4.

Hinc gratia operās erit auxiliū præueniēs, in quo nos habemus merè passiuē, vt vocatio peccatoris, quā, vt suprā diximus) fit varijs modis, vel per terrores, & visiones, vt Nabuch. Vel per flagella, vt Pharaoni: gratia autē cooperās erit auxiliū, id est, volitio cōcomitans omnes nostras bonas operationes, de qua scriptū est. Sine me nihil potestis facere.

Ioan. 15.

*Secunda diffie. De diuisione gratie in præuenientem, & subsequentem?*

Alex. Alen.

vbi. s. m. 3.

S. Th. q. 110.

c. 111. art.

2. &amp; alij vbi

s.

Vegalib. 6. c.

6. in concil.

Trid. sess. 6.

cap. 5.

Psal. 58.

Psal. 22.

**R**euoca primū in memoriā gratiā sumi, vel pro auxilio speciali, quod nō est qualitas positua in homine; sed solū est volitio diuina, & dicitur gratia, eò q̄ gratis, & indebitè datur, vel secūdo pro gratia habituali, quā est celebris apud Alex. & S. Th. locis citatis diuisio, de qua hætenus mentionē fecimus. Et respōd. huic difficultati p̄ sequētes p̄posit.

*Prima Propositio.*

Si gratia pro habitu gratū faciente accipiatur. eadē numero præueniens, & subsequēs: diuersis tamē respectibus nominatur. Dicitur enim præueniēs, quatenus hominē sanat, & iustificat, & quatenus ad operādū inclināt, subsequēs appellatur. Probatur hæc p̄positio ex ps. 58. misericordia eius præueniet me & rursus ps. 22. misericordia tua subsequatur me. hinc sic colligo rationē. Misericordia Dei est vna numero, & eadē vocat gratia p̄ueniēs, & subsequēs; ergo vtraq; est vna numero. s. vnicus habitus pro qua quidem obtinēda erat ecclesia dicēs:

Tua



Tua nos, domine, gratia semper præueniat, & sequatur, &c. Et animaduerte, quòd cum sint varij gratiæ effectus ( vt infra dicetur ) ita se ad inuicem habent, vt prior respectu subsequenti semper dicatur gratia præueniens, & posterior subsequens.

*Secunda Propositio.*

Gratia pro auxilio speciali sumpta etiam in gratiam præuenientem, & subsequentem diuiditur. Hæc propositio confirmatur ex concilio Trident. sels. 6. cap. 5. vbi inspiratio, Deiq; vocatio gratia præueniens nominatur.

*Tertia Propositio.*

Gratia præueniens est omne illud, quo misericorditer peccatores ad iustitiam pertrahuntur, hæcque est gratiæ præuenientis definitio. Et pertrahuntur aliquando aduersis: vt Nabuchodonosor, Et Dauid quando per Nathan comminatus est illi, dicens. Non recedet gladius de domo tua, &c. Et Ezechias per Isaiam. Aliquando etiam prosperis, vt habetur in psalm. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei, & talis confessio non reprobatur.

*Daniel. 4.*

*2. Reg. 12.*

*Isai. 38.*

*Psal. 48.*

*Quarta Propositio.*

Gratia præueniens alia excitans, alia adiuuans. Hæc propositio expressè habetur in eodem cap. 5. sels. 6. concil. Trid. nomine gratiæ excitantis intelliguntur, quæ à solo Deo in nobis efficiuntur; vt pœnitere velimus. Gratia verò adiuuans est concursus diuinus, quo adiuuamur ad fidem, spem, dilectionem, & pœnitentiam eliciendam, quæ omnia sunt immediatæ dispositiones ad iustificationem. Et hic concursus est volitio diuina, qua Deus vult nos elicere tales actus, qui sint immediata dispositio ad gratiam: vt credere, sperare, diligere, & pœnitere, sicut oportet ad iustificationem. Et licet tale auxilium, siue discursus, non sit in potestate hominis: est tamen in eius potestate, tale auxilium bonis operibus moralibus à Deo impetrare. Quæ quidem opera moraliter bona possunt fieri ex viribus naturæ, & auxilio generali ipsius Dei,

*Daniel. c. 4.* Dei, quod nemini vnquam denegatur. Hoc enim est quod Daniel Nabucho. Regi consuluit dicens. Rex cōsiliū meū placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime.

*Dub. 1.* *D V B.* *Quomodo gratia excitans, & adiuuans distinguntur?*

*Vega vbi. 5. à cap. 5. vsq; ad 9.* **R**espondeo; non vno tantummodo, sed multis inter se differunt. Primò ex parte causæ efficientis: quia operationes gratiæ excitantis sunt à Deo sine nobis; operationes verò causæ adiuuantis, vt sufficienter poenitere, sunt à Deo simul, & à libero arbitrio nostro. Aliter enim non essent meritoria. Secundò, quia vtraq; gratia semper requiritur ad impij, scilicet infidelis iustificationem; non tamen ad iustificationem peccatoris, id est, fidelis. Patet exemplo B. Pauli, qui vt crederet, fuit increpatus. Saule, Saule, &c. & illustratus. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Et ratio est, quia illustratio est gratia excitans, & impius, nisi illustraretur, non posset conuerti; fidelis autem, cum iam sit illustratus per fidem, potest subito odio habere peccata, cum sit conscius gehennæ, & gloriæ, &c. Atquæ ita non semper ad iustificationem peccatoris requiritur gratia excitans, cum sit factis sola adiuuans. Tertiò quia gratia adiuuans non semper sortitur suum effectum: vt patet in Pharaone. Et Prouerb. 1. vocauit, & renuistis: adiuuans autem nunquam frustratur, sed semper suum sortitur effectum. Et ratio est, quia gratia excitans est voluntas signi, quæ est impedibilis; vt apud Matth. Quoties volui congregare, &c. & noluiisti. Gratia autem adiuuans est voluntas beneplaciti Dei, quæ impediri nõ potest. Iuxta illud. Et quis resistet tibi? Quarto differunt; quia multi, quibus Deus maiorem gratiam excitantem confert, deterius conuertuntur, vt patet in Pharaone, qui deterius fuit conuersus, quàm Dauid, quæ Deus mitius flagellauit. Et illud reprobationis: hoc autem prædestinationis est signum. Secus autem est de gratia adiuuante: nã illi perfectius conuertuntur, quibus Deus maiorẽ gratiam adiuuantem impartitur; vt patet exemplo Petri, & Pauli, & Magdalenæ. Et ratio est, quia isti mo-

mouentur efficacius à Deo per voluntatem beneplaciti: alij verò per solâ signi voluntatē mouentur. Quintò, quia gratia excitans præcedit tēpore iustificationem. Non enim cū primū quis vocatur, conuertitur, vt cōstat exemplo Dauidis, & Pauli, qui posteriùs tēpore ab increpatione fuerunt conuersi; at verò gratia adiuuans natura præcedit, non tempore nostrā iustificationem, & conuersionem. Vltimò, quia gratia adiuuans est entitas increata, scilicet, volitio diuina, qua Deus vult aliquem sufficienter pœnitere, vt modò diximus: gratia autem excitans est entitas creata, scilicet, increpatione in Paulo, & in Pharaone flagella.

*DVB. II. Quidnam est Gratia subsequens?*

CONCLUSIO.

**E**st auxilium speciale ad perseuerandum in amicitia Dei. Probatum autoritate D. August. dicentis. Præuenit; vt sanemur, subsequitur, vt sanati vegetemur. Et in oratione, tua nos domine gratia, &c. habetur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentus.

D. August.

*Tertia diffic. De diuisione Gratia in gratum facientem, & gratis datam?*

**I**am multa hæcenus de hac diuisione diximus, ex quibus licet colligere, quomodo istæ duæ gratiæ distinguantur. Nam primò differunt penes quidditatem quoniam gratiam faciens est qualitas positua, per quam homo fit Deo gratus, & est ad vitam æternam acceptus: gratia verò gratis data non est qualitas positua, sed donum, & pactum diuinum de concurrente cum aliquo ad opera supernaturalia. Secundò penes finem: nam prima est ad propriam utilitatē: secunda verò ad utilitatem Ecclesiæ. 1. Corinth. 12. vnicuiquē datur manifestatio spiritus ad utilitatem, scilicet, ecclesiæ. Tertio, quia prima non est cōpossibilis cū peccato. Nullus enim nisi purgetur à vitijs, potest gratiā Dei accipere; vt docet B. Chrysof. & refertur de pœn. dist. 1. c. non potest.

Alex. Alen.

q. 63.

S. Th. q. 111

art. 1. q. 1.

q. 5. & alij

vbi. s.

1. Cor. 12.

B. Chrysof.

Et de

Ioan. 11.

Et de consecra. dist. 4. cap. non potest: secunda verò potest cum mortali peccato existere. Caiphas enim pessimus prophetauit. Et Balaam donum quoq; prophetiæ habuit. Vltimò, quia prima non amittitur sine culpa: immò ad incrementum meriti plerùq; potest amitti. Lege D. Gregor. lib. 1. moral. cap. vltimo, & penult.

## Quæst. III. De causa Gratia.

Alex. Alen.

q. 61. m. 15.

S. Th. q. 112.

1. Nota.

2. Nota.

**A**D maiorem explicationem huius quæstionis nota, quæ sequitur. Causa efficiens est, quæ in subiecto aliquid ad introductionem formæ operatur. Patet inductione cæterarum causarum: quia materia solum se habet passiuè, finis mouet efficientem, forma dat esse subiecto, vel substantiale, si sit substantialis, vel accidentale, si sit accidens. Causa efficiens, vel est principalis, quæ operatur per propriam formam, & reddit sibi simile passum: vel est minus principalis, quæ non intendit assimilare sibi passum: sed principali causæ. Quod quidem est verissimum, non solum in causis naturalibus: vt in igne, quando agit in lignum: verum etiam in moralibus, quæ per intellectum, & voluntatem operantur, vt artifex, v. g. scribens reddit papyrum sibi simile imprimendo in ea characteres, similes notitijs, quas in mente habet. Et calamus cum sit causa minus principalis, reddit similem papyrum non sibi: sed scribenti.

Append.

3. Nota.

4. Nota.

Hinc maxima illa physica (Omne agens assimilât sibi passum) est de causa efficienti principali intelligenda.

Nullus effectus in vniuersum est sua causa principali perfectior; quia recipit esse ab illa, & reddit effectum sibi similem: non autem perfectiorem.

Causa efficiens minus principalis est quadruplex. Vna instrumentalis, per cuius actionem agens principale transmittit effectum in passum: vt est calamus respectu scribentis, cuius actio est tactus. Altera est ministerialis, quæ applicat actiuam passiuam; vt qui applicat igni ligna. Tertia est meritoria, quæ obsequijs, & precibus mouet efficiētē ad operandū.

Quarta

Quarta est dispositiua, siue disponens, quæ præparat subiectum, vt possit formam recipere: vt calor excicat lignum ad formam ignis introducendam. Inter has quatuor causas, sola prima est instrumentalis, quia sola illa attingit, & producit effectum causæ principalis immediatè: vt patet exemplo calami; reliquæ verò efficiunt quasdam dispositiones, tanquam effectus priores, destinatos ad effectus posteriores.

Per gratiam efficitur homo Deo similis. Et ratio est, quia per gratiam efficitur homo filius Dei adoptiuus, quæ adoptio nihil aliud est, quam promissio vitæ æternæ: vt homo in visione diuinæ essentiæ beatificetur. Quod docuit D. Petrus dicens. Maxima, & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ.

5. Nota.

2. Pet. c. 1.

*Prima difficult. An solus Deus sit causa efficiens gratiæ?*

Leges S. Thom. artic. 1. vbi supra, & quæst. de causalitate gratiæ in floribus quarti in tract. de sacramentis in genere.

CONCLUSIO I.

Solus Deus est causa efficiens principalis gratiæ. Et ratio est; quia causa principalis est, quæ reddit sibi similem effectum; vt constat ex secundo nota. & Deus per gratiam reddit hominem sibi similem: vt in quinto nota. patet. Et confirmatur, quia solius Dei est remittere peccata. Matthæ. 9. Et infusio gratiæ remissio peccati est.

Matth. c. 9.

CONCLUSIO II.

Sunt, præter Deum, aliæ minus principales gratiæ causæ. Nam Christus, quatenus homo est, causa meritoria dicitur gratiæ, quæ ad efficientem reducit, & sacramentum est causa instrumentalis, & sacerdos administrans. Leges flores quarti citatos, & concil. Trid. sess. 6. cap. 7.



*Secunda diffic. Vtrum ex parte hominis requiratur aliqua dispositio, siue preparatio ad gratiam?*

Alex. Alen.  
S. Thom. art.  
2. & alij vbi  
suprà.  
Capreol.  
Palud. Hispa  
lensi.

Sensus tituli est, scilicet, An possit homo iustificari absq; eo, quòd conuertatur in Deum per aliquè actum amoris, vel quid simile, quo anima illius ad gratiam præparatur.

Explicata causa efficienti gratiæ, nūc dispositiua eius causa tractatur. Fuerūt duæ opinioniones de hac re. Vna Capreoli, Paludani, & Hispalensis, affirmantium, gratiam nunquã, etiam paruulis dari sine aliqua præuia dispositione, quam in baptizatis dicebant esse characterẽ, & in sanctificatis in vtero qualitatem quandam, quam ornatum appellabant. Quæ opinio iam est in exilium relegata. Altera opinio est Scoti in. 3. distinct. 19. asserentis, nulla præuia dispositione, dari paruulis gratiam.

Scot. in. 3. d.  
19.

### CONCLUSIO I.

Gratia paruulis absq; nulla præuia dispositione: sed solum habitatione ad passionem Christi Iesu datur. Hæc cõclusio est definita in cap. maiores de bap. & eius effect. Et ratio est; quia sicut originale peccatum sine præuio aliquo voluntatis actū; sed per solum Adæ demeritum cõtrahitur, ita etiam absquè actū voluntatis in Deum, sed per solum Christi meritum delebitur. Quod apertissimè docuit D. Paul. ad Rom. 5. dicens. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit, &c.

Ad Rom. c. 5

### CONCLUSIO II.

Gratia adultis nunquã sine præuio aliquo actū conuersionis in Deum conceditur. Patet loelis. i. conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vnde adultus, quãuis nunquã peccauerit, iustificari non poterit, nisi per proprium motum in Deum conuertantur. Ratione confirmatur: nam, vt adulti per proprium voluntatis motum à Deo auertuntur, ita non possunt, nisi per proprium voluntatis actum in Deū cõuerti. Per quascūq; enim causas res nascitur per easdẽ dissoluitur. Et ideò Christus, antequã sanaret paralyticū, interrogauit

Ioelis. i.

gavit illū. Vis sanus fieri? Qui respōdit, hominē non habeo: quia sicut per voluntatē peccamus, debemus per volūtatem sanari. Fuit conclusio hæc definita cap. maiores citato. Et de-  
nuo in concil. Trid. sels. 6. in decreto de iustificatione c. 6. & can. 9. fuit expressè sub anathemate definita. *Ioan. 5.*

Hinc, cōfutatur error lutheranorū, qui affirmabant impiū sola fide iustificari, ita vt nihil aliud requiratur, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur. *Hæresis.*

## CONCLUSIO III.

Actus, quo homo ad gratiā disponitur, à libero arbitrio, & ab speciali Dei auxilio est. Nā diuina scriptura loquēs in per-  
sona peccatoris inquit. Cōuerte nos Dñe, & cōuertemur. Et *Threnorum*  
*c. 5.*  
Ioā. 6. omnis, qui audit à patre, & didicit, venit ad me. Vnde *Ioan. 6.*  
nullus venit ad Christū per fidē, & dilectionē, nisi prius à pa-  
tre vocetur, & ab eo per auxilium speciale discat. Et ratione  
confirmatur: quia cū peccator, ascendens à peccato ad gra-  
tiam, moueatur; mouebitur à Deo adiuuante. Nam omne,  
quod mouetur, ab alio, & non à se ipso mouetur. Est etiam  
expressè definita in concil. Trident. cap. 5. vbi suprā. *Arist. 7. physic.*

*Tertia diffic. Vtrum facienti, quod in se est, statim detur Gratia?*

Speciale auxilium Dei adiuuans nihil aliud est, quàm in-  
tētio, & volitio Dei; vt ille cuius cor ad pœnitētiā mouet,  
gratiam cōsequatur. Probat ex D. Paul. ad Roma. 9. *Alex. Alen.*  
dicente. Nō volentis, neq; currentis; sed miserentis est Dei; *art. 3. & 4.*  
quasi diceret. Tam prædestinatio, quàm eius effectus, nem- *S. Tho. art. 3*  
pè, vltima dispositio ad gratiam, non est volentis præparari, *& alij vbi. S.*  
aut præparantis se; sed solius Dei miserentis. *Nota.*

Hinc potest cōtingere; vt sint duo, qui intensiue, & exten-  
siue de peccatis æqualiter doleant, & vnus, & non alter eorū,  
gratiam consequatur: vt patet Sauli, & Dauidis exemplo. *Ad Roma.*  
*Append. 1.*

Hinc, q̄ vnus tunc, & non alter gratiam consequatur, non  
erit ex parte hominis pœnitentis; sed ex parte Dei, cuius in-  
tēntio fuit: vt ille cuius cor mouerat, assequeretur gratiam,  
& non alter. Et hoc est negare vni auxilium speciale ad pœ-  
nitendam, & alteri illud condere. *Append. 2.*

## CONCLUSIO I.

Faciens totum, quod in se est per liberum arbitrium, cum generali tantum Dei concursu, non statim gratiam consequitur. v.g. cum poenitet offendisse Deum, Deus tamen non adiuvit specialiter eum: quia non ordinavit Deus hunc actum ad gratiam, tunc quamvis faciat totum, quod in se est, per naturam, non consequetur gratiam. Et ratio est; quia donum gratiæ excedit omnem virtutis humanæ preparationem, iuxta illud. Psalm. Vanum est vobis ante lucem surgere, id est, ante speciale auxilium, quasi dicat: absque speciali auxilio, siue gratia frustra est poenitentia.

*Psal. 126.*

## CONCLUSIO II.

Quando homo adiutus speciali Dei concursu, totum, quod in se est, facit, statim tunc necessario necessitate non coactionis, sed infallibilitatis consequitur gratiam. Ratio est: quoniam est Dei promissio multis in locis sacre scripturæ expressa. Conuertimini ad me, &c. Et Ezechiel. In quacumque hora ingemuerit peccator. Et Ioan. 6. omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me. Et ratio est; quia hæc est voluntas Dei, & est infallibilis, ut D. August. docet dicens. Per beneficium Dei certissimè liberantur, quicumque liberantur. Hoc est, quando Deus vult liberare aliquem, certissimè, & infallibiliter liberatur. Quia, intentione absoluta, ordinat Deus illum ad gratiam. Quæ quidem intentio, neque frustrari, neque deficere potest.

*Ioel. 1.*

*Ezech. 18.*

*Gen. 33.*

*Ioan. 6.*

*D. August.*

*Append. 3.*

*Psal. 50.*

Hinc, tanquam de fide tenendum est, statim gratiam conferri facienti ex diuino auxilio, quod in se est. Cor enim contritum, & humiliatum Deus haud despiciet.

*Quæst. IIII. Vtrum homo possit certò scire se habere gratiam?*

**A** Lexā. Alé. q. 62. m. 7. & in. 4. p. q. 26. m. 1. art. 1. S. Tho. q. 112. art. 5. alij scholastici dist. 17. lib. 1. S. Bonaué. p. 1. q. 3. Duran. q. 4. Ricard. art. 1. quæst. 5. Scot. q. 1. artic. 1. Gerson. 4. p. in opusculo de signis bonis, & malis. Roffensis

art. 1.

art. 1. 11. & 12. contra Lutherum. Vega toto lib. 9. super concil. Trident. Soto lib. 3. de natura & gratia à cap. 10. vsque ad finem lib. & in apologia contra Catherinum. Castro verbo certitudo, & verbo gratia. Olim hæc quæstio erat breuis, & facilis explicatu: vt constat apud Alexand. & S. Thom. qui breuissimè eam absoluerunt: verùm; quia nostra ætate Lutherani totis viribus conati sunt gratiæ certitudinem stabilire, contra illos scripserunt codices amplissimos Rossensis, Vega, Soto, Castro, & alij, quos in principio quæstionis citauimus. Cæterum, vt titulus quæst. rectè intelligatur, explicandum erit priùs, quid sit, & quotuplex certitudo. Nomen autem certitudinis denotat firmitatem intellectus in iudicio, quod de re illa facit, cui certitudinì contraria est dubitatio siue intellectus fluctuatio. Quoniam, qui certus est in suo iudicio, tanta firmitate in illo quiescit, vt licet vehementer impellatur, non sit paratus, vel modicum, ab illo discedere. Et quamuis certitudo propriè conueniat intellectui; nihilominus tamen per quandam similitudinem tribui solet voluntati, & virtuti naturali: quia voluntas sæpè dubia est, & indifferens ad odium alicuius rei, vel amorem, nec magis ad vnã partem, quam ad aliam inclinatur. Cùm autem alteram firmiter elegit partem, tunc dicitur esse certa, & eò certior, quò maiori firmitate partem illam elegit. Quomodo videtur intelligi id, quod B. Paulus ad Roma. ait. Certus sum enim; quia neq; mors, neq; vita, &c. Dicens se esse certum, suæ voluntatis firmissimã in amore Dei expressit deliberationem. Tanto enim feruore, & tanta firmitate se Deum diligere perhibet: vt illi, nulla creatura potens ad diuellendum illum ab amore Dei esse videatur D. Ambrosi. & B. Hiero. & Chryf. fautores huius interpretationis Castro vbi sup. esse docet. Certitudo dicitur esse triplex. Prima ex parte obiecti fidei catholica, cui nõ potest subesse falsum. Secunda fidei moralis, cui potest subesse falsum: esset tamè stultum ei nõ assenti, vt huic, Roma est. Tertia est certitudo experimētalis, quæ est infallibilis; vt huius, ego modò scribo. Ijs potest addi quarta, scilicet coniecturalis certitudo, quæ per argumēta, pbabilia, siue topica habetur. Et hæc est opinio cū formidine oppositi. Ijs ita plibatis.

Castro. 7. g.

Ad Roma. c.

8.

*Hæreses.*

Quadrupliciter titulus huius quæst. potest intelligi iuxta quatuor modos certitudinis positos. Primo. An possit esse certus quis suæ gratiæ certitudine fidei catholicæ, ex parte obiecti, ita quòd, sicut hæc, Deus est trinus, & vnus, est certa ex parte obiecti, ita hæc christianus credens articulus fidei est in gratia, sit vsquè ad eò certa: vt ei non possit subesse falsum. In hoc sensu defenditur ab hæreticis. Quorum in hac parte duæ sunt hæreses. Et prima asserit omnem hominem iustum esse certum de sua iustificatione certitudine fidei catholicæ. Secunda, quæ affirmat omnem hominem iustum esse obligatum ad certò, & firmiter credendum se per Dei meritum esse gratiam consecutum, in quas hæreses præfati doctores catholici inuehuntur. Secundo potest quæst. intelligi de certitudine ex parte subiecti, scilicet, posse iustos habere certitudinem infallibilem, & experimentalem suæ iustitiæ, cui non possit subesse falsum. Hæc fuit opinio Catharini, & aliorum quorundam catholicorum. Opinabantur enim isti, quòd quàmuis ista, christianus est in gratia, non sit de fide, sicut ista verbum est incarnatum: posse tamen christianum aliquem per sua opera interiora, & exteriora habere tantam certitudinē iustitiæ suæ ex parte intellectus, quanta habetur de ista, verbum est incarnatum. Tertiò, q̄ possit homo tantam certitudinem moralem suæ iustitiæ habere, quantam huius, Roma est. Hanc certitudinem affirmarunt, Vega cap. 46. & 47. & Soto in apologia vbi supra. Quartus sensus tituli, qui ab omnibus Theologis conceditur, est, nempe, posse aliquem habere certitudinem coniecturalem, id est, opinionem suæ iustitiæ. Explicato titulo, restat, vt quæstione in aggrediamur, quæ merito hunc occupat locū, quoniam in fine præcedentis quæst. dictum est, Denique, facienti quod in se est, gratiam suam non denegare. Poterit ne ergo gratiæ concessæ habere certitudinem? Et animaduerte primum auctores secundi sensus siue opinionis duobus modis à Lutheranis, qui primum sensum hæreticum profitebantur, differre. Primo, quia hæretici opinantur sufficere solam fidem, & nō esse necessaria opera, vt aliquis sit suæ iustitiæ certus, catholici verò fatentur opera esse necessaria, ita q̄ potest aliquis suorum



suorum operum, & fidei esse conscius, & per consequens esse suæ gratiæ certus. Secundò, quia hæretici tuentur sub reatu mortali aliquem obligari ad credendum se esse in gratia, quemadmodum obligatur ad credendum, verbum esse incarnatum; catholici verò pernegant aliquem obligari ad credendum se esse in gratia; posse tamen absquè peccato hoc credere extimant.

CONCLUSIO I.

Affirmare esse articulum fidei, quòd aliquis teneatur habere certitudinem suæ iustitiæ, est hæreticum. Probatur primum apertissimè autoritatibus sacre scripturæ. Nam Eccl. 9. ita legitur. Sunt iusti, atquè sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo: vtrum amore, an odio dignus sit: sed omnia, in futurum referuantur incerta. Et Iob cap. 9. ita habetur. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, si innocentem ostendero, prauum me comprobabit, etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima. Hinc, sic colligo rationem. Si Iob, quem Deus simplicem, & iustum esse testatus est, suam iustitiam ignorare fatebatur, quomodo aliquis habebit suæ iustitiæ fidem, siue fiduciam vel habere tenebitur? Sunt innumeræ aliæ autoritates apud præfatos doctores. Secundò est hæc conclusio definita in concil. Trid. sess. 6. cap. 9. & canone. 12. 13. & 14. Tertiò confirmatur ratione: quia cum fidelis possit aliqua culpa, quam culpabiliter ignorat, laborare, non tenebitur credere se esse in gratia; quoniam teneretur credere esse impossibile, laborare aliqua culpa impediente gratiam.

CONCLUSIO II.

Fides huius, ego sum in gratia, non solum non est necessaria ad iustificationem; sed impedit illam. Probatur vnicò exemplo pharisæi Luc. 18. qui, cum omnia legis præcepta seruasset, solum propter confidentiam in sua iustitia fuit damnatus. Ait enim textus. Dixit autem, & ad quosdam, qui in se confidebant, tanquam iusti, & aspernabantur ceteros. Tum etiam, & D. Petrus lapsus fuit in trinam negationem, quia nimia confidentia dixit. Si oportuerit me simul com mori tibi, nõ te negabo. Vnde fides, siue fiducia propriæ

Eccl. 9.  
Iob. 9.  
Iob. 1.  
Luc. 18.  
Marci. 14.

iustitiæ non solum non est necessaria ad iustificationem: sed impedit illam.

### CONCLUSIO III.

Potest tamen homo iustus habere infallibilem suæ gratiæ certitudinem per diuinâ, & specialem reuelationem. Et ratio est: quia nemo dubitat, posse Deum, cui maluerit, hoc reuelare, & eum certum de sua iustitia reddere: vt sanctissimæ Virgini fuit reuelatû, dicente angelo. Ave gratia plena, Dominus tecum, &c. Et Nathanaeli: de quo dixit Dominus. Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Et Magdalenæ, de qua dixit Christus. Remittuntur ei peccata multa, &c. Vade in pace. Fuit etiam omnibus apostolis, & nonnullis alijs sanctis facta hæc reuelatio.

### CONCLUSIO IIII.

*S. Tho. de verit. q. 24. art. 9. Cano. de locis lib. 6. c. 3. Ecclesi. 5. Nico. Lyrano.* Affirmare aliquem, quantumcumq; fidelem, & iustû, atq; nullius peccati conscium, citra diuinam reuelationem posse habere tantâ certitudinē suæ iustitiæ, quâta habetur propositionū fidei catholice, cui nō potest subesse falsum, licet nō sit fidei catholice certitudo, hæreticū planè est. Probatur Eccl. 5. de propitiato peccato, noli esse sine metu. Quē locū Nicol. Lyrano, explicat etiâ de remissione peccatorū, quorū egimus pœnitentiâ. Nō enim de illis debemus esse securi, quia nescimus, fuerit ne pœnitentiâ sufficiens, an nō? Est etiâ definita in cōcil. Trid. sess. 6. c. 9. sub his verbis. Quilibet de sua gratia formidare, ac timere potest, cū nullus scire valeat certitudine fidei, cui nō potest subesse falsum, se Dei gratiâ esse cōsequitū. Erat etiam ante cōcil. cōclusio de fide. Ait enim B. Paul. 1. ad Cor. 4. nihil mihi cōscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum: perinde ac si diceret. Nō sequitur, nullius peccati sum conscius: ergo sum in gratia Dei. Lege super hūc locum B. Ambro. & D. Chrysost. homil. 11. super epist. 1. ad Cor. qui dicūt, nō propter se hæc dixit B. Paul. sed propter alios, scilicet, in persona cuiuscūq; iusti nō confirmati in gratia. Vltimò confirmatur ratione: ista, ego sum in gratia, pendet ex sola voluntate diuina acceptante nostram pœnitentiam: voluntas autē Dei nemini est nota, nisi per reuelationē: quare neq; eius effectus, scilicet, creaturâ esse illi gratâ. Hæc cōclusio est

contra

contra Catherinum, & alios quosdam catholicos quos quidē post concil. Trid. credendum est, Palinodiam cantasse.

CONCLUSIO V.

Temerarium est, & fortassis error affirmare, posse aliquē citra reuelationem habere certitudinem moralem suæ gratiæ, & iustitiæ. Et ratio est; quia certitudo moralis excludit omnem formidinem, & scriptura sacra multis in locis apertissimē docet virum iustum debere semper pauidum esse, & cum metu, & timore operari. *Iob. 9.* verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti. Et *Prouerb. 20.* Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato. Et. c. 28. beatus vir, qui semper est pauidus. Tum etiam quia id, quod est moraliter certum, absquē vlla hæsitatione potest iuramento confirmari, & nemo potest iuramento confirmare se iustum esse. Hæc est contra Vegam, & Sotum.

*Iob. 9.*  
*Prouerb. 20.*  
*Et. 28.*

Hinc vir iustus non poterit esse tã certus de sua gratiâ, ac est certus, se esse baptizatū: nã, vt sit certus se esse baptizatū, satis est in tẽtio ministri cõferētis sacramētū, de qua nullam habet rationabilem dubitandi, aut formidandi causam: atverò vt certus sit de sua gratiâ, debet certus esse, se carere omni peccato ex ignorantia, & remissionem peccatorum accepisse, & Deo placere, & omnia eius præcepta rectè impleuisse, quæ citra reuelationem cognoscere potest nemo.

Append.

CONCLUSIO VI.

Vir iustus potest nihilominus certitudinē coniecturalē, siue ex cõiecturis suæ gratiæ habere. Et ratio est: quia cū vita hæc in periculis versetur, via in exilio, finis in dubio, vt D. Aug. & experientia docent, pro solatio nostræ peregrinationis Spiritus sanctus testimoniū reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Sunt autem testimonia, & signa, siue coniecturæ multæ, & variæ in sacris literis, ex quibus colligitur dicta certitudo: sed cum timore, & tremore, & metu formidineq;. Vt est illud *Isaiæ* testimoniū. Erit opus iustitiæ pax, &c. Et illud. Si impius egerit pœnitentiã, &c. Et illud. Cor cõtritū, &c. Et illud. Dixi cõfitebor aduersum, &c. Et tu remisisti. Et illa, que. 1. *Cor. 13.* à D. Paul. recēsentur, vbi ait. Charitas benigna est, &c. & ad *Galath. 5.* fructus autem spiritus, &c.

*D. August.*  
*in soliloquio.*  
*Ad Roma. 8.*  
*Isaiæ. 32.*  
*Ezech. 18.*  
*Psal. 50.*  
*Et. 31.*  
*1. Cor. 13.*  
*Ad Gal. 5.*

de quibus signis copiosissimè disputat magister. Vega lib. citato adducens multorum sanctorum patrum autoritates, & omnium theologorum testimonia, quorum est communis sententia, quæ in hac vltima conclusione continetur.

*Matth. 7.* Quæ omnia, amice lector, attentissimè erant legenda, nõ tam ad publicas conciones, vel disputationes habendas, quàm ad nõs ipsos discutiendos, & videndum. Sit ne in nobis aliquid iustitiæ vestigium? Opera enim nostra testimonium perhibent de nobis, iuxta illud. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ex quibus opinionem, & non fidem catholicam, aut moralem nostræ iustitiæ poterimus habere. Et ratio est, quia dicta charitatis signa sunt æquiuoca: nam possunt etiam à sola virtute morali proficisci: vt extant innumera gesta Socratis, & aliorum philosophorum moralium his virtutibus plena.

*Hæresis.* Hinc confutatur duæ hæreses in principio quæst. positæ, quæ omnium ferè vitiorum parentes, & proximæ causæ agnoscuntur. Nam lutherani sua falsa, & pestilentissima certitudine auocant suos auditores ab exercitio omnium bonorum operum, & laxant concupiscentiæ habenas: vt illam quocumque voluerit, abire sinant. Quia per fidem solam iustificari se putant, & per illam se certos esse de sua salute credunt. Quid? quod nihil Deo magis iniuriosum esse potest, quàm affirmare illum recipere in suam amicitiam fures, sicarios, parricidas, adulteros, & quoscumque alios flagitiosos, & scælestissimos homines, & habitare in illis, & multa illis spiritualia dona concedere, dummodò in illis firma, fixaque fides permaneat. Castrum verbo fides hæresi. 2. contra hæreses lege.

*S. Tho. art. 5. ad. 2. vbi. 5. & in p. p. q. 87. art. 2. ad 1. Scot. in. 3. distinct. 23. q. v. mica.*

*Caiet. art. 5. citato.* *Prima diffi. Potest ne aliquis habere suæ fidei certitudinem?*

*Soto in apolo. contra Catharinum cap. 5. Vega lib. 9. citato. c. 37.* Quoniam hæretici ex certitudine fidei malè gratiæ certitudinem colligebant, oportet modò hanc difficultatem explicare. Duplex autem est modus grauisissimorum doctorum asserentium certitudinem de fide infusa. Lege omninò Vega vbi sup. & cap. 15. eiusdem lib.

CON-

**CONCLUSIO I.**

Potest quilibet Christianus suæ fidei actualis, & habituales acquisitæ habere experimentalem certitudinem. Et ratio est; quia habet experientiã huius actus, scilicet, credo, quicquid ecclesia Romana credit. Experiturq; simul se sine resistantia, & delectabiliter, huiusmodi actum elicere.

**CONCLUSIO II.**

Nullus Christianus certitudine, cui non potest subesse falsum, est certus se fidem infusam habere. Et ratio est; quia fides infusa non infunditur nisi in baptismo, vel extrã, simul cum gratia, & cum non sit hæc de fide, ego sum baptizatus, vel ego sum in gratia, nequẽ erit de fide, quod ego habeam fidem infusam: quoniam hæc, ego habeo fidem infusam, nequẽ est reuelata, nequẽ sequitur ex reuelatis. Et quod Caiet. & alij affirmant istam, christianus habet fidem infusam; ita esse de fidem, sicut est ista, verbum est incarnatum, est intelligendum in generali de quocunq; fideli baptizato; non tamen de aliquo in particulari: quia nulla particularis, vt ista, ego habeo fidem infusam, est de fide. Non enim est reuelata, neq; sequitur ex reuelatis, sed est certa, propter experientiam fidei actualis, & acquisitæ. Nunquam enim fuit mihi evidens, quod fuerim baptizatus, vel quod fuerim in gratia; quæ quidem fuerunt simul, quando infunditur gratia: vt ex cap. 7. sess. 6. in concil. Tridentino constat.

*Concil. Trid.  
sess. 6. c. 7.*

**CONCLUSIO III.**

Potest nihilominus aliquis christianus habere suæ fidei infusæ moralem fidem, cui stultum esset non assentiri. Et ratio est; propterea quod habet fidem moralem, quod sit baptizatus, & in baptismo secundum veritatẽ catholicam recipiunt omnes fideles fidem infusam, quam nullus, nisi per peccatum infidelitatis, amittit.

*Alex. Alen.  
p. 3. q. 65.  
Vega ubi. 5.  
cap. 38.  
Castro cõtra  
hereses. Verbo  
fiducia,  
& verb. fides  
Heresi. 2.*

*Secunda diffiç. Vtrum possit aliquis certitudinem fidei, aut moralem suæ spei habere?*

**H**Aec etiã diffiç. cõtra lutheranos tractatur, qui sicut ex certitudine fidei sine operibus; ita etiã ex certitudine



*Nota.**S. Thom. 2. 2**q. 18. art. 4.**& q. 129. ar**tic. 6.*

tudine spei, siue fiducia, gratiæ certitudinem falsissimè, & ineptissimè, vt solent colligebant. Spes, vel sumitur pro habitu supernaturali infuso, inclinante nos ad expectandam gloriam & hæc ab omnibus theologis definitur. Virtus diuinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostræ salutis, & æternæ vitæ bona expectantur. Vel sumitur secundò pro actu elicito, quo gloriam ipsam expectamus, quæ diffinitur. Certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis, & gratia proueniens. Fiducia autem est spes, aut firmitas, siue robur ipsius spei, per quam volumus aliquod bonum arduum, nobis possibile, quod non pusillanimis, sed magnanimis contingit.

**CONCLUSIO I.**

Quilibet christianus suæ spei actualis potest esse certus. Et ratio est, quia quilibet est sui actus conscius.

**CONCLUSIO II.**

Non potest suæ habitualis spei infusæ certus esse. Et ratio est, quia spes infunditur in baptismo, & nõ est infallibiliter certum, nos esse baptizatos. Potuit enim deesse ministri baptizandi intentio.

**CONCLUSIO III.**

Bonis actibus nostræ spei certitudinem augere possumus. *1. Ioan. 3.* si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum. Et *psalm. 4.* sacrificate sacrificium iustitiæ, sperate in Domino. Et ratio est, quia Christus, cui, vt est redemptor, est confidendum, & vt est legislator obediendum, maximè à nobis postulat bonorum operum exercitationem, & mandatorum Dei obseruantiam, vt spes nostra multò maior, & robustior efficiatur.

**CONCLUSIO IIII.**

Spes nostra ex parte Dei promittentis certa & infallibilis est. Probatur ad *Roma. 5.* spes autem non confundit, ac si dicat. Nõ deficient promissa diuina: ita vt expectantes in ipso erubescamus. Vnde *Dauid.* In te Domine speraui, non confundar in æternum. Et alibi. Nõ erubescam, quoniã speraui in te. Et ratio est, quia cū Deus neminẽ possit descipere, quantum est ex parte sua, adimplebit promissum.

*1. Ioan. 3.**Psal. 4.**Concil. Trid.**sess. 6. c. 16.**Roma. c. 5.**Psal. 30.**Psal. 24.***CON-**

## CONCLUSIO V.

Spes ex parte nostra est incerta, & fallibilis, metumque, & trepidationem habet coniunctam. Constat Ecclesi. 1. qui sine timore est, non potest iustificari. Et Paul. ad Roma. qui stat, videat ne cadat. Et ratio est; quia promissa Dei sunt sub hac lege, scilicet, dummodò nos eius mandata obseruemus. Nam cum lapsi fuerint Lucifer, Saul, Salomò, & Iudas proditor, & alij innumeri, & intelligamus, nõ magis nobis Dei tutelam, & gratiam deberi, quàm illis, non est, cur ex parte nostra spem certam, & infallibilem habeamus, & sine metu, & trepidatione viuamus.

Ecclesi. 1.

Ad Rom. 12

Hinc, quamuis spes, assequendi beatitudinem sit incerta ex parte nostra: tamen quia ex parte Dei promittentis est certa, possumus absolutè concedere nos certam, & infallibilem beatitudinis spem habere. Et ratio est; quia ad certitudinem spei, quam in amico habemus, satis est nos pro certo habere amicum, nunquam non promissa seruaturum, quàmuis timeamus nos in conditione, & lege ab amico posita defuturos.

Append. 1.

Hinc, non requiritur hoc iudicium certum, & infallibile, ego consequar salutem. Tunc enim omnes Christiani de nostra prædestinatione, & perseuerantia essemus certi, quod est hæreticum, & est; vt tale, definitum in concil. Trident. sess. 6. can. 15. & 16.

Append. 2.

Hinc, quilibet fidelis faciens, quod in se est, firma, & certa spe tenetur in hac vita per sacramentum baptismi, & pœnitentiæ peccatorum remissionem, & in futuro sæculo vitam æternam expectare. Nam si talem spem non habuissemus, frustra christiani essemus. Et ratio est; quia spes christiana, quæ innitur diuinis promissionibus, Dei; misericordiæ, & omnipotentia fallax esse non potest. Quemadmodum spes, quæ in homine collocatur, fallax est: quoniam, & verbum hominis, & eius potentia deficere potest. Psalm. 144.

Append. 3.

Psalm. 144.

Hinc, etiam, fideles nonnunquam possunt certo sperare, & confidere se remissionem peccatorum consecutos fuisse, & gratiam obtinuisse. Et ratio est; quia Deus paratissimus est

Appen. 4.

est

est ad conferendam nobis gratiam, & remissionem peccatorum per sacramentum baptismi, & poenitentiae, si obicem non posuerimus, & eius mandata seruaauerimus. Sic enim multis in locis sacrae scripturae ab eo promissum fuisse legimus. Quare si nulla ratio probabilis dubitandi appuerit, nulliusque peccati conscij fuerimus, certo nos remissionem peccatorum consequutos fuisse sperare possumus. Certitudo enim spei, & confidentiae sapissimè de his, quae secus accidere solent, habetur: vt patet Luc. 12. exemplo diuitis dicentis. Anima mea habes multa bona, &c. Cuius spes nocte sequenti fuit frustrata.

LHC. 12.

Append. 5.

Hinc, homines iam, iam morituri, tenentur praeccepto diuino certam spem, & fiduciam de misericordia Dei, & peccatorum remissione per sacramenti poenitentiae receptionem concipere. Et ratio est, quia nulla ratio spei, & confidentiae poterat illos consolari, si non possent certo sperare, se iam per administrationem, & susceptionem sacramentorum, cum Deo in gratiam rediisse. Idem de timidis, & scrupulosis hominibus esto iudicium.

Haeresis.

Hinc, poenitens euellit haeresis Lutheri, & omnium, qui lutherano nomine censentur, affirmantium, fiduciam gratiae, & gloriae non in nostris operibus: sed in solis Christi Iesu meritis esse collocandam. Non enim dicebant illi perditissimi, potest fiducia in duabus simul rebus collocari. Quod est falsissimum: quia non repugnat rationi fiduciae: vt in duobus, vel pluribus collocetur ordine quodam: ita vt in vno primo, & principaliter, & postea in alio minus principaliter constituitur, vt patet exemplo hominis infirmi aliquam spem salutis habenti, qui primam salutis fiduciam in Deo constituit, dein de in alijs multis rebus, videlicet, in medico, in aromatario, in minutore, in loco, vbi residet, in bona complexione sua, & in suo regimine, in quibus omnibus, cum (vt apertissime constat) ad sanitatem recuperandam adiuuent, poterit infirmus fiduciam suae salutis collocare. Perinde etiam theologandum est in praesentia contra istos nebulones, debere nos collocare, ac ponere fiduciam, & spem habendi gratiam, & gloriam primo, & principaliter in Christo, quatenus Deus est; quia

quia ea sola ratione potēs est dare nobis gratiam, & gloriam: iuxta illud quod propheta ait, gratiam, & gloriam dabit Dominus. Et in eodem Christo, quatenus homo est, tanquā in eo, per cuius merita, gratia nobis reddenda est. Hic enim est, qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram, qui coronat nos in misericordia, & miserationibus, in quo etiam habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius. Et post Christi merita succedūt bona hominis opera, sine quibus, etiam stante merito Christi, nullus potest vitam æternā adipisci: quia Christus dixit. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quare in bonis operibus nostris propter misericordiam Dei, & propter promissionem suam, qua promissit hominibus, se daturum mercedem suam propter bona opera, non autem quōd ex natura sua debeatur illis merces vitæ æternæ, erit quoq; fiducia collocanda. Non enim sunt condignæ passiones huius sæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vnde confidentes in bonis operibus nihil honori diuino detrahimus: vt lutherani nobis obijciunt. Quoniam eam fiduciam, quam in nostris operibus collocamus, in Dei bonitatem, & misericordiam reijcimus: quia agnoscimus per illam nobis euenire, q̄ bona opera operari possimus, & quōd per illa aliquid apud Deum mereri valeamus.

*Psal. 83.*

*Psal. 102.*

*Ephesi. 3.c.*

*Matth. 19.*

*Ad Roma. c.*

8.

*Magist. Sent. Distinct. XXVII.*

**M**agister in hac distinct. quatuor in summa proponit. Et primum est, definitio virtutis, quæ dicitur bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, & qua nullus male vtitur, quam solus Deus in homine operatur. Quæ definitio est D. August.

*D. Aug.*

*Append. 1.*

*Ad Ephesi. c.*

2.

Hinc, sequitur primò, fidem nō esse à nobis, sed à Deo: vt D. Paul. docuit dicens. Gratia enim estis saluati per fidē, & hoc nō ex vobis, Dei enim donū est. Secūdo sequitur omnē virtutē infusam, cū sit qualitas, nō esse aliquo modo à libero arbitrio: sed à solo Deo. Secundū est, si gratia non est motus liberi

liberi arbitrij: sed est virtus, qua anima iustificatur, & sanatur, vt possit per liberum arbitrium meritorie operari. Et ratio à simili est. Nam vt pluuia non est terra, aut germen, sed est aqua, qua terra, vt operetur, rigatur: ita gratia non est anima, vel animæ operatio, sed qualitas, qua anima sanatur, vt meritorie operetur. Tertium est, nempe, gratia, & liberum arbitrium constituunt vnum principium actus meritorij, & merita ipsa dona Dei sunt. Et est D. August. dicentis. Coronat Deus in nobis dona sua, & merita nostra.

*D. Aug.*

*Append. 2.*

*Ad Rom. 1.*

Hinc, quando D. Paul. dicit gratia Dei vita æterna: non est intelligendus ita, q̄ gloria Dei detur gratis sine meritis: sed q̄ merita ipsa, per quæ datur gloria, sint effectus gratiæ.

Quartum est, videlicet, vsus bonus liberi arbitrij principaliter à virtute: minus autem principaliter à libero arbitrio est. Hinc cum duo sint præcipui gratiæ effectus, vt ex dictis à Magistro constat, scilicet, sanare animam, & efficere, vt eius opera sint vitæ æternæ meritoria, doctores scholastici in hac distinct. de iustificatione, & merito disputant. Explicabitur autem littera Magistri vnica quæstione.

### *Quæst. vnica. De effectibus Gratia.*

#### *Artic. I. De Iustificatione.*

**D**E iustificatione disputat Alexand. Alen. in. 4. p. q. 17. m. 4. sparsum per totum, vbi docet, quid iustificatio sit, & quæ ad eam concurrant, & quo ordine, & in. q. 8. m. 3. art. 3. §. 1. ad argum. eiusdem partis, vbi an, ad iustificationem impij requiratur verbum sensibile: declarat. Et in eadem. p. 4. q. 10. m. 4. art. 2. §. 5. quæst. 5. collateraliter ad argum. vbi explanat. Quomodo iustificare sit maius opus, quàm creare coelum, & terram. Et rursus in eadem. p. q. 5. m. 3. artic. 5. §. 8. vbi tradit: quomodo iustificatio nostra à sacramentis, à Deo, à gratia, à fide, à charitate, à sacerdote, à mādatis, à lege, & ab operibus esse dicatur. & q. 17. m. 5. art. 2. ad argum. in fine, vbi exponit: quare iustificatio non sit sine nobis, sicut creatio



creatio nostri est sine nobis. Itē in. 2. p. q. 42. m. 2. arti. 4. Vbi, an sit iustificatio opus miraculosum? tractat. Et tandem in 3. p. q. 61. m. 6. ferē per totum, Vbi iustificare, excitare, motus meritorios elicere, purgare, illuminare, perficere, viuificare, assimilare, gratificare: an sint proprii, & perse actus gratia? Tum si iustificare prius sit, quā viuificare, & purgare, quā illuminare, abundē declarat. Agit etiam copiose S. Thom. 1. 2. tota. q. 113. Et S. Bonauen. Durand. Ricard. Scot. hac dist. 27. Vega lib. 4. 5. 6. & 7. super concil. Trid. & sparsim in toto illo opere, & in opusculo de iustificatione. Et Soto lib. 2. de natura, & gratia. Iam restat: vt absoluamus articulum hunc, iuxta methodum, à nobis obseruari solitam.

*Prima diffic. An iustificatio sit?*

CONCLUSIO.

**E**st proculdubio. Eius enim passim sacra scriptura mentionem facit, & de ea omnes doctores catholici citati, & sancti patres tractant, etiam hæretici illam esse confitentur: sed illi, vt infra dicitur, mendatijs, & astutijs suis nebulam quandam, & tenebras errorum, & hærefum obijciunt.

*Secunda diffic. Quid nomen iustificationis significat?*

CONCLUSIO.

**V**arias, & notatu dignas significaciones ad scripturam sacram intelligendam habet. Hæc conclusio non aliter meliùs, quā enumeratione significacionum probari potest: nam primò iustificatio, siue iustificare pro eo, qd est aliquem iustum, & innocentem verē, vel falsò pronunciare, & prædicare, sumitur. Quomodo in foro exteriori iustificatur reus, quando absoluitur. Et hoc modo intelliguntur varij scripturæ loci, vt Matth. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, id est, iuxta opera tua iustificaberis, aut cōdemnaberis. Et hoc etiam modo dicitur

*Luc. 7.*homo iustificare Deum, idest, iustum confiteri; vt *Luc. 7.**Matth. 6.*

Iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ac si dicat; Deus

*Luc. 1.*

est pronuntiatus iustus ab omnibus filiis suis. In hoc sensu

*Prou. 17.*

oramus dicentes. Sanctificetur nomen tuum idest, te omnes

*Isai. 5.*

iustum, &amp; sanctum in tuis actionibus confiteantur. Et rur-

*Apoc. 22.*

sus magnificat anima mea dominum, idest, magna Dei ope-

*Eccl. 18.*ra extollit, & prædicat. Et *Prouerb. 17.* Qui iustificat imp-*Jacob. 2.*

pium, &amp; condemnat iustum, vterque est abominabilis apud

*Ad Roma. 6.*Deum. Et *Isai. 5. Væ*, qui iustificatis impium pro muneribus.*Psal. 81.*

Secundò iustificari est augmentum iustitiæ sumere.

*Iob. c. 9.*Apocal. 22. Qui iustus est, iustificatur adhuc. Et *Eccl. 8.* Ne

verearis iustificari vsquè ad mortem, idest, incrementum ius-

titiæ acquirere. Et *Jacob. 2.* Nonne Habraam ex operibus

iustificatus est, &amp;c. idest. Nonne acquisiuit iustitiæ augmen-

tum. Tertiò accipitur pro eo, quod est. liberum esse ab ali-

qua seruitute. Qui mortuus est, iustificatus est à peccato

(idest à causis peccati) &amp; dura eius seruitute est liberatus.

Quartò significat ius suum vnicuique reddere. Pauperem iu-

stificate, idest, in iudicio illis ius suum reddite. Quintò idem

est, quod se ipsum defendere. Si iustificare me voluero, os

meum condemnabit me. Sextò sumitur pro eo, quod est,

ex non iusto facere iustum. Quomodo Adam in primordiò

sux creationis declarant theologi fuisse iustificatum, &amp; iusti-

tia originali donatum. Vltimò sumitur pro mutatione à pec-

cato ad gratiam: vt ad *Roma. 3.* Iustificati gratis. Et cap. 4.

ei, qui non operatur, &amp;c. Et cap. 8. Quos vocauit, hos, &amp; ius-

tificauit. Et. 1. ad *Corint. 6.* recensitis multis peccatis, ait.

Hæc aliquando eratis; sed abluti estis; sed iustificati estis.

Et de hac significatione instituta est præsens disputatio, qua

dicitur iustificatio, mutatio à peccato ad gratiam, per quam

iustus cõstituitur filius Dei. Hac enim de causa, scilicet, vt cõ-

staret, de qua significatione erat à nobis disputandum, fuit

proposita præsens difficultas.

*Ad Roma. 3.**4. & 8. cap.**1. Cor. 6.**Concil. Trid.**sess. 6. c. 4.*

Definitio

quid nominis

iustificatio-

nis.

Hinc iustificatio nihil aliud est, quam iusti effectio iuxta  
nominis etymologiam.

*Tertia diffie. Iustitia, à qua iustificationis nomen deducitur, quid significat?*

**M**ERITO hoc queritur, quia iustitia sex modis sumitur. Nam prima iustitia vocatur interna, quæ non est vna qualitas numero, & vocatur perfectio christiana, cõprehenditque tres virtutes theologales, fidem, scilicet, spem, & charitatem, quibus virtutibus homo apud Deum iustus nominatur. Secunda est externa tantum absque rectitudine interiori, estque observatio præceptorum exteriorum, & dicitur iustitia pharisaica, quæ in hypocritis in eorum magnum malum altas agit radices. De hac legitur Matth. c. 5. Nisi abũdaverit iustitia vestra plus, quàm scribarum, & pharisæorũ. Tertia est iustitia legalis, quæ est observatio omnium præceptorum legis Mosaicæ, quã D. Paul. vocat iustitiam legis, ad differẽtiam iustitiæ fidei. Quarta est iustitia christiana, quæ est observatio illorum præceptorum, quæ in euangelio dũtaxat, & non alibi continentur: vt est præceptum confessionis, & Eucharistiæ, &c. Et hæc, ad distinctionẽ iustitiæ legalis, iustitiæ fidei nũcupatur. Quinta est iustitia moralis, quæ vel est habitualis, scilicet, habitus acquisitus, & studiosus, inclinãs ad benẽ operadũ; vel est actualis, quæ est actus quo ius suũ vnicuique; per leges civiles tribuitur. Hæc vel est politica, vel æconomica. Prima est inter ciues: secunda verò inter domesticos. Sexta iustitia est theologica, & hæc est observatio mandatorum, non solum quò ad substantiam actus: verum etiam quò ad intentionẽ præcipientis. Et hæc vel est actualis, vt quando aliquis actualiter meritorie operatur: vel est habitualis, scilicet, gratia gratum faciens. Ijs ita positis, respõdetur difficultati.

**CONCLUSIO.**

Iustificatio, de qua modò est sermo, à prima iustitia, id est, ab interna, & à sexta, quæ theologica est, deducitur. Et ratio est: quia cũ iustificatio sit mutatio à peccato ad gratiam, per quam iustus constituitur filius Dei, & per iustitiam primo, & sexto modo sumptam, homo iustus efficiatur, ab illa nomen iustificationis deriuabitur.

*Quarta diffic. Quidnam est iustificatio?**Alex. Alen.**p. 4. q. 17. m.**4. art. 1.**S. Tho. art. 1.**vbi. 5.**Duran. in. 4.**d. 17. q. 1. &**alij in princi-**pio citati.**Soto. lib. 2. c.**6.**Vega lib. 5.**cap. 1. & 11.**& Castro**Verb. fides.**Here. 2.**Ad Col. 1.**1. ad Cor. 6.*

**V**ARIÆ definitiones à doctoribus traduntur. Nam primò apud Alexan. Alen. ita definitur. Iustificatio est liberi arbitrij, rectitudo, qua quidem rectitudine anima ordinata est à Deo, principio, scilicet, mouente in ipsum finem. Quando enim hi sunt termini, inter quos mouetur anima, nec recedit ab illis, tunc est iustitia in illa. Secundò à B. Thoma, ita definitur cum glos. interlin. ad Roma. 8. super illud, Quos vocauit, &c. Iustificatio est peccatorum remissio per gratiam Spiritus sancti. Tertiò, vt colligitur ex eodè doctore Angelico recessus à peccato, & accessus ad iustitiã, quæ definitur ex multis locis sacrae scripturae colligitur.

Quartò definitur. Est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam, Iesum Christum, saluatorem nostrum. Hæc est perfecta definitio, quæ traditur in cõcil. Trid. sess. 6. cap. 4. & colligitur ex illis verbis ad Coloss. 1. Qui fecit nos dignos in partè sortis sanctorum in lumine, & eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ. Et ex illis, Hæc aliquãdo fuistis, sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. Et animaduerte cū Vega cap. 1. vbi sup. descriptionẽ hanc nõ ad omnem iustificationem impij se extẽdere, sed solũ ad primam omnium iustificationem. Et ratio est, quia cum iustificatur impius, qui iam semel iustificatus, iustificationẽ suam perdidit, non transfertur in filium Dei ab eo statu, in quo nascitur homo filius primi Adæ; sed ab eo potiùs statu, in quem seipsum spontè sua præcipitauit, efficiens se filiũ, & captiuũ diaboli.

*Alex. Alen.**m. 4. p. 17.**m. 4. art. 6.**§. 2.**Vega. q. 2. o-**pusculi de iu-**stificatione.*

*Quinta diffic. Vtrum in iustificatione impij omnino peccata omnia auferantur, & radicatus euellantur?*

**CONCLUSIO.**

**I**N iustificatione impij, aut peccatoris, verè ei omnia peccata commissa remittuntur; imputabuntur tamen eidem mort-

mortalia post iustificationem committenda. Et ratio primæ partis est; quia iustificatio fit, mediante gratia, & hæc nullum secum compatitur peccatum. Quæ societas lucis, id est, gratiæ ad tenebras, scilicet, peccatorum. Non enim datur medium inter filium regni, & filium perditionis, & per gratiam iustificatus efficitur filius regni, sicut per peccatū homo filius perditionis esse dicitur. Secunda pars conclusionis probatur Ezechiel. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur, in præuacatione, qua præuacatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur.

2. Cor. 6.

Ezechiel. 18

Hinc, Deus non iustificat peccatorem dissimulando eius peccata, sicut iudex iustificat impium pro muneribus, aut non imputando peccata facienda ad gehennam; quia Deus odio habet peccatores; & odio habere illos, est velle eos punire. Tunc enim Deus esset autor, & patronus peccati, si hominem manentem in peccatis, solum dissimulando eius peccata, iustificaret.

Append. 1.

Isai. 6. 5.

Psal. 5.

Hinc, confutatur hæresis lutheranorum, affirmantium hominem solum iustificari apud Deum secundum iustificationem in genere; quia Deus pronunciat illum iustum per fidem solam, quamuis sit iniustus per opera, instar iudicij humani, in quo plerumquæ nocentes iustificantur, eò quòd à iudicibus absoluuntur. Vnde iustificationem solam imputationem peccatorum ad pœnam æternam definiebant, & alia peccata non imputari nobis, cum omnia opera nostra sint peccata, sed propter solam infidelitatem hominẽ damnari, quòd est contra euangelium è diametro. Nã Matthæ. 7. legitur. Multi dicent in illa die, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, &c. vsquẽ iniquitatem.

Hereses.

Matth. 7.

Hinc, isti erunt fideles, aliter non potuissent operari miracula, & damnabuntur propter alia peccata. Diues epulo fuit damnatus propter scuitiam in Lazarum. Et Adam fidelis erat, & fuit reus gehennæ propter esum ligni prohibiti, &

Append. 2.

Luc. 16.



*Matth. 25.**Vega.**Soto.**Castro.*

in damnatos feretur sententia. Ite maledicti, &c. quia esurij, &c. Et imputantur alia peccata; ergo non propter solam infidelitatem homines condemnantur. Lege Vegam vbi suprâ. Et Sotum lib. 2. de natura, & gratia cap. 19. Castrû verbo fides, hæresi. 2. & verb. opera, hæresi. 1.

*Sexta difficult. Est ne iustificatio sola peccatorum omnium remissio?*

CONCLUSIO.

*Alex. Alen.**4. p. q. 17.**art. 6. m. 4.**Vega lib. 5. d.**cap. 5. vbi. 5.**ad. 11.*

Iustificatio nõ est sola peccatorum remissio: verum etiam renouatio, & multorum beneficiorum collatio. Hæc conclusio est definita in concil. Trident. sess. 6. cap. 7. Sunt autem bona, quæ iustificatio in se complectitur, multa, & eximia, quæ à patribus: vt facillimè memoria teneri possint, non incommodè in quatuor summa capita reducuntur. Et horum primum est reconciliatio cum Deo. Secundum peccatorum, quò ad culpam omnem, & quò ad pœnam, vel partem ipsius remissio. Tertium interioris hominis renouatio. Quartum ad gloriam æternam ius, & acceptatio. Et ratio est: quia sicut per peccata Dei inimici efficiamur, & iram illius, & reatum ad pœnas graues incurrimus, & bona interioris hominis penè omnia deperdimus, & ius ad gloriam amittimus: ita cum iustificamur, in gratiam Dei redimus, à reatu pœnæ æternæ liberamur, secundum interiorem hominem renouamur, & ad vitam æternam acceptamur, hæredesquè ipsius constituimur. Tandem penè omnia mala, quæ per peccatum incurrimus, reparat, vel irritat potius, & quasi iustificatio, secumquè omnia bona per peccatum amissa adducit. De ijs autem effectibus iustificationis disputat magister Vega cap. suprâ citatis, quæ omnia si pro meritis æstimarentur, & perperderentur, iusti difficillimè in peccatum traherentur, & peccatores, spe assequendi ea, molirentur, & ad pœnitentiam inflecterentur. Vnde, & Christus episcopum Ephesi vna memoria status, à quo ceciderat per Ioan. apostolum ortatur dicens. Memor esto, vnde ex-cideris, & age pœnitentiam.

Septi-

Septima diffic. Vtrum Deus, secundum potentiam absolutam, possit remittere culpam absquē iustificatione peccatoris, & gratia infusione, relinquēdo hominem in puris naturalibus sine gratia, & peccato?

**C**ontrouersia est circa hanc difficultatem inter S. Tho. & Scotum, quā definitam inuenies in floribus quarti. q. 1. de poenitentia, Et art. 5. Alex. in. 4. p. q. 17. m. 4. art. 6. §. 1. partem affirmantem tenet.

S. Tho. art. 2.

q. 113. &

Scot.

Octaua diffic. Vtrum iustificatus denominetur formaliter iustus à iustitia sibi inherēte. An potius à iustitia, quæ est in Christo?

**I**n hac difficultate bellum nobis est cum lutheranis; sed vt veritas clariùs resplendeat, animaduerte sequentia.

Iustitiam Christi nobis imputari, nihil aliud est, quàm Deum communicare nobis gratiam, & nostra acceptare merita, habita ratione ad passionem Christi; ita quòd si non intercederet Christi passio, nequē Deus nobis gratiam daret, nequē merita nostra ad satisfactionem, & ad gloriam acceptaret, nequē peccata nobis remitteret, quantum eūquē eorum nos poeniteret. Et in hoc sensu sunt sacræ scripturæ autoritates interpretandæ, in quibus Christus dicitur propitiatio, & redemptio nostra, idest, propitiatur nobis, & acceptat opera nostra, & communicat iustitiam, scilicet, gratiam, habita ratione ad Christi passionem, & merita.

Hinc, hæc propositio, nos sumus iusti iustitia Christi, in sensu causali est catholica. Et ratio est; nam, vt hec est vera, ego sum calidus calore solis causaliter, siue efficienter, idest, calore effecto à sole: ita, & hec, ego sum iustus iustitia Christi, idest, per iustitiam causatam in me propter merita Christi. In sensu autē identico, & denominatione extrinseca,

Alex. Alen.

& S. Thom.

vbi. §.

Vegalib. 7.

super concil.

Trid. à c. 21.

vq; ad 25.

Soto lib. 2. de

natura, &

gratia, c. 19.

§. 20.

1. Animad.

Append. 1.

est hæretica. Quomodo lutherani illam intelligunt dicentes, nos esse formaliter iustos per iustitiam inhærentem Christo, quæ imputatur nobis, & nullo modo per iustitiam nobis inhærentem.

2. *Animad.* Hoc verbo imputari hætenus non vsi fuere scholastici doctores; sed eius loco verbis applicari, & communicari in sinuabant virtutem passionis Christi in sensu prædicto nobis communicari. Solus D. Bernar. vsus fuit verbo imputari in epistola. 109. Lutherani verò passim illud vsurpant: sed in alio sensu, quàm D. Bernardus.

D. Bernar.

Append. 2.

Hinc, cauendus erit modus loquendi hæreticorū, scilicet, iustitia Christi imputatur, ac si esset nostra: concedendum tamen est imputari nobis ad præfatum sensum, iuxta mensuram dispositionis in adultis; in paruulis autem finitè, & limitatè per sacramenta ex opere operato.

3. *Animad.*

Vna, & eadem iustitia nobis inhærens dicitur esse Dei, siue Christi, & nostra: diuersis tamen respectibus. Dicitur enim esse Dei; quia ab eo nobis propter merita Christi infunditur. Et nostra; quia per eam nobis inhærentem iustificamur. Definita est in concil. Trident. sess. 6. cap. 7. & c. 16.

4. *Animad.*

Iustitia, qua iusti apud Deum sumus, non est vna qualitas: sed triplex, scilicet, fides, spes, & charitas. Ita definitum est in concil. Trident. vbi sup. cap. 7. Ibi enim ita legitur. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inferitur, fidem, spem, & charitatem.

Append. 3.

Hinc hæc tria sunt tres qualitates positivæ. Alioquin nõ essent infusæ. Nā quod ens reale non est, non infunditur.

5. *Animad.*

Duplex est denominatio. Vna intrinseca, quæ est à forma inhærente subiecto; vt album ab albedine, quæ est forma absoluta, & pater à paternitate, quæ est forma relatiua secundum esse. Altera est extrinseca, quæ fit à formâ non subiecto inhærente: sed sola correlatione secundum dici: vt paries dicitur visus à visione, quæ est in vidente. Tales sunt omnes denominationes, quæ explicantur per verba actum alicuius potentia signifiantia: vt cognosci, audiri, videri, &c.

## CONCLUSIO I.

Homo formaliter denominatione intrinseca, vel extrinseca non dicitur iustus à iustitia, quæ actu est in Christo, aut ab eius meritis, quamuis sibi imputentur. Et ratio primæ partis huius conclusionis est; quia cum iustitia Christi nemini fidelium inhæreat: sed soli Christo dumtaxat, nequè eius merita nobis infunt (iam enim præterierunt, erantquè actiones habentes esse in fieri) non dicemur denominatione intrinseca iusti ab illis. Quoniam denominatio intrinseca à forma inhærente fit: vt ex animaduersione quinta constat. Et confirmatur ex B. August. quia sicut Paulus non erat formaliter iustus à precibus, & meritis B. Stephani, quamuis fuerit causa meritoria iustificationis Pauli: ita nequè à iustitia Christi dicemur formaliter iusti, quâuis fuerit causa meritoria nostræ iustificationis. Secunda pars de denominatione extrinseca probatur: quia nulla denominatio ab aliqua forma absoluta est extrinseca, sed tantum intrinseca, vt ex quinta animaduersione constat. Et ista, homo est iustus, est denominatio à iustitia, quæ est forma absoluta.

D. Aug.

## CONCLUSIO II.

Homo à iustitia sibi inhærente formaliter, & supernaturaliter apud Deum dicitur iustus. Hæc conclusio à patribus, & scholasticis doctoribus ex multis locis sacræ scripturæ colligitur, ex quibus breuitatis causa accipe vnū ex B. Paul. ad Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et est definita in cōcil. Trident. sess. 6. cap. 7. & 16. & can. 10. & 11. vbi anathematizantur asserētes hominē per iustitiam, quæ est in Christo, formaliter esse iustū; quare à sufficienti diuisione erit iustus à iustitia sibi inhærente. Nemo siquidem viuit vita alterius, neq; sanus est sanitate in altero existente. Et ratione cōfirmatur; quia iustitia supernaturalis constat triplici qualitate, scilicet, fide, &c. vt patet in. 4. animaduersione, & ab ijs qualitatibus formaliter homo est iustus: quia formalis denominatio intrinseca à sola forma inhærente est: vt in quinta animaduersione declarauimus.

Ad Rom. c. 5

## CONCLUSIO III.

Hæc propositio, homo est iustus, Dei, aut Christi iustitia, non in sensu formali, aut identico: sed in sensu causali tantum, idest, homo est iustus iustitia à Deo causata, est intelligenda. Hæc conclusio constat ex apped. 1. animaduersionis, & ex. 1. & 2. conclusione. Et probatur à simili: nam, vt sequentes autoritates, scilicet, Deutero. 30. vbi legitur. Deus est vita tua, & lōgitudo dierum tuorum. Et psal. 70. Tu es patientia mea. Et iterū, Tu es domine spes mea, diciturq; Christus pax nostra, & alia multæ declarantur in sensu causali, dum taxat. Ideo enim dicitur vita nostra: quia est causa vitæ nostræ. Et pax: quia est pacis. Et spes, quia est spei. Et patientia: quia est patientiæ nostræ causa: ita quoque quando dicitur, iustitia Christi, vel Dei nostra, exponenda est talis propositio in sensu causali. Quia causa iustitiæ nostræ nobis inhæretis est. Et ratione cōfirmatur; quia vt rigore dialectico hæc est vera, ego sum calidus calore solis, idest, colore effecto à sole, & aqua est calida calore ignis, idest, ab igne producto: ita etiam in eodem sensu hæc est vera, homo est iustus iustitia Dei, vel Christi, idest, iustitia à Deo, vel à Christo causata.

Append. 4. Hinc talis propositio, homo est iustus iustitia Dei, quamuis in sensu causali sit vera: tamen; quia in sensu identico, & formali est falsa, non est absolutè concedenda. Et ratio notanda est; quia nulla propositio habens duplicem sensum, vnum verum, & alterum falsum, est absolutè concedenda. Et hac de causa concil. Trident. locis citatis non illam absolutè concedit: sed explicat. Ita enim omnes sancti patres huiusmodi propositiones declarant. Quod videre licet apud D. August. lib. de spiri. & lit. cap. 6. n. 18. & 21. Et lib. 3. contra duas epistolas Pelag. cap. 7. Et lib. 4. de Trinit. cap. 12. & in quaest. super Exodum cap. 25. Et in tract. 26. in Ioann. Et apud D. Hieronymum in dialogo cōtra Pelagianos, & apud D. Bernard. epist. 191. Et apud alios patres ecclesiæ latinæ. Ideam quoque senserunt cuncti patres Græci, nempè, Chrysostomus, Theophilus, Origines locum illum ad Roma. 1. Iustitia Dei in eo reuelatur, declarantes.

Hinc, confutatus manet error lutheranorū affirmantium, nos

*Deut. 30.*

*Psal. 70. &*

*9.*

*Ad Ephesi.*

*cap. 2.*

*D. August.*

*D. Hiero.*

*D. Bernard.*

*Ad Roma. 1.*

*Hereses lutheran.*



nos iustitia Christi iustificati in sensu identico, & formalis; ac si iustitia Christi esset nostra, ad hunc sensum, scilicet, ut prodest nobis passio Christi ad eisdem effectus, quibus prodest, si nos ipsi passi fuisset. Ex quo fonte putridissimo, & foetidissimo quatuor, velut rivuli pestilentissimi, errores emanant. Quorum primus est, quod sacramenta nullam causant gratiam: sed solum sunt signa, quibus Deus imputat nobis merita Christi, ac si essent nostra, qui error destruitur in floribus. 4. in quaestione de causalitate gratiae in tractatu de sacramentis in genere. Secundus error est, quod illa imputatio sufficit absque gratia habituali: quia, ut illi falsissime aiunt, sumus ita iusti, ac si passi fuisset, quae Christus pro nobis passus est. Et hic error ex dictis manet eradicatus. Tertius, quod nulla poenitentia est necessaria, neque satisfactoria: quia sufficit sola mors Christi, quae est nostra. Qui error fuit destructus in floribus. 4. in tract. de sacram. poenitentiae q. 1. ubi de eius necessitate disputatur. Quartus tandem error est, quo tenent omnes iustos esse aequales in gratia: quia nemini, inquit, datur gratia propter dispositionem propriam: sed propter merita solius Christi, quae omnibus aequaliter applicantur. Tandem si nos, inquit, passi fuisset eadem omnia, quae Christus passus est, nulla alia re indigeremus: ita, & nunc, cum Deus imputet nobis illius merita, ac si essent nostra. Quae falsissima imputatio est: ut ex dictis in hac difficult. constat. Fuit error iste quartus, & nequissimus destructus in 2. p. florum. 4. in q. de beatitudine, & supra in floribus huius secundi.

Castro verb. sacramentum heresi. 1.

Castro verb. fides. heresi.

2. & verb. poenitentis. heresi. 1.

Castro verb. poenitentia. heresi. 1.

Castro verb. beatitudo. heresi. 7.

Alex. Alen. 4. p. q. 17. m. 4. art. 6. §. 3.

¶ 4. ¶ 5. Tho. ubi. 5. art. 3.

Soto lib. 1. de natura, & gratia, a cap. 15. usque ad

18.

Vega lib. 8. super concil. Trid. c. 1. &

infra.

*Nona difficult. Vtrum ad iustificationem peccatoris requiratur liberi arbitrij motus?*

**S**ensus tituli est. An aliquis adultus possit ab statu peccati, siue originalis, siue mortalis ad statum gratiae transire sine actu voluntatis, quo in Deum, vel per actum amoris referendo se, & sua in Deum, vel per actum poenitentiae convertatur. De hac difficult. egimus in ult. diffi. dist. 25. huius partis,

partis, & in floribus. 4 in q. de contritione artic. 2. diff. 3. & ibidem art. 5. & in q. de suscipientib. bap. art. 5. & 6.

### CONCLUSIO I.

*Vegac. 5.*  
*Vbi. s.*

Non potest de lege adultus absq; actu liberi arbitrij in Deum iustificari, scilicet, quin dicat, volo deinceps placere Deo, vel poenitet me peccasse. Et ratio est; quia addiscere est consentire docenti per motum liberi arbitrij, & qui venit ad Christum, audit, & discit à patre. Et confirmatur; quia Deus concurret ad omnium rerum mutationem, & motum, secundum exigentiam naturæ cuiuscûquæ rei. Mouet enim deorsum grauiâ ratione grauitatis, & leuiâ sursum ratione leuitatis, & hominem per gratiam adiuuantem ab statu peccati ad statum gratiæ secundum exigentiam suæ naturæ mouet liberè, ita quòd homo liberè gratiam adiuuantem accipet, velitquè illam, quòd scriptura sacra docet dicens, Deû disponere omnia suauiter.

*Ioan. 6.*

*Sap. c. 8.*

### CONCLUSIO II.

Paruuli, & amètes, siue furiosi, qui nunquam fuerunt vsi ratione per solum baptismi sacramentum absquè motu liberi arbitrij possunt iustificari. Ratio est; quia sicut peccatum originale ad eos absquè actu propriæ volûtatis per malitiam solius primi Adæ peruenit: ita & iustificatio sine propria voluntate per iustitiam solius Christi applicatam in baptismo debet peruenire. Ad Roma. 5. Sicut enim vnus, delicto, &c. Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia.

*Ad Roma. 5.*

### CONCLUSIO III.

Si aliquando ratione vsi fuerunt, nisi in sanitate voluntatem recipiendi baptismum cum aliquali suorum peccatorû displicentia habuerint: ita quòd non reuocauerint propositum, non iustificabuntur. Probatur eisdem rationibus, quibus prima conclusio.

### CONCLUSIO IIII.

Quauis gratia gratis data: vt donû sapientiæ, & prophetiæ possit sine actu liberi arbitrij nobis, etiam inuitis, cõmunicari; non tamen gratia gratum faciens. Ratio est: quia gratia gratis data solùm perficit intellectû, & eius finis nõ est bonû recipientis: sed totius ecclesiæ: gratia autem gratum faciens perficit

perficit totam voluntatem, & conceditur ad vltimum finē, scilicet Deum, assequendum.

CONCLUSIO V.

Ad conseruationem in gratia motus liberi arbitrii à contrario in contrarium non requiritur; bene tamen obseruatio mandatorum desideratur. Ratio est, quia conseruatio nō est transmutatio, quemadmodum est iustificatio, quæ est motus à contrario in contrarium: vt ex primâ cōclusionē patet.

Hinc confutatur error lutheranorum, quo affirmabant homines in iustificatione merè passiuē nos ipsos habere, & nihil plus efficere, quàm malleus in manu fabri, & lutum in manu figuli agit. Et est error hic damnatus in multis concilijs, & denuō in Trident. sess. 6. cap. 5. & 9. Et in multis scripturæ sanctæ locis consensus noster ad nostram iustificationem exigitur: vt suprâ citauimus. Qualis ille est Isai. 45. Conueri mini ad me, & salui eritis.

*Hæresis Luther.*

*Isaia. 45.*

*Decima diffic. Est ne actualis motus liberi arbitrii necessarius, quando aliquis suscipit sacramentū; vt gratiam recipiat?*

**D**E hac difficult. quam colligit Caiet. ex conclusione huius art. disputauimus in floribus. 4. lib. in quæst. de effectis Eucharistiæ, difficult. 3. artic. 1.

*Vndecima diffic. Vtrum homo adultus de potentia Dei absoluta sine actu liberi arbitrii iustificari possit?*

**D**VÆ sunt opiniones. Vna affirmans Scoti, Vegæ, & Caiet. Altera negans quorundam discipulorum D. Thom. super. 3. p. quæst. 86. artic. 2.

*Scot. Vega. c. 5. vbi. S. Caiet. q. 112. art. 2. 1. 2.*

CONCLUSIO.

Potest de potentia Dei absoluta sine actu liberi arbitrii adultus

adultus iustificari. Et ratio est; quia non implicat contradictionem, posse Deum dormientem in peccato mortali iustificare, & animum eius habitualiter convertere, & rectum efficere. Et ratio est; quoniam Deus potest causalitatē efficientis causæ supplere, & actus liberi arbitrij, qui de lege est ad nostram iustificationem pernecessarius, concurrat; vel ut causa disponēs: vel ut meritoria: vel ut efficiens; & omnes istæ causæ subefficienti causa continentur.

*Alex. Alen.*

*p. 4. q. 8. m. 7*

*art. 2. & p.*

*3. q. 69. m. 3*

*S. Tho. art. 4*

*vbi. s.*

*Vega in opusculo de iustificatione q. 2.*

*& super concil. lib. 6.*

*à c. 12. vsq;*

*ad 23. Et Soto lib. 2. de natura,*

*&*

*gratia c. 5.*

*& infra.*

*Doct. vbi. s.*

*Alex. Alen.*

*p. 4. q. 15. m.*

*4. art. 2.*

*Vega in opusculo de iustificatione q. 3*

*Soto cap. 11.*

*vbi. s.*

*1. Cor. 13.*

*Ad Heb. 11*

*Duodecima diffie. Vtrum in adultis ad iustificationem motus fidei requiratur?*

**S**ensus tituli est. Vtrum in adultis fides actualis ad iustificationem impij requiratur; quia de iustificatione peccatoris non est dubium, cum iam ipse credat. Inuenies autem hanc difficultatem expositam in floribus quarti in q. de suscipientibus baptismum artic. 6.

*Decimatertia diffie. An requiratur fides explicita ad iustificationem?*

*Decimaquarta diffie. An sola fides sine operibus sufficiat?*

**D**e ijs difficultatibus erat modo disputandum: sed iam multa de eisdem hætenus diximus, & dicentur in floribus, 3. libri fauente Deo in tractatu de fide.

**Dubium.** Iustificatio cur in sacris litteris frequentius fidei, quam charitati, & penitentiae tribuitur?

Ratio dubitandi est: quia charitas est vinculum perfectionis, & sine ipsa fides nihil prodest. Respondeo. Multæ assignantur causæ, sed alijs omisis, sit hæc vna satis, scilicet, quia fides est prima radix, & initium, & fundamentum iustificationis nostræ, & reliquarum virtutum, &c. Iuxta illud. Fides est substantia rerum sperandarum. Hoc est, primum fundamentum: nam sine illa impossibile est placere Deo.

Hinc

Hinc colligitur vera interpretatio illius loci: iustus ex fide vivit, & similibus. Sensus enim est, fidem esse fundamentum vitæ, non autem totâ vitâ; vt lutherani falsò sibi persuadent.

Append.  
Ad Heb. 6.  
10.

*Decima quinta diffi. Vtrum ad iustificationem motus liberi arbitrij in peccatum, id est, pœnitentia requiratur?*

**D**E hac difficultate agit S. Thom. artic. 5. vbi suprâ. Et eandem nos explicauimus in floribus quarti lib. in q. de suscipientibus baptismum, & in tractatu de pœnitentia q. 1. difficultate. 6.

*Decima sexta diffi. Vtrum inter ea, quæ ad iustificationem impij requiruntur, sit remissio peccatorum adnumeranda?*

**S**ensus tituli est. An sit dispositio præuia ad iustificationem; vt est fides, & pœnitentia, vel potius sit terminus, ad quem iustificationis? Difficultas hæc magis physica, quàm theologica esse videtur.

Alex. Alen.  
p. 4. q. 17. m.  
4. art. 6. §. 4.  
S. Tho. art. 6  
vbi. s.

**C O N C L U S I O I.**

Ad impij iustificationem quatuor requiruntur. Primū est infusio gratiæ. Secundum motus liberi arbitrij in Deum per fidem, & dilectionem. Tertium motus liberi arbitrij in peccatum per eius detestationem. Et quartum peccatorum remissio. Et ratio est: quia in omni motu, quo aliquid ab altero mouetur, tria desiderantur, nempe, motio ipsius mouentis, & motus mobilis, & consumatio motus, siue peruentio ad finem. Et cum iustificatio sit motus quidam à statu culpæ, ad statum gratiæ, reperientur quatuor illa, quæ in conclusione continentur: quorum primum, & quartum sunt ex parte Dei; duo autem intermedia ex parte hominis.

CON-



## CONCLVSIO II.

Remissio culpæ ex parte Dei est posterior naturâ infusione gratiæ. Et ratio à simili est; quia sicut sol prius naturâ producit in aere lumen, quàm expellat tenebras; ita Deus prius naturâ infundit lumen gratiæ in animam impij, quàm tenebras peccatorum expellat. Nam sicut hæc est vera; quia sol producit lumen in aere: ideò expelluntur tenebræ, & nõ è contrâ: quoniam contrarium adueniens expellit præexistens, quod quidem est verum in quocumquẽ alio motu naturali: ita à simili, quia Deus infundit gratiam: ideò remittuntur peccata.

## CONCLVSIO III.

Remissio culpæ ex parte hominis est infusione gratiæ prior. Et ratio à simili aliorum motuum est; quia expulsio tenebrarum ex parte aeris prior est, quàm luminis receptio. Disponitur enim aer per tenebrarum expulsionem: nam sicut hæc est vera: quia aer caret tenebris: ideò est dispositus ad receptionem luminis: ita à simili si consideretur iustificatio passiuè, quatenus homo ex iniusto fit iustus, prior est remissio culpæ, gratiæ infusione: quia homo per remissionẽ culpæ, disponitur. *Lege flores quarti.*

*Flores. 4. 7.*

*1. de pœn. ar.*

*8. diffic. 2.*

*Q. 3.*

## CONCLVSIO IIII.

Gratiæ infusio, & culpæ remissio, quò ad substantiam actus sunt vnus motus. Et ratio est; quia eodem actu voluntatis, quo Deus remittit culpam, infundit, & gratiam: quemadmodum sol eodem actu productionis luminis aerem illustrat, & tenebras expellit. Verùm enim uerò ex parte terminorũ alius terminus est, id est, effectus, remissio peccati: alius uerò gratiæ infusio: sicut alius terminus est expulsio tenebrarum, & alius luminis introductio.

*Append.*

Hinc, si iustificatio ex parte Dei actiuè sumatur pro eo, quod est facere iustum, non pręrequiritur ad iustificationem remissio, quin potius sequitur: si uerò accipiatur ex parte hominis passiuè, pro eo, quod est aliquem fieri iustum, culpæ remissio ad gratiæ infusionem pręrequiritur.

*Decimaseptima difficult. Vtrum iustificatio impij in instanti, vel tempore successiuo fiat?*

CONCLUSIO I.

Iustificatio pro gratiæ infusione sumpta in instanti fit. Et ratio est: quia Deo, cum sit infinitæ virtutis, nihil resistit. *S. Tho. art. 7 vbi. 5.*  
 Successio enim in alijs mutationibus ex resistantia mobilis ad motorem emanat: vt patet exemplo aquæ, quæ successiuè ab igne calefit, quia sua frigiditate actiuitati ignis resistit.

CONCLUSIO II.

Iustificatio si, vt comprehendit gratiæ infusionem, & præuiam dispositionem, motum, scilicet, liberi arbitrij in Deum per fidem, & amorem, & in peccatum per odium, accipitur, aliquando in instanti, aliquando successiuè efficitur. *Act. 9.*  
 Probatur prima pars exemplo D. Paul. qui in instanti fuit iustificatus: quia subitò præstitit assensum, statim què dixit. Domine, quid me vis facere? Secunda pars probatur experientia in nobis ipsis, qui non continuo vocanti Deo præstamus assensum, & disponimus nos ipsos: quoniam ante pœnitentiam deliberamus.

CONCLUSIO III.

Culpa per vltimum non esse desinit: gratia verò per primum sui esse incipit. Et ratio est; quia vtrumquè extremum est permanens. Et confirmatur à simili in cæteris motibus, per quos forma permanens introducit: hæc conclusio ex sol. ad vltim. S. Thom. colligitur.

*Decimaoctaua diffi. Est ne prior infusio gratiæ pœnitentia perfecta?*

Hæc enim duo simul tempore concurrunt. Et quæritur, quod istorum sit prius naturà. Hæc diffi. in q. de pœnitentia vbi sup. fuit explicata. *S. Tho. art. 8 vbi. 5.*

CONCLUSIO.

Ratione diuersa, respectuquè diuersarum causarū, quodlibet

bet istorum est aliud alio prius, & posterius. Et ratio est: quia Deus concurret ad iustificationem, sicut causa efficiens, homo autem in genere causæ materialis, siue dispositiuæ: & ita nihil vetat, quòd istæ causæ sint sibi inuicem causæ. Per gratiam enim Deus efficit pœnitentiam, propterea quòd causa efficiens secum affert suam vltimam dispositionem: pœnitentia verò disponit subiectum ad gratiam. Confirmatur à simili; quemadmodum aer efficit apertionem fenestree, & apertio fenestree est dispositio necessaria ad introductionem aeris in aulam. Hanc conclusionem intellige vt supra in difficultate .9. huius artic. exposuimus in qua quaeritur. Vtrum ad iustificationem peccatoris requiratur lib. arb. motus?

Append. 1.

Hinc, istæ propositiones dicantur esse veræ; quia Deus infundit gratiam: idè homo habet pœnitentiam. Et quia homo habet pœnitentiam: idè est dispositus ad gratiam.

Append. 2.

Hinc, infusio gratiæ est prior pœnitentia in genere causæ efficientis, pœnitentia verò est prior receptione gratiæ in genere causæ dispositiuæ, seu materialis.

*Decimanona diffic. Vtrum iustificatio impy sit maximum Dei opus?*

## CONCLUSIO.

Alex. Alen.

4.p. q. 2. §. 5.

q. 5. collate-

rali ad arg.

S. Tho. vbi. §.

art. 9.

D. Aug.

Ioan. 14.

Prouerb. 1.

ad Ephe. 1.

**E**st quidem. Probatur autoritate D. August. super illud. Ioan. 14. maiora horum faciet. Vbi affirmat maius opus esse, ex impio iustum facere, quam cœlum, & terram creare. Et ratio Alexæ. est; quia quando ex impio fit iustus, duo concurrunt, propter quæ hoc opus est difficillimum, scilicet, opus creationis, nempe gratiæ, & informatio liberi arbitrii, repugnantis in opere. In creatione enim cœli, & terræ, ipse dixit, & facta sunt; atuerò in iustificatione peccatoris dicit Deus, rogat, comminatur, vocat, moritur; vt homo iustificetur, & viuat; homo autè renuit. Et ita cõqueritur Prou. 1. Vocauit, & renuistis. Lege D. Chrysol. Super locû ad Ephe. 1. Ego precor, memoriã vestri faciens in orationibus meis, &c.

Vige-

Vigesima difficult. Vtrum iustificatio impij sit maximum miraculum?

CONCLUSIO I.

Iustificatio impij non est proprie miraculum. Hæc est Alexand. Et ratio est; quia definitio, siue ratio miraculi proprie sumpti, quam inuenies in prima parte huius secundum, non competit iustificationi. Non enim est arduum, & insolitum, & non semper fit absque voluntate creaturæ: immo etiam nec in adulto. Vnde August. qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.

Alex. Alen.  
2.p.q.42.m.  
2.art.4.  
S.Thom.art.  
Vltim. vbi.5.  
D.August.

CONCLUSIO II.

Potest tamen dici miraculum ex parte agentis. Et ratio est; quia miraculum suo modo appellatur, quod à sola virtute diuina effici potest, & iustificatio impij à solo Deo fit.

Hæc est  
S.Thom.

CONCLUSIO III.

Ex parte subiecti non est opus miraculosum. Et ratio est; quia anima habet naturalem potentiam ad gratiam.

CONCLUSIO IIII.

Iustificatio ex parte modi aliquando est miraculosa, aliquando verò non. Probatur prima pars exemplo iustificationis B. Paul. quæ facta fuit per reuelationem. Secunda pars patet exemplo iustificationis, quæ fit virtutis prædicationis, &c. Ex hoc art. B. Tho. collige contra Caiet. & aliquos Thomistas, animam habere naturalem potentiam passiuam ad gratiam. Hoc enim expressè S. Thom. habet.

Art. 9.

Artic. I I. De merito.

DE merito disputant Alexad. Alen. in. 2.p.q.61.m.5. S. Tho. 1.2.q.114. D. Bona. Ricard. Durã. & alij hæc dist. Soto lib.3. de natura, & gratia cap. 7. & sequentibus. Vega in opusculo de iustificatione q. 4. & sequentibus ferè omnibus, & lib.8. super concil. Trid. c. 4. & sequentibus. Castro verbo meritum, & verb. opera, hæresi. 4.

*Prima diffiç. Est ne meritum?*

## CONCLUSIO.

*Doct. vbi. s̄.*  
*Castro.*  
*Verb. meritū*  
*Verb. ope*  
*ra.*  
*Eccl. 16.*  
*ad Heb. 13.*

**E**st quidem meritum. Hæc conclusio est de fide; quia in multis locis sacre scripturæ expressè continetur. Nam Eccl. 16. legitur. Omnis misericordia faciet locum vnicuiquè secundum meritum operum suorum. Et ad Heb. 13. beneficentiæ, & cõmunionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Vbi clarissimè nomen meriti expressit. Et est definita in concil. Trid, sess. 6. cap. 16. & can. 26. & 23. Vbi Anathematizantur asserentes, iustos suis operibus in gratia factis non verè mereri gratiæ augmentum, & vitam æternam, &c. Sed hæc latius in sequentibus difficultatibus declarabuntur.

*Hæresis Lutheri.*

Hinc confutatur error Lutheri, quo ait, nullum esse hominis meritum ad gloriam assequendam.

*Secunda diffiç. De nomine meriti.*

*Definitio*  
*quid nominis*  
*meriti.*

**M**eriti nomen tritissimum est inter Latinos, & deducitur nomen hoc à mercede. Est enim meritū opus, cui debetur merces, & mereri est ius sibi ad præmiū facere. Et quàmuis nomen hoc meritum seruitijs primū, ac mercenarijs operibus, quibus stipendium debetur, fuerit impositum, vnde dicitur quis benè, aut malè mereri equo, aut calamo: nihilominus tamen proprietas inde deducitur ad amicitia munera, & ita de amico benè, aut malè mereri dicimur.

*Append.*

Hinc meritum erit actio, per quam ei, qui agit, efficitur debitum aliquid dari.

*Tertia diffiç. De diuisionibus meriti.*

*1. Diuisio.*  
*Alex. Alen.*  
*art. 2. §. 1.*  
*vbi. s̄.*

**V**ariè à doctoribus meritum diuiditur. Meritum est duplex, scilicet, interpretatiuum, & meritum congrui, vel condigni.



condigni. Meritum interpretatiuum appellatur, quando nō est aliqua condignitas in recipiente: & tamen Deus exhibet ei donum suum ex sua liberalitate, ac si ille per opera sua meruisset, quod reuera non meruit.

Hinc, de sententia Alexand. meritum, nec ponit condignitatem in recipiente, nec in eius operibus; sed solū liberalitatem in dante constituit. De merito autem condigni, scilicet, vel congrui infrā.

Meritum in vniuersum sumptum diuiditur in bonum, & malum; quia pessimi homines mala merita apud Deum habent.

Meritum quarto est triplex. Meritum de rigore iustitiæ, quod gratiæ vel misericordiæ acceptantis non innitur; sed ex se, & ex persona offerente habet valorem. Tale est meritum Christi Iesu. Et meritum de condigno, quod licet gratiæ, & misericordiæ acceptantis innitur; est tamen iustum, & præmio futuro condignum. Tale est iustorum, & sanctorum meritum. Et meritum de congruo, quod non iustitiæ; sed soli congruentiæ innitur.

Diuiditur quoq; meritū de condigno in meritū strictè, & in rigore sumptum, & in meritum largè sumptum. Hanc diuisionē tractat Duran. in. 1. dist. 17. quæst. 2. & in. 2. dist. 27. q. 2. & in. 3. d. 20. q. 2. Et Vega vbi sup. super concil. cap. 10. & ibi singula membra definiuntur.

Meritum de cōgruo apud scholasticos doctores bifariam sumitur: nam aut est opus iusti existentis in gratia, aut est peccatoris. Primo modo est opus, cui de lege non est promissum aliquod præmium; sed tantū debetur propter dignitatem personæ: vt quando iustus orat pro alio. Quomodo dicitur B. Stephanus meruisse Saulo primam gratiam de congruo. Vnde B. August. Si non habuissemus Stephanum, non haberemus Paulum. In hoc sensu accipit D. Tho. meritum de congruo artic. 6. De secundo autem modo meriti de congruo est inter doct. discrimen, de quo infrā: verū quia diuisiones istæ sunt infrā examinandæ, sit satis illas proposuisse.

2. diuisio.

3. diuisio.

4. diuisio.

5. Diuisio.

Durand.

Vega.

7. diuisio.

D. August.

*Quarta diffic. Quid nam est meritum?*

## CONCLUSIO I.

*Vega q. 6. in opusculo.*

**M**eritum est actus cui de iustitia distributiva debetur præmium, ita quòd sic merenti irrogaretur iniuria, si tale præmium non redderetur. Hac definitione, quid de rigore sit meritum in tota sua latitudine, explicatur. Exempla huius conclusionis sunt communissima in distributione bonorum in communium, cathedrarum, beneficiorum, præbendarum, &c. Et ut hoc facilius intelligatur, nota cum Arist. 5. Ethic. c. 5. & 6. discrimen inter iustitiam commutativam, & distributivam: quæ inter se differunt, quod ad commutativam nullam requiritur meritum, siue dignitas personæ. Satis enim est pretium esse equivalens mercedi, pro qua datur. Ad distributivam autem, præter opus bonum, & meritotium, requiritur personæ dignitas. Vocaturque persona digna, quando fuerit homo virtute præditus, & studiosus. Et probatur exemplo. Esto, quòd sint duo, quorum unus infamia notatus excercuerit opus aliquod heroicum; alter verò integre famæ non fecerit tale opus, tunc cum beneficia ecclesiastica sint dignioribus concedenda secundum iustitiam distributivam, erit secundo, & non primo beneficium cõcedendum. Quia ad meritum non solum opus bonum; verum etiam dignitas personæ desideratur.

*Append. i.*

Hinc, de communi omnium doctorum sententia meritum de congruo erit actus, cui de rigore iustitiæ non debetur præmium. Tunc enim iam esset meritum de condigno.

*Castro verb. opera. hærese 4.**D. Aug.**Arist.*

Meritum de condigno est opus liberum, cui ex naturali, & propria dignitate, aut ex lege debetur præmium. Hanc definitionem proponit Castro, in qua per vocem liberam excluduntur omnia opera humana, & naturalia, quæ ab hominis voluntate non procedunt. Quia nemo, ut B. August. docet, peccat in eo, quod vitare non potest. Unde sequitur, ut nemo in eo, quod necessario, & non liberè facit, mereatur. Non enim minorem exigit voluntatis libertatem meritum, quam peccatum: quia in his, quæ à natura insunt (ut Arist. ait) neque laudamur, neque vituperamur. Appositum

sitū etiam fuit in definitione, cui ex naturali, & propria dignitate, &c. Quia non semper oportet, ut præmium sit debitum ex ipsa operis natura; sed satis est, ut sit debitum ex lege. Patet exemplo Davidis, qui cum minimus esset fratrum suorum, & pasceret oves patris sui, seclusa regis Saulis promissione, propter interfectionem Goliath, fuisset magno aliquo præmio dignus; non tamen tanto, ut rex filiam suam daret ei in uxorem (impar enim erat regis filia). Ita à simili nullum opus humanum, quantumlibet bonum est ex naturali valore vitæ æternæ meritorium; quia non est illi ex sua natura æquale. Terrena enim nõ æquatur cœlestibus; neq; temporalia æternis. Et iuxta hanc naturalem paritatem, & condignitatem intelligitur D. Paul. ad Roma. 8. Quando dicit, passionēs huius temporis non esse condignas ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis, & alia multa sacre scripturæ loca huic sensui similia. Et D. Chrysostomus dicens, & si millies moriamur, & si omnes virtutes animæ expleamus, nihil dignū gerimus ad ea, quæ ipsi à Deo percipimus. Eodem etiam modo considerantes omnes alij doctores sancti naturalem solummodò bonorum operum valorem, & illum à valore, & iusta vitæ æternæ æstimatione longissimè distare perpendiculariter, prudenter dixerunt, opera nostra non esse meritoria, aut digna vitæ æterna. Ex lege tamen, siue cōuentione, siue promissione facta nobiscum, opera bona hominis cum adiutorio gratiæ Dei fiunt æternæ vitæ digna, & illi æqualia, quæ seclusa illa Dei promissione, quæ passim in sacris litteris repetitur, fuissent tãto præmio profus indigna. Et ne ex tam liberali, & magnificentissima promissione occasionem superbiendi acciperemus: ut solis nostris operibus consideremus nos posse vitam æternam assequi, noluit Deus operibus quantumlibet bonis illam promittere, nisi illa gratiam suam iunctam haberent. Sine me, inquit, nihil potestis facere. Si nihil, ergo nequē vitam æternam assequi, nequē id quod ad vitam illam assequendam est necessarium operari. Alijs exemplis notatu dignis illustrat Castro hanc definitionem, quæ inuenies verbo meritum hæresi. 1. & verbo spes.

1. Reg. 17.

ad Roma. 8.

Chrysost. in lib. de compūctiōe cordis.

Matth. 20. & conuersio ne facta.

Ioan. 15.

Castro.

## CONCLUSIO III.

Meritum est opus liberum, & studiosum, atquæ in utilitatem, siue reipublicæ, siue amici factum, cui operi de iustitia debetur præmium. Hanc, si placet, amplectere definitionem, cuius bona pars iam in definitione præcedenti fuit exposita. Primò debet esse opus liberum: quia scriptura sola opera libera laudat. Prædicat enim virum iustum dicens; qui potuit transgredi, & non est transgressus. Secundò studiosum esse debet, id est, actus virtutis. Et ratio est; quia si contrarium, nempe, opus demeritorium est actus vitiosus, & pœna dignus, meritum debet esse actus studiosus, & præmio dignus, in utilitatem, &c. Et ratio est; quia meritum est nomen relatiuum ( dicitur enim aliquis benemeritus de alio, eò quòd obligauerit ipsum ) & cum nemo seipsum obligare dicatur, debet meritum in utilitatem alterius esse. Et quia est actus iustitiæ, & iustitia est ad alterum. Vltima pars est, cui de iustitia debetur præmium. Et probatur hæc pars ex B. Paul. per discrimen inter beneficia, quæ dantur ex gratia, & ex merito. Ita enim ait. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; ei verò, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. Ecce quomodo merces datur; ergo de iustitia, & non gratis.

*Eccl. 31.**Ad Rom. 4.**Append. 2.*

Hinc, bruta non merentur, cum sint irrationalia, & libertatis expertia.

*Append. 3.*

Hinc, qui in naturalibus tantum: vt in genere, & in pulchritudine meritum constituunt, errant omnino; quia non sunt aliquo beneficio digni, qui solum naturalibus bonis vigent, & virtute præditi non sunt, quamuis, cæteris paribus, naturalia bona habentes non habentibus illa sint præferendi: dummodò merita sint æqualia, iuxta illud. Species Priami digna est imperio.

*Append. 4.*

Hinc, ad meritum quatuor requiruntur, scilicet, persona, quæ meretur, actus studiosus, qui dicitur meritum, merces, quæ merito respondet, & persona, apud quam meretur. Nam si talis persona non esset, in vanum laboraremus. Lege S. Tho. q. 21. 1. 2. Scot. in. 3. d. 28. & alios doct. hac dist. 27.

*S. Thom.**Scot.**Almay.*

Quinta



Quinta diffc. Vtrum homo possit mereri aliquid à Deo?

**E**st autem tituli sensus. Possit ne homo exhibere Deo aliquod obsequium, cui de iustitia, ita debeatur præmium æternum, quòd si Deus non redderet tale præmium, esset iniustus? vt esset rex, siue dux iniustus si militi stipendium, exhibita militia, non redderet. Lutherus, & omnes illius affeclæ, & sectatores tale meritum esse diffitentur: in quos in prima huius artic. difficultate cum Castro egimus.

Lis est, & controuersia inter catholicos circa hanc difficultatem. Quidam enim affirmant nullum esse meritum in rigore hominis quantumcunquè iusti respectu beatitudinis; sed propter scripturæ, & sanctorum autoritates. Huius opinionis fuerunt Greg. Arim. in primo dist. 17. q. 1. art. 2. Marsilius præsentis dist. Thomas Vualdensi. de sacramental. c. 7. Burgenfis super psalm. 35. Ioan. Echius in centurijs de prædestinatione. Duran. verò dicit esse meritum de condigno; sed impropriè propter inæqualitatem meriti ad beatitudinem. Contraria opinio, & communis, & definita in concil. Trident. tenet respectu beatitudinis dari meritum de condigno, hanc defendunt S. Thom. art. 3. huius q. & super epistolam ad Rom. c. 4. & 8. & D. Bona. q. vltim. huius distinct. Ricar. in. 4. dist. 46. art. 1. q. 1. Scot. in. 1. dist. 17. q. 1. artic. 1. & alibi sæpè, hos sequuntur omnes moderniores.

#### CONCLUSIO I.

Opera iustorum sunt de iustitia vitæ æternæ digna, & meritoria. Hæc conclusio vsquè adeo vera est: vt opposita sit planè hæretica. Et probatur per sex voces, quibus in diuina scriptura insinuatur opera iustorum esse gloriæ æternæ meritoria. Et harum prima est merces, idest præmium, quod ad meritum refertur Gen. 17. Legitur dixisse Deum Habrae. Ego sum merces tua magna nimis. Et Matthæ. 5. Merces vestra copiosa est in coelis. Ex his locis, prætermisis alijs, in quibus hæc vox merces exprimitur, sic colligo argumentum. Merces non dicitur absolute: sed relative ad meritum,

S. Th. vbi. s.  
art. 1. & 3.

Greg. Arim.  
Marsil.  
Tho. Vuald.  
Burgen.  
Ioan. Echius  
Duran.  
S. Thom.  
D. Bona.  
Ricar.  
Scot.

Gen. 15.  
Matth. 5.



& Deus in his locis promittit iustis mercedem æternam; promittit igitur ratione meritorum, cum sint merces, & meritum correlatiua. Secunda vox est reddere, & tertia opera.

*Matthæ. 20.* Voca operarios, & redde illis mercedem. Et apertius ibi. Venite benedicti, &c. Et ad Roma. Reddet vniciq; secundum opus suum. Hinc cum reddere secundum opera sit soluere præmium, iuxta quantitatem meritorum, si est redditio meritorum; vt ex his, & alijs locis constat: erit profectò pro meritis redditio. Quarta vox est meritum. *Ecclesi. 16.* Omnis misericordia faciet locum vniciquè secundum meritum operum suorum. Et ad Heb. 13. beneficentiæ, & communicationis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur Deus. Id est, obligamos a Dios. Ecce quomodo B. Paul. beneficentiã vocat meritum: quare confundantur Lutherus, & eius imitatores negantes præmium. Et Marci. 9. Quisquis potum dederit, &c. Amen dico vobis non perdet mercedem suam. Hinc, si non perdet mercedem suam, tale opus meritorium erit. Et ratio est: quia merces, & meritum sunt, sicut pater, & filius, correlatiua. Quinta vox est iustitia, *psal. 17.* Retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam, &c. Et 2. ad Tim. 4. Cursum consumaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus iustus iudex. Vbi præmium æternum vocat coronam iustitiæ. Quã obrem datur ex meritis: aliter enim nõ esset corona iustitiæ: sed misericordiæ tantum nuncupanda. Sexta vox est dignitas. Et legitur *Sap. 3.* Tentauit eos dominus, & inuenit eos dignos se. Et ad *Coloss. 1.* Nos fecit dignos in parte fortis sanctorum. Et 2. ad *Thessal. 1.* Tribulationes sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini regno Dei, pro quo, & patimini. Hinc, sic colligo argumentum. Quicumquè est dignus aliquo premio, illud sibi de iustitia debetur (aliter enim haud vocaretur dignus) iusti autem sunt retributione digni, vt ex his locis apertissime inferitur: quare de iustitia iustis debetur retributio. Est etiam hæc conclusio definita contra Lutherum, & eius sequaces in concil. *Trid. c. 16.* & *can. 32.* Et ratione confirmatur: quia quando in diuina scriptura fit primè gratiæ, & iustificationis mētio, negantur in vnauersum opera:

opera: vt ad Roma. 2. Si gratia ex operibus, iam non est gratia, & loquitur de prima gratia. Quando autem fit vitę eterne mensio, commemorantur opera: vt ex locis supra citatis constat: ergo datur vita eterna propter merita. Iam restat: vt explicemus huiusmodi merita esse de iustitia condigna, & nō de congruo: vt Greg. Arim. arbitrabatur. Et primum est diligenter animaduertendum, pretium cuiuscūque rei posse esse equale valori ipsius rei duobus modis. Primo ex natura rei. Secundo ex pacto, siue ex lege, siue ex promissione rem ipsam promittentis. Illustro animaduersionem hanc exemplis. Denarius, verbi gratia, est pretium labori vnus diei respondens ex natura rei. Nō enim valet plus, minusue labor. Promissum autem magnum, excedens laboris valorem erit labori equale ex lege promissionis. Lex enim naturalis docet promissa, licet laboris valorem excedant, esse seruanda. Exemplum extat. 1. Reg. 17. supra explicatum in Saule, & Dauid super interfectionem gigantis Goliath.

Ad Roma. c.

2.

Nota.

1. Reg. 17.

Hinc colligitur apertissime duplex esse pretiū equale labori, vel rei venalis. scilicet, quātum ad substantiam actus rei venalis, seclusa, scilicet, promissione, & quātum ad promissionem.

Append.

CONCLUSIO II.

Nullus iustus secūdū iustitiam commutatiuā ad equalitatē ex natura rei meretur beatitudinē. Et ratio est: quia opera nostra quō ad substantiā actus nō sunt beatitudini equalia. Nō enim sunt cōdignę passiones huius seculi ad futurā gloriam, quę reuelabitur in nobis. Vbi D. Paul. apertissime insinuat valorem nostrorum operum premio eterno esse lōgē inferiorē.

Ad Roma. 8.

CONCLUSIO III.

Secūdū promissionē diuinā, & ex lege, iustorum opera sunt vitę eterne de cōdigno meritoria, secūdū iustitiam distributiua. Probatur multis locis sacre scripture. Psal. 17. Retribuet mihi dñs secundum iustitiam meā, id est, secūdū opera mea. Vbi vocat vitā eternā retributionē. Et. 2. ad Tim. 4. Bonum certamen certavi, &c. quare iustus secundum iustitiam, & de condigno promeretur vitam eternam. Nam vitam eternam vocat ibi, B. Paul. coronam iustitię debitam secūdum iustitiam non commutatiuam: sed distributiua, in qua sufficit

Psal. 17.

2. ad Tim. 4.

sufficit æqualitas ex promissione tantum, & non requiritur æqualitas ex natura rei: ut in iustitia commutativa. Tandem confirmatur à definitione suprâ posita meriti. Est enim meritum opus liberum, & studiosum, cui de iustitia debetur præmium. Hæc conclusio est contra Durand. & alios primæ opinionis fautores.

### CONCLUSIO IIII.

Quamvis distributio gloriæ secundum merita iustorum sit actus iustitiæ distributiæ: nihilominus tamē actus etiam gratiæ, & misericordiæ est. Constat ex psalm. 102. *Benedic anima mea domino, &c. qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* Et Iacobi. 2. *iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam: ergo à contrario sensu iudicium iustorum in alia vita erit misericordia mixtum: eò quòd ipsi misericordiam fecerint.* Et D. August. de corrept. & gratia c. 23. exponēs dictas autoritates ita ait. *Misericordiā Dei semper adhæret iustis, siue convertantur, siue prælientur, siue coronentur. Nam quia merita ipsa ex gratia procedunt, corona iustitiæ, quæ redditur meritis, misericordia nuncupatur. Fundamentum enim meritorum gratia ipsius Dei est.* Vnde B. Paul. ad Roma. 6. *Gratia Dei vita æterna: erit igitur actus iustitiæ, & gratiæ. Iustitiæ quidem: quia debetur meritis ex promissione, & gratiæ, quia Dei gratia fuit eius fundamentum.*

### *D V B. Quibus titulis hæreditas æterna potest iustis deberi?*

*Heresis Luther.*

Respōdeo. Quinq; assignantur tituli, ex quibus, duo priores sunt errores, & posteriores catholici. Primus est ex Dei promissione, nulla habita ratione ad iustorū opera. In hunc solū titulū referunt lutherani debitū beatitudinis. Non enim negant omninò beatitudinem esse iustis indebitam: sed dicunt esse debitā ex sola promissione diuina: nō autē aliquo modo ex debitis. Quod est contra diuinam scripturam dicentem. *Deus reddet unicuiquē, &c. Alibi, qui parçè seminat, &c. Effet enim tūc omnium beatitudo æqualis, si meritorum ratio non haberetur, cum sit inæqualis, iuxta illud.*

*Ad Roma. 2.*

*2. Cor. 9.*

Sicut

Sicut stella differt in claritate à stella, &c. Secundus titulus est ex solo libero arbitrio, seclufa gratia. Et hic titulus est etiã hæreticus. Est enim contra B. Paul. ad Roma. 6. Gratia Dei vita æterna. Lege Castrum contra hanc hæresim, quæ fuit Pelagi verb. meritum, hæresi. 2. & verbo gratia hæresi. 1.

1. Cor. 13.

Hæresis Pe-

lag.  
Ad Roma. 6.

Tertius titulus est catholicus, nempè, ex conuentione factus, & pro labore. Matthæ. 20. Conuentione autem facta, &c. Quartus titulus est opera facta in statu gratiæ, iuxtà illud, Ioã. 6. Qui biberit ex hac aqua (idest, qui habuerit gratiam) fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, idest, producet opera vitæ æternæ digna. Quia gratia nihil aliud est, quàm facultas promerendi gloriam per opera meritoria. Si enim Deus gratiam nobis nõ dedisset, impossibile profectò fuisset nostris actionibus, aut operibus elicitis, ex solis naturæ viribus, idest, seclufa gratia, nos gloriam promereri posse.

Matth. 20.

Ioan. 6.

Cùm non sint condignæ passiones huius seculi, &c. Hinc dicitur in concil. Trident. sess. 6. cap. 16. Deum remunerare in nobis dona sua, & merita nostra. Quod explicatur hoc exemplo: vt si rex daret alicui centum millia ducatorũ, quibus ab ipsomet rege ciuitatem emeret, tunc idem esset ciuitatis pretium, & regis donum: similiter ieiunium nostrum non tanti erat valoris: vt esset pretium gloriæ: instituit tamẽ Deus per gratiam suam; vt esset æquale pretium gloriæ.

ad Roma. 8.

Quia voluit pro ieiunio gloriam dare. En tibi, quomodo gratia est merendi fundamentum. Quintus titulus est, quia sumus Christi Iesu membra, idest, de eius familia, & eiusdem Christi per fidem, & charitatem amici, ratione cuius vnionis opera nostra sunt vitæ æternæ digna.

Hinc, passiones, & persecutiones, quas fideles pro Christo sustinent, ipsi Christo inferri dicuntur. Act. 9. Saule, Saule, cur me persequeris?

Append. 1.

Act. 9.

Hinc, opera iustorum opera Christi nominantur, iuxta illud. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Et alibi, Non vos estis, qui loquimini, &c. Et ad Galath. 2. Viuo autem, iam non ego, viuit verò in me Christus.

Append. 2.

2. Cor. 13.

Matth. 10.

Gal. 2.

Hinc, opera nostra sunt meritoria vitæ æternæ de condigno.

Append. 3.

digno. Et ratio est: quia opera Christi sunt meritoria de cō-  
digno vitæ æternæ, & nostra opera tribuuntur Christo.

Append. 4.  
Osus Caiet.

Hinc, ex sententia Caiet. in opusculo de fide, & operi-  
bus, & Osij contra Lutherum cap. 73, ista erit concedenda:  
Christus in nobis, & per nos meretur, ad hunc sensum, scili-  
cet, Christus est causa, quod nos mereamur: non tamen ad  
hunc sensum, quod actus meritorij nostri sint actus ipsius  
Christi: sicut operatio manus est operatio totius. Et confir-  
matur, quia vt ista conceditur, Christus loquitur in nobis &  
viuit in nobis, hoc est, operatur, ad hunc sensum, quod Chri-  
stus meruit: vt nos mereamur. Hinc Sotus rectè dicit dictā  
propositionem esse erroneam, de natura, & gratia, si in sen-  
su, quem nos rejicimus, illam intelligat.

*Sexta diffi. Erit ne absolutè concedendum, Deum  
esse nobis debitorem: an sibi, & suæ promissioni?*

SANCTUS Thom. art. 1. ad 3. vbi sup. & alibi negat Deum  
esse simpliciter nobis debitorem, sed sibi, & suæ promif-  
sioni.

#### CONCLUSIO.

SIMPLICITER concedendum est, Deum iustis esse beatitu-  
dinis debitorem. Hæc conclusio apertè definitur in con-  
cil. Arausicano, c. 18. sub his verbis. Debetur gloria bo-  
nis operibus, si fiant: sed gratia, quæ non debetur præcedit:  
vt fiant. Et confirmatur autoritate D. August. sermone. 16.  
de verbis Domini vbi ita ait. In his, quæ habemus, laudamus  
Deum largitorem, in his, quæ nondum habemus, tenemus  
debitorem. Debitor enim factus est, non aliquid à nobis ac-  
cipiendo: sed, quod ei placuit, promittendo. Idem docet ser-  
51. de verbis apostoli. Et ratione probatur: quia si de lege na-  
turali promissa sunt debita, & sola promissione aliquis con-  
stituitur debitor, Deus planè promittens erit non tantum si-  
bi: sed etiam nobis debitor: atquè ita erit simpliciter conce-  
dendum, esse Deum nobis debitorem: vt concil. citatum, &  
D. August. illud concedunt.

D. Aug.



Septima diffic. Præter gratiam, requiritur ne noua Dei acceptatio: vt actus sit meritorius?

CVm ex iam dictis constet, gratiam esse principium merendi: quæritur. An præter gratiam, &c. idest. An in singulis actibus iustorum habeat Deus nouam ordinationem, & nouum actum voluntatis, scilicet, quòd dicat. Volo huic iusto pro hoc opere certum gradum gloriæ reddere? Duæ sunt extremæ opiniones. Vna affirmat requiri, præter gratiam, acceptationem dininam, & hæc est Scoti in. I. dist. 17. quæst. 1. cui adhæsit Marsil. Altera negat talem acceptationem, quæ colligitur ex S. Thom. art. 3. quàmuis eam non expressè tueatur.

Scot. in. I. d. 17. q. 1. Marsil. in. 2. dist. 17. art. 3. conclus. 1. Et in. q. 10. S. Thom. Scoti est.

CONCLUSIO I.

Præter gratiam; vt opus sit vitæ æternæ meritorium, noua requiritur ex parte Dei acceptatio. Et ratio est; quia si opus esset meritorium ratione solius gratiæ, nunquàm præmium excederet meritum, cum tamen excedat: quia Deus præmiat ultra condignum. Illud enim in quo excedit, nõ est ratione gratiæ: sed nouæ acceptationis. Et si de nouo nõ acceptaret, in nullo excederet. Vega in opusculo de iustific. q. 5. ad. 2. declarat Maximã, scilicet, Deus præmiat, &c.

CONCLUSIO II.

Vt iustorũ opera sint æternæ vitæ meritoria, ex parte Dei, præter gratiã, noua diuinę volûtatis acceptatio nõ requiritur. Et ratio est; quia pluralitas sine necessitate nõ est ponẽda, & cũ sola gratiã sine noua acceptatione sufficiat: quoniã gratia est acceptatio ad gloriã, eo ipso, q̃ iusti sunt per gratiam filij Dei, debetur illis hæreditas. Nã si filij, & hæredes; quare nõ requiretur profectõ, nec erit noua acceptatio ponẽda. En tibi ambas opiniones ijs duabus cõclusionibus cõprehẽsas.

S. Tho. est.

CONCLUSIO III.

Opera iustorum; vt sint vitæ æternę meritoria, requiritur, præter gratiam, peculiaris Spiritus sancti motio, & cõcurus excitãs iustũ ad opus vitæ æternæ meritorij præstãdũ. Probatur ad Ro. 8. Ipse spiritus postulat p nobis, idest, postulare nos docet, Et loquitur de iustis. Et Ioã. 4. Qui biberit ex hac aqua.

Ad Roma. 8. Ioan. 4.

aqua. Vbi innuit Christus Iesus, eum, in quo est gratia, continē à Spiritu sancto ad meritorie operandum excitari. Et fortassis Scot. per nouam acceptationem, hanc nouam, & cōtinuam Spiritus sancti motionem, siue concursum, seu spirationem intellexit. Sed de his latius in lib. cōtrouerfiarum.

*Octaua diffic. Vtrum gratia sit principium merendi per charitatem?*

**S**ensus tituli est. An, præter gratiam, & liberū arbitrium, requiratur ex parte hominis ad meritum aliquis actus charitatis, id est, vt opus actualiter eliciatur propter Deum. Et vocatur relatio actus in Deum. Doctores omnes ad vnum consentunt charitatem ad meritum desiderari: sed an sufficiat solū habitualis charitas, per quam habitualiter Deum diligimus? vel an requiratur insuper actualis? Ita vt sit opus in singulis actionibus habere hunc actum, scilicet, ie iuno, oro, scribo, &c. propter Deum, est inter illos contrarium. Sunt enim variae de hac re sententiae, & opiniones. Prima est Durand. infra distin. 40. q. 2. affirmantis, relationem actualem in Deum esse necessariam: vt opus aliquod sit vite æternæ meritorium. Hanc opinionem tribuunt Thomistæ Scoto: sed falsò, vt statim patebit. Secunda opinio est Scoti in. 4. distin. 41. cuius verba sunt. Probabile est sufficere ad opus meritorium relationem virtualem. Tertia opinio est Soti. Existimat enim solam charitatem habituales, & infusam esse satis: vt singulæ operationes iustorum, moraliter bonæ, sint vite æternæ meritorie, absquē eo, quòd actualiter, vel virtualiter in Deum referantur. S. Tho. suprā. q. 21. artic. 4. ad vltimum. Caiet. vbi sup. S. Tho. art. 3. Capreolus in. 2. distin. 40. eandem opinionem defendere videntur. Ait enim S. Thom. art. 4. citato expressè omnem actum bonum esse meritorium, si non sit peccati impedimentum. Cæterū; vt hæc clariùs innotescat, nota sequentes animaduersiones. Quemadmodum rebus naturalibus forma essentialis est, quæ dat suo toti esse specificum; vt anima rationalis respectu hominis:

*Duran. d. 40*

*q. 2.*

*Scot. in. 4.*

*dist. 41.*

*Sotus lib. 3.*

*de natura,*

*& gratia.*

*S. Thom.*

*Capreol.*

*Caiet.*

*1. animad-  
uersio.*

hominis: ita in actibus moralibus studiosis, aut vitiosis forma, quæ constituit actum in certa specie est finis, propter quem potentia operatur. Hæc animaduersio est Aristot. 5. Ethic. vbi docet: quòd qui fornicatur, vt furetur, potius fur, quàm fornicator erit appellandus. Perinde etiam ieiunium eius, qui, vt furetur ieiunat, actus iniustitiæ, & non temperantiæ erit. Similiter, & abstinentia ab esu carniū, propter humanam gloriam comparandam, erit actus superbiæ, cuius filia est vanagloria.

Aristot.  
Ethic.

Charitas forma omnium virtutum est. Hæc animaduersio est axioma theologicū. Et ratio à definitione formæ est: quia forma in moralibus est finis ipsius actus: vt ex proxima animaduersione cõstat & sola charitas est, quæ omnium virtutum actus in vltimum finem, & propter Deum dirigit. Finis enim præcepti charitas est.

2. animad.

Hinc charitas voluntati; vt eliciat actus omnium virtutū propter Deum imperat, atq; ita actus cuiuscunquẽ virtutis erit à charitate, non elicitus: sed imperatus.

1. ad Tim. 2.

Append. 1.

Relatio actus in Deum triplex est, nempe, habitualis, actualis, & virtualis. Prima est solus habitus charitatis: vt si existens in charitate ieiunet, etiam si Dei nõ recordetur, hic habitualiter tantum dicitur referre actum in Deum, propter habitum charitatis, quem habet. Secunda est, quando, qui ieiunat, actualiter dicit. Volo; vt Deo placeam, ieiunare.

3. animad.

Tertia non satis inter doctores constat: nam de sententiã Scoti vbi supra virtualis relatio est, quando ex cognitione, & amore vltimi finis homo incipit rectè operari. V. g. si quis subito Dei amore exardescens dicat. Volo deinceps in omnibus Deo placere, si post hunc actum statim dicat: volo pœnitere, si se pœnitet me peccasse, vel statim oret, aut peregrinationem promittat, &c. Tales actus sunt relati in Deum, non actualiter: quia quando eliciebantur, non actualiter homo Deum cogitabat: sed virtualiter tantum. Tandem erit relatio virtualis, quando aliquis actus est ab aliqua præuia actuali dilectione in Deum imperatus: vt præcedenti exemplo patet.

Scot. dist. 4.

q. 5. 4. lib.

sent.

Hinc, actiones omnes hominis proponentis peregrinari Append. 2.

II. Part.

H

Romam,

Romam, vel Hierosolymam versus, &c. propter Deum, quibus ad peregrinandum preparatur, ut sternere equum, vestes, cibos, & alia idigenus parari erunt virtualiter in Deum relata. Et ratio est; quia ab illo prauio actu dilectionis, scilicet, volo peregrinari propter Deum proficiscuntur, & imperantur. De sententia vero quorundam Thomistarum virtualis relatio vocatur, quando aliquis virtute penitentiae iustificatur, & proponit se ex tunc omnes actiones morales in Deum referre: in virtute huius actus omnes deinceps morales actiones, & operationes, quæ fiunt in gratia, in Deum virtualiter referuntur: duratque ista virtualis relatio quousque per aliquod mortale peccatum interrumpatur. Lege Caietan. in. i. p. quæst. 63. artic. 6. ad. 3. cuius verba sunt. Actus virtualiter tendit in aliquid: quia manet in eo virtus prioris actus tendentis in illud.

Append. 3.

Hinc, officium diuinum, orationes, ieiunia, &c. sunt actus virtualiter relati in Deum, eo quod sunt omnes simul per illum priorem actum relati, videlicet: refero me, & omnia mea in Deum.

### CONCLUSIO I.

1. Cor. 13.

Ad actum meritorium sola charitas habitualis haud sufficit. Probatum primò ex D. Paulo dicente. Si linguis hominum loquar, &c. quia vel loquitur ibi D. Paul. de charitate actuali, aut virtuali, & erit tunc conclusio manifesta, aut de habituali tantum: ut tenet tertia opinio, quod videtur falsum. Nam inde sequeretur, omnia opera moraliter bona, elicita ab existente in gratia, esse vitæ æternæ meritoria, ob hanc solum causam, quod sit in gratia. Quod quidem aduerfatur D. Gregor. in homil. apostol. Vbi de proximorum dilectione verba faciens ita ait. Sunt, qui diligunt proximos secundum affectum cognationis, & carnis, quibus facta eloquia non contradicunt: tamen illa suprema dilectionis præmia non assequuntur. Quia suam dilectionem, non spiritualiter (id est, non propter Deum) sed carnaliter impendunt, scilicet, affectu carnis, vel amicitia.

D. Greg.

Ioan. 15.

Hinc ita argumentor B. Gregor. hoc in loco agit de dilectione

ctione erga proximos moraliter bona: nam inquit, cui facta eloquia non contradicunt, & si moraliter mala fuisset, contradixissent. Deinde loquitur de homine existente in gratia: nam actus hominis existentis extra gratiam, etiam si in Deum referatur, non est vitæ æternæ meritorius. Tandem loquitur de viro iusto, qui absquæ actuali, vel virtuali relatione in Deum: sed sola naturali pietate motus diligit proximum, & talem dilectionem à merito vitæ æternæ excludit. Nam, inquit, tamen illa suprema dilectionis præmia non assequantur, &c. Ergo ad actum meritorium sola habitualis charitas haud sufficiet. Alioquin omnia opera iustorum moraliter bona, vt de ambulatio post cœnam ratione sanitatis, somnus, &c. essent vitæ æternæ meritoria, quod rationi, & D. Gregor. aduersatur. Tum etiam quia actus nisi actualiter, vel virtualiter imperetur à charitate, tanquàm ab eius forma: vt constat ex prima animaduersione, non est meritorius vitæ æternæ. Et nisi actualiter, vel virtualiter in Deum referatur, non est imperatus à charitate: ergo non erit sufficiens sola habitualis relatio. Per solum namque habitum charitatis homo non operatur propter Deum: vt patet in exemplo B. Gregor. de iusto, qui diligit proximum affectu tantum cognationis, & carnis.

CONCLUSIO II.

Relatio actualis in principio singularum actionum non requiritur: vt sint vitæ æternæ meritorie, cum sola virtualis sufficiat. Et ratio est; quia sicut in humanis: vt obsequia regi exhibita sint præmio temporali digna, non requiritur vt in singulis obsequijs ministri regis protestentur se velle regi placere, sed sat est; vt in principio, cum primum recipiuntur, protestentur, & intendant se velle regi inferuire, vt sibi temporale stipendium debeat: ita à simili cum primum aliquis virtute poenitentiae, vel baptismi; quia tunc ad Dei amicitiam admittitur, & in eius familia recipitur, satis erit, se velle obsequi Deo, & in omnibus illi placere protestetur. Et hæc est virtualis relatio, quæ quidem sufficit, donec per mortale peccatum interrumpatur. Et quæ sit necessaria virtualis relatio constat ex. 1. ad Corin. 13. in prima



conclusionem citata. Et tandem, quia, ut sit opus dignum præmio supernaturali, oportet: ut fiat sine supernaturali (scilicet, propter Deum) virtualiter saltem proposito.

**Append. 4.** Hinc verus, & germanus sensus multorum locorum sacre  
**Gen. 4.** scripturæ pendet. Ut est locus Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, &c. Et hoc fuit: quia respexit ad actualem eius intentionem, aut virtualem, & non ad habitualem tantum.

**Matth. 10.** Item locus Matth. 10. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, id est, amore Christi; quia est eius discipulus. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et. 1. Corinth. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud, quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, id est, animo placendi Deo. Et locus

**1. Cor. 10.** ad Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, id est, iustis, omnia siue prospera, siue aduersa, sunt eis occasio merendi; & ita cooperantur in bonum. Non tamen omnia sunt eis meritoria, nisi ea in Deum, saltem virtualiter referant, propter rationes in 1. & 2. conclusione dictas.

**Ad Roma. 8.**

*Nona diffic. Vtrum homo possit mereri sibi primam gratiam?*

**D**E Hac difficultate disputant Alexand. Alen. in. 3. p. quæst. 61. m. 5. art. 1. & 2. S. Thom. vbi supra art. 5. & alij infra citandi, & Castro. verb. gratia hæresi. 1. & verbo opera hæresi. 4. Titulus huius difficultatis duplex est. Primus: An peccator poenitens possit de iustitia promereri primam gratiam? ita quod si illi non detur, iniuria afficiatur. Et de hoc sensu nullus doctorum dubitat. Omnes enim ad vnum hoc fieri posse pernegant. Secundus autem sensus est; An peccator virtute poenitentiae primam gratiam de congruo, hoc est de iustitia secundum quid saltem promereri queat. Et de hoc sensu est controuersia inter doctores. Partem affirmantem defendunt Ricard. præsentis dist. artic. 2. quæst. 1. vbi dicit, non habentem gratiam posse illam mereri non simpliciter: sed secundum quid. Et Scot. in. 1. dist.

**Ricard.**

**Scot.**

distinct. 17. quæst. 1. artic. 1. & in. 4. distinct. 14. quæst. 2. art. 2. Hos sequuntur multi ex recentioribus, nempe Durand. in 1. distinct. 17. quæst. 2. vbi affirmat, hanc esse communem opinionem, Gabriel, Mayoris, Almaynus, quoscitat, & sequitur Vega quæst. 6. & 7. in opusculo de iustificatione, lege omnino illum, & super concil. Trid. lib. 8. à cap. 8. vsquè ad. 13. Eiusdem profus sententiæ est S. Thom. vbi supra art. 3. in corp. q. quàmuis eius discipuli hoc inficientur. Ibi enim fatetur pœnitentiam, prout est à libero arbitrio, esse meritoriam de congruo prioris gratiæ. Partem verò negantem tenent Gregorius Ariminensis in. 2. distinct. 26. Nicolaus Lyranus super Ioan. cap. 1. Thomas Vualdenfis in lib. de sacramental. Soto lib. 2. de natura, & gratia, cap. 4. qui affirmat esse propè Pelagianum priorem gratiam posse cadere sub merito de congruo. Alexand. noster vbi supra tenet, posse aliquem merito interpretatiuè sibi mereri. Quid autem vocet meritum interpretatiuum, habes supra in. 1. diuisione gratiæ in difficul. de gratiæ diuisionibus.

Durand.  
Gabriel.  
Mayoris.  
Almay.  
Vega.  
S. Tho.  
Greg. Ari.  
Lyran.  
Thomas Vualden.  
Soto.

CONCLUSIO I.

Nullum opus existentis in mortali, quantumcumquè sit moraliter bonum, est de iustitia, siue de condigno primæ gratiæ meritorium. Hæc conclusio est de fide, & in multis locis sacre scripturæ apertè continetur. Legitur enim ad Romanos. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c. si gratis, ergo non ex meritis. Et ibidem cap. 11. si autem gratia, iam nõ ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Fuit etiam definita in concil. Palestino contra Pelagium, & eius sectatores, qui tempore Innocentij primi: vt refert fortissimus hæreticorum malleus August. in cap. 88. lib. de hæresibus, & in alijs quàm pluribus locis, inter alias, quas defenderunt hæreses, hanc quoquè asseruerunt. Videtur etiam definita in concil. Arausicano. 2. canon. 17. vbi ita legimus. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem christianorum Dei charitas fecit, quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium: sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam præuenientibus. Est quoquè expressè definita in concil. Trident.

ad Roma. 3.  
ad Rom. 11.  
D. Aug.

sels. 6. cap. 5. & canon. 1. & 2. & 3. Et ratione confirmatur à definitione meriti; quia meritum est opus, non solum bonum; verum etiam elicitum à persona iusta, & studiosa, &c. & peccator quantumcumque bene operetur iniustus, & Dei inimicus est. Odibilis enim est Deo impius, & eius impietas. Qui plura, & notatu dignissima agnoscere cupit, legat Vegam in quæst. 6. citata. Iam explicatus est primus huius difficultatis sensus, restat secundus de merito de congruo. Et nota hoc meritum posse bifariam sumi, primo in rigore pro opere, cui de iustitia debetur præmium; secundo citra rigorem pro opere impetratorio.

### CONCLUSIO II.

Nullum opus præcedens gratiam merito de congruo, in rigore sumpto, est gratiæ meritorium. Hæc conclusio videtur esse definita in concil. Trident. cap. 8. cuius verba sunt. Gratis autem iustificari ideò dicimur, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera ipsam iustificationis gratiam promerentur. Eam docuit antea D. August. epistol. 106. ad Bonifacium Papam. Et ratione confirmatur à definitione meriti in tota sua latitudine sumpti, quam habes supra; quia meritum tam de congruo, quam de condigno est actus, cui de iustitia debetur præmium, & peccatori nihil debetur, cum sit Dei inimicus, & pane, quo vescitur, & omni gratia indignus. Autoritates autem sanctorum, quas adducit Vega ubi supra quibus affirmabant, peccatorem poenitentem mereri primam gratiam, sunt intelligendæ de merito abusive, siue secundo modo sumpto, scilicet, pro opere impetratorio.

D. Aug.

Append.

D. Aug.

Hinc, sumendo meritum pro actu impetratorio, quæstio est de nomine. An peccator de congruo per ultimam dispositionem gratiam promeretur, nec ne? Omnes enim in hoc conveniunt non promereri de iustitia primam gratiam: quare impetrat illam. Et quando D. August. epistol. 105. dicit, indulgentius iustificari parvulos, quam adultos, non est intelligendus ita, ut adulti aliquo modo gratiam primam mereantur, sed quia laboriosius illam consequuntur,

eo quòd exigat Deus ab adultis aliquam dispositionem, quã à paruulis non exigat.

### CONCLUSIO III.

Opera moraliter bona, extra gratiam facta, non sunt etiam de congruo auxiliij specialis necessarij ad resurgendum meritoria: cuius modi est vocatio, inspiratio diuina, & alia id genus, quæ præcedunt pœnitentiam. Exempli gratia, si concubinaris ieiunet, peregrinetur, effundat preces, omnes suas facultates in cibos pauperum distribuatur, & alia opera longè excellentiora præstet, non promerebitur de iustitia auxilium speciale ad resurgendum. Hec conclusio probatur ad Roman. 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserationis Dei. Et paucis interpositis, subiungit: ergo cui vult miseretur, & quem vult, indurat. Hinc ita colligo ratiocinationem. Deum indurare aliquem est subtrahere auxilium speciale ad conuersionem necessarium, sed Deus nulla habitatione ad currentem, id est, ad moraliter bene operantem, cui vult miseretur, suam gratiam præuenientem comunicando, & quem vult indurat, speciale auxilium illi denegando; ergo præueniens gratia aliquo modo ex operibus non datur. Est etiam definita in concil. Trident. sess. 6. cap. 5. his verbis. Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Deo per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse; hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, vocantur. Notanter dicitur, eorum existentibus meritis, ad quodcumque genus meritorum, etiam de congruo excludendum. Et ratione confirmatur; quia omne meritum de congruo, vel est propter dignitatem personæ operantis; vt quando iustus orat pro peccatore: vel quia est promissum ex lege; vt pœnitentia sufficiens, cui ex lege promittitur gratia, & cum peccator sit indignus gratia, & nulla hæctenus sit lex, qua alicui, propter opera moraliter bona, gratia præueniens promittatur, non erunt talia opera, extra gratiam facta, talis auxiliij necessarij ad pœnitendum meritoria. Hec conclusio est contra Vegam, qui quæst. 7. in opusculo vbi supra dixit. Potest fidelis me-

*Ad Roma. 9*

veri de congruo gratias gratis datas, quibus trahitur ad pœnitentiam, &c. Atuerò libro. 6. super concil. Trident. cap. 10. & 11. eam sententiam retractauit, affirmans, nullatenus esse etiam de congruo meritorias huiusmodi actiones, de quibus loquimur.

### CONCLUSIO IIII.

Quàmuis opera moraliter bona ex viribus solius naturæ elicita in nullo euentu sint gratiæ præuenientis meritoria; sunt tamen eiusdem gratiæ impetratoria. Et ratio est; quia Deus Optim. Maxim. quæ sua est infinita misericordia, plerumquē concutit peccatores timorē gehennæ: quiquidem timor est illis pœnitendi occasio. Et colligitur conclusio hæc ex multis sacre scripturæ locis. Daniel enim. 4. dixit propheta regi Nabuchodonosor existenti in mortali. Mihi crede Rex, peccata tua elemosynis redime, &c. Et D. August. super Ioann. cap. 9. increpat cœcum dicentem, peccatores à Deo non exaudiri. Constat etiam exemplo Cornelij actorum cap. 10. Item D. Cyrillus lib. 4. super Ioã. cap. 25. dicit eos ex Iudæis credidisse, qui erant bonis moribus præditi, eos verò, qui erant improbi, malitia excæcatos fuisse. Tandem probatur, quia Deus plerumquē, propter peccata, deferit homines: vt B. Paul. ad Roman. 1. docuit. Et Christus Iesus causam infidelitatis Iudæorum tribuit eorum ambitioni. Ioann. cap. 5. dicens. Quo modo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis? Hinc, si peccata, & flagitia sunt indurationis, & negationis auxiliij causa, erunt profectò bona opera moralia causa impetrandi: vt Deus auxilium ad resurgendum impartiat. Propterea quod Deus pronior est ad miserendum, quam ad puniendum. Hæc animaduerte ad consulendum peccatoribus, & ad illos excitandum: vt in bonis operibus exerceantur. Hæc conclusio est Adriani in. 4. in quæst. An extra gratiam possit homo satisfacere. Et magistri Vega quæst. 7. & super concil. Trident. vbi suprâ. Et magistri Soto de natura, & gratia, lib. 1. cap. 21. Prima conclusione huius difficul. condemnatur hæresis

*Daniel. 4.*

*D. August.*

*Ioan. 9.*

*Act. c. 10.*

*B. Cyrillus.*

*Ad Rom. 1.*

*Ioan. 5.*

*Adrian.*

*Vega.*



hæresis Pelagianorum, qui asserabant, hominem ex puris naturalibus posse de iustitia mereri gloriam: sicut modo humanus mercenarius promeretur stipendium.

*Hæresis.  
Castro.*

*Decima diffic. Vtrum vnus possit alteri primam gratiam promereri?*

### CONCLUSIO I.

**C**H R I S T V S Iesus peccatoribus sufficienter poenitentibus meruit de condigno primam gratiam. Hæc conclusio est de fide: vt D. Paul. testatur. Decebat enim eum (idest Christum) propter quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum (scilicet Christianorum) per passionem consummare. Ecce quomodo B. Apostolus affirmat Christum salutis autorem adduxisse multos in gloriam. Quod non potest aliter intelligi, nisi quia illis primam gratiam meruit. Et quia Deus mouebat animam Christi, sibi gratissimam; vt ad salutem aliorum operaretur. Et quia illi soli data est gratia capitis.

*Alex. Alen.*

*§. 4.*

*S. Tho. art. 6*

*vbi. s.*

*Ad Hebr. 2.*

### CONCLUSIO II.

Iustus in gratia existens precibus, & alijs operibus potest peccatori de congruo primam gratiam promereri. Constat Matth. 9. Videns Iesus fidem, &c. dixit Paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Vbi fides iustorum impetrauit paralytico remissionem peccatorum, idest, primæ gratiæ collationem. Et Iacobi vltim. orate pro inuicem, vt saluemini. Et Luc. 16. Facite vobis amicos, qui recipiant vos in æterna tabernacula. Quasi dicat effundite facultates vestras in pauperes, vt eorum preces impetrent nobis vitam æternam. Et ratione confirmatur: quia congruum, & rationi consentaneum est: vt iustus, qui est Dei amicus, quādo orat pro peccatore, exaudiatur. Sic enim vnus amicus ab alio solet, quod petit, impetrare.

*Matth. 9.*

*Iacobi vlti.*

*Luc. 16.*

*Quæres. Meritum de condigno respectu primæ gratiæ Dub.*

H 5      danda

dandæ peccatori, quot modis à merito de congruo iustorum differt?

Respondeo, duobus. Primo ex parte effectus. Iustus enim solum impetrat peccatori auxilium præueniens, & concomitans necessarium ad conuersionem, & ideò dicitur impetrare gratiam; quia impetrat dispositionem ad ipsam, nempe, vt Deus peccatorem illuminet. Ad verò Christus Iesus vtrūq; scilicet, auxilium ad contritionem necessarium, & primam gratiam iustificatam meruit omnibus quò ad sufficientiam, hoc est, quantum est ex parte sua, solis autem prædestinationis quò ad efficaciam. Secundo differunt; quia Christus meruit de iustitia, ita quòd, si peccatori contrito Deus non daret gratiam, irrogaretur iniuria non peccatori, sed Christo; sancti verò solum ex misericordia illam impetrant. Sed de ijs in floribus. 3. lib. sentent. ex professio.

### CONCLUSIO III.

Tanta est plerumquè peccatorū obstinatio; vt nolit Deus sanctos pro illis deprecantes exaudire. Constat. 1. Reg. 16. Viquequò tu luges Saul; cum ego proiecerim eum, ne regnet in Israel. Et Ieremiæ. 15. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.

### CONCLUSIO IIII.

Beati in patria orantes pro nobis nequè de cōgruo, nequè de condigno merentur alijs primam gratiam, & iustificationem. Et ratio est; quia sunt extra merendi statum, nihilominus tamen primam gratiam, & iustificationem impetrant. Lege flores p. p. 4. in quæst. quibus competat orare, in difficult. Vtrum sancti orent pro nobis?

*Alex. Alen. Vndecima difficul. Potest ne aliquis promereri sibi reparationem post lapsum?*

*Tho. art. 7.*

*vbi. s.*

*Scot. in. 4.*

*distinct. 22.*

*art. 2.*

**O**Mnes doctores partem negantem tenent, & Scotus cum illis, licet affirmet credibile esse propter Dei misericordiam: vt qui cadit à magnis meritis, citius recipiat speciale auxilium, & inspirationem ad resurgendū.

CON-

CONCLUSIO.

Nullus quantumcumque iustus, neque de condigno, neque de congruo suis bonis operibus meritorijs reparationem post lapsum promeretur. Hæc conclusio est de fide. Colligitur enim per necessariam consequentiam ex sacra scriptura. Nam ad Roman. ii. inquit B. Paul. Si gratia, non iam ex operibus. Et si iustus promeretur sibi primam gratiam post peccatum committendum, iam gratia contra Paul. esset ex operibus proprijs. Sic enim intelligendus est D. Paul. nam propter merita aliena, vt Christi, bene datur prima gratia, vt ex difficultate proxima constat. Et Ezech. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecit, non recordabuntur; ergo non erunt meritoria post lapsum. Ratione confirmatur à simili: quemadmodum esset apud homines temerarium, si miles Regi suo aliquod, ea lege, offerret obsequium: vt si fuerit aliquando transfuga, remittatur ita illi noxa, vt poena mortis non plectatur. Nam si rex obsequium ea lege oblatum admitteret, videretur militi occasionem delinquendi præstare. Ita, & Deus rex æternæ gloriæ videretur peccati auctor, si obsequium ea lege acceptaret: vt quando gratia per mortale peccatum interromperetur, præmium redderet, quod nec somniare licet.

Ad Rom. 11

Ezech. 18.

CONCLUSIO II.

Oratio iusti sui reparationem post lapsum efflagitantis, si fortè in mortale labatur: quia suam intelligit imbecillitatem, erit apud Deum valde impetratoria. Et ratio est; quia hoc postulabat Dauid, quando dicebat: Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Nam si inter homines obsequia præstata amico, delinquenti suffragantur, dummodò non fuerint lege prædicta oblata, ne dū apud Deum, qui omnes homines infinita mansuetudine absque vlla comparatione vincit, ac superat.

Psal. 70.

Alex. Alen. 124 *Dist. 27. Q. unica de effectibus gratia.*  
p. 4. q. 9. m. 3 *Duodecima diffi. Potest ne aliquis promereri*  
art. 2. §. 1. q. *augmentum gratia?*  
4. collateralis

CONCLUSIO.

¶ §. 2. q. 3.  
collat. ad ar-  
gum.

S. Tho. art. 8

vbi. §. & S.

Bona. art. 2.

q. 2.

Ricar. art. 2.

q. 2. in hac d.

Scotus, & a-

lij in. 1. dist.

17. & in. 3.

dist. 33.

Prouerb. 4.

Eccl. 18.

Apoc. 22.

D. Aug.

Concil. Trid.

ses. 6. cā. 24.

D. Aug. in

lib. de dono

perseuerantia

S. Tho. art. 9

Vega lib. 12

super concil.

Trid. à c. 20.

vsquē ad fi-

nem libri.

**P**er actus meritorios gloria homo simul augmentum gra-  
tia promeretur. V. g. si quis habeat duos gradus gratia,  
& operetur meritorie, vt duo: quia ieiunat deuotione, vt  
duo; proculdubio duos gradus gloria, & totidem gratia pro-  
merebitur. Conclusio hæc est de fide. Et probatur Prouer-  
biorum. cap. 4. Vbi loquens scriptura sacra de profectu iu-  
storum in gratia ait. Iustorum autem semita, quasi lux splē-  
dens procedit, & crescit vsquē ad diem gloria. Et iterum, ne  
verearis iustificari vsquē ad mortem. Ecclesi. 18. Et Apoc. 22.  
Iustus iustificetur adhuc. 2. Pet. 3. Crescite verò in gratia, &c.  
Hanc docuit D. August. apud Magist. distin. 17. 1. lib. dicens.  
Charitas meretur augeri, & aucta meretur perfici. Et ratio-  
ne confirmatur, quia si homo promeretur augmentum glo-  
ria, merebitur etiam gratia augmentum: propterea quòd  
gratia augmentum est medium necessarium ad gloria aug-  
mentum. Vtrum verò statim gratia augeatur, aut eius  
augmentum vsquē in finem vitæ, sicut præmium principa-  
le, scilicet gloria, referatur? grandis est inter doctores contro-  
uersia, de qua in floribus. 1. & 3. lib. sentent. Deo adiuuante,  
disputabitur.

*Decimatertia diffi. Possit ne aliquis de cōdigno per-  
seuerantiam in gratia promereri?*

**E**st tituli sensus. An, vt potest aliquis promereri de con-  
digno gloriam: ita quòd de lege Deus esset iniustus, si  
discedenti in gratia non daret gloriam meritis respon-  
dentem, eodem etiam actu possit de iustitia promereri per-  
seuerantiam in gratia, & manutenentiam Dei vsquē ad finē  
vitæ.

Perseuerantia in gratia potest dupliciter considerari, vel in  
patria, vbi est gratia consumata, vel in via.

CON-

## CONCLUSIO I.

Perseuerantia in beatitudine cadit sub merito de cōdigno: ita quòd si Deus iam beatos in gloria meritis respondente non conseruaret, illis secundum legem iniuriam irrogaret. Et ratio est: quia, cū iustus, vt ex dictis constat, promereatur gloriam, non qualemcūquē: sed æternam: promeretur ex consequenti perseuerantiam in ea. Nequē enim esset gloria æterna, si non haberet perseuerantiam annexam.

## CONCLUSIO II.

Merito de condigno nemo potest perseuerantiam in bono vsquē ad finē vitæ promereri. Hæc conclusio est de fide. Et probatur, quia si pœnitentia esset meritoria perseuerantiæ de condigno, sicut est meritoria gloriæ, non posset Deus secundum potētiam ordinariam negare auxilium, & sustententiam ad perseuerandum in gratia. Siquidem talis sustententia esset debita de iustitia, & ex consequenti semel iustificatus per proprium actum, scilicet, per contritionem, non posset de lege cadere à gratia, sed esset confirmatus in illa, quod est hæreticissimum, & contra diuinam scripturā expressè. Nam dicitur de iustis: Septies in die cadit iustus. Et iterum ante mortem ne laudes hominem quenquam. Et alibi, Qui se existimat stare, videat, ne cadat. Et est hoc idē definitum in Clem. ad nostrum de hæreticis, & est concil. Vienen. quod & philosophi cognouerunt. Canit enim poeta quidam. Dicit quē beatus ante obitum nemo, supremaquē funera debet.

Prouerb. 24.

Eccl. 11.

1. Cor. 10.

## CONCLUSIO III.

Nihilominus tamen dicta perseuerantia, ieiunijs, orationibus, & bonis operibus, impetrari potest. Hæc cōclusio est definita in concil. Trid. sess. 6. cap. 13. Et ratio est, quia multa possumus misericorditer impetrare, quæ sub merito minime cadūt. Nam Publicanus Luc. 18. Lachrynis veniam impetrauit, quam per eandem pœnitentiam non meruit. Non enim esset iniustus Deus si peccatori, quantumcūquē pœnitenti peccata non remitteret.

Luc. 18.

Hinc elaborandum est omnibus nobis, vt per bona opera nostram vocationem certam faciamus, feruenterquē à Deo

Append.

2. Pet. 1.

postu-



postulemus, ne vnquam ab eo derelinquamur, & despiciamur, & ne faciem suam à nobis auertat. Exorari enim se vult, & promereri Deus. Ipse enim, qui dedit velle, dabit pro sua voluntate perficere.

*Decimaquarta diffic. Vtrum bona temporalia, siue mala possint cadere sub merito?*

*Alex. Alen.*  
*p. 4. q. 26.*  
*m. 5. art. 3. §*  
*2. q. 6. col-*  
*laterali.*  
*S. Thom. art.*  
*10. vbi. §.*

**B**ONORUM tēporalium duo sunt genera. Quedam enim sunt, quæ conducunt ad beatitudinem consequendam; vt salus corporis, quæ est necessaria ad concionandum; & docendum, quæ operationes sunt vitæ æternæ meritorie; huius etiam primi generis sunt dignitas, scientia, ars, diuitiæ, quæ etiam sunt media, quibus meremur beatitudinem, dummodo illis bene vtamur. Quædam verò sunt, quæ non sunt media ad vitam æternam consequendam, huius secundi generis sunt bona temporalia, quæ ab existentibus in mortali possidentur. Similiter de malis est dicendum.

**CONCLUSIO I.**

*Psal. 33.*  
*Psal. 36.*

Bona temporalia primi generis sub merito de condigno, siue de iustitia cadunt. Pater psalm. 33. vbi dicitur. Timentes autem dominum, non deficient omni bono &c. Et psal. 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius, &c. Et ratio à simili est; quia sicut augmentum gratiæ cadit sub merito de condigno, non quòd sit simpliciter ad beatitudinem necessarium; quoniam satis esset prima gratia; sed quia per augmentum gratiæ homo ad resistendum vitio, & ad maiorem dilectionem Dei adiunatur; ita etiam cum temporalia bona homini ad comparandas sibi virtutes, quibus vitam æternam promeretur, sint adiumento, cadent etiam sub merito de condigno.

*Append. 1.*

Hinc etiam idem propter eandem rationem de malis temporalibus censendum est; vt de ægritudine, paupertate, & ignobilitate, quæ plerumquæ sunt media ad humilitatem, qua vitam æternam promeremur, acquirendam.

**CON-**

## CONCLUSIO II.

Bona temporalia aliquando sub merito secundum quid eadunt, id est, sunt alicuius actus studiosi, & laudabilis præmium temporale. Constat Exodi. 1. Vbi legitur ædificatas fuisse domos obstetricibus Aegyptiorum seruantibus incolumes Hebræorum masculos. Quod quidem opus, si mendacio caruisset, teste D. Gregorio, dignum vita æterna fuisset. Idem docet D. August. quæst. 1. lib. quæstionum in Exodum, & lib. contra mendacium cap. 15. Et Romanis præmium temporale propter moralem iustitiam, quam insubditos exercuerunt, fuit à Deo tributum; vt D. August. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 12. & 15. scribit.

*Exod. 1.**D. Greg. lib. 18. moral.**D. August.*

Hinc, Deus plerumque etiam hæc temporalia bona donat hominibus propter bona opera, quæ homines ex imperio diuino faciunt, quàmuis in executione pessimam habeant, & iniquam intentionem, vt regi Nabuchod. quia pugnavit contra tyros ex imperio Dei, licet odio motus, reddita fuit merces. Dicitur enim Ezech. 29. & erit merces eius in terra Aegypti.

*Append. 2.**Ezech. 29.*

Hinc, facile colligitur infinita Dei clementia, & liberalitas, & misericordia erga electos; nam si propter actiones morales mala, & iniqua intentione, factas Romanis, & Nabuchodo. præmium temporale reddidit, quàm mercedem iustis, qui recta intentione operantur, tribuet? Quod bonum temporale illis: si tamen ad eorum spirituale commodum pertineat, negabit?

*Append. 3.*

Hinc, quoniam ignoramus, quæ bona temporalia ad salutem æternam expediant, sunt hæc petenda sub conditione implicita, vel explicita, scilicet, si futura nobis adiumento sint ad vitam æternam comparandam. Nam quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, &c. Et docuit B. Paul. ad Roma. 8. petere sub conditione implicita dicens. Quid oremus, sicut oportet, &c. quasi dicat. Nescimus fratres, expediant ne magis nobis bona, aut mala temporalia ad salutem æternam, ipse autem Spiritus sanctus postulat pro nobis, id est, postulare nos docet, & hoc gemitibus, id est, precibus inenarrabilibus, hoc est,

*Append. 4.**Marc. 8. &**Luc. 9.**Ad Roma. 8.*

precibus.

precibus indeterminatis: vt non determinatè salutem, aut æritudinem, diuitias, vel paupertatem, &c. petamus; sed ea solùm, quæ Deus magis ad vitam æternam expedire intelligit. Et ecclesia sub conditione explicita orationem pro pluuia instituit, scilicet, Deus in quo viuimus, &c. sempiternitaliùs appetamus.

*Artic. III. De varijs alijs gratiæ effectibus.*

*Alex. Alen.  
m. 6. vbi. s̄.*

**H**Vnc artic. solus Alexand. Alen. tractat, & absoluetur, positis aliquot difficultatibus.

*Prima diffie. Sunt ne purgare, illuminare, & perficere, proprij gratiæ effectus?*

*Alex. Alen.  
art. 1. vbi. s̄.  
Ad Heb. 1.  
Psal. 4.  
Ad Phil.*

**CONCLUSIO.**

**S**Vnt quidem proprij gratiæ effectus. Nam de gratia dicit B. Pau. ad Hebræ. 11. Purgationem peccatorum faciens. Et psal. 4. Signatum est super nos lumen. Vbi glossa lumen gratiæ tuæ: quare gratia illuminat. Et ad Philip. 2. Ipse operatur in vobis velle, & perficere, & operatur per gratiam: ergo gratiæ est perficere. Et ratio est, quia cum gratia nihil aliud intendat, quàm nos Deo assimulare, & purgare, illuminare, & perficere ad assimilationem necessario concurrat; quia forma naturalis primò remouet dispositiones cõtrarias à materia & tunc purgat: secundò introducit dispositiones conformes in materiã, tuncquè dicitur illuminare materiã; vltimò introducit se ipsam in materiã, & perficit eam: iure erunt hi tres effectus essentialis, & proprij ipsius gratiæ. Nam vt lux assimilat sibi aerem, purgando illum à tenebris, &c. ita gratia, quæ est lux spiritualis: vt animam Deo similem reddat, debet primùm illam à tenebris peccatorum purgare, secundò disponere simili dispositione; vt possit esse similis in actu. Tunc enim dicitur illuminare illam. Tertiò informare ipsam, tuncquè dicitur animam perficere.

*Secunda*

*Secunda difficult. Vtrum viuificare, assimilare, & gratificare, sint proprij gratiæ effectus?*

## CONCLUSIO.

**S**Vnt. Legitur enim Act. 17. In quo viuimus, mouemur, & sumus. Et primum, quò anima rationalis uiuit per Deum, est gratia, & cum per illam uiuat, dicitur quoque per eandem viuificari. Assimilat etiam gratia; quia anima diligit Deum, mediante gratia, & similitudo causa amoris est. Hæc enim vis amoris est; vt amantem in amatum transformet. Et tandem est gratiæ effectus gratificare, iuxta illud ad Ephesi. cap. 1. In laudem gloriæ, gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in Christo. Quod nominis etymologia declarat; quia gratificatio deriuatur à gratia, & si gratia est, gratificare est.

Alex. Alen.

art. 2.

act. 17.

ad Ephe. c. 1

*Tertia diffi. Vtrum iustificare, excitare, motus meritorios elicere, sint proprij gratiæ effectus?*

**E**X ijs tribus effectibus, primus, qui est iustificatio, & tertius, nempe meritum, explicati sunt in primo, & secundo artic. huius quæst. restat secundus.

Alex. Alen.

art. 3. vbi. 5.

## CONCLUSIO.

Est quidem excitare proprius gratiæ effectus. Probatur Apoc. 3. Ego sto ad ostium, & pulso. Ostium appellatur liberum arbitrium, siue voluntas. Et pulsatio ista est excitatio quædam voluntatis ad bonum per gratiam. Et hoc est, quod postulat ecclesia in illa collecta. Excita domine potentiam tuam, & veni, &c.

apoc. 3.

*Quarta diffi. Vtrum gratia in præsentia vita faciat nos sine peccato esse?*

Alex. Alen.

art. 5. vbi. 5.

c. 4. p. q. 8.

m. 5. artic. 1.

**D**Iuus August. apud Alexan. loco citato tres affert circa hanc difficultatem opiniones. Quarum prima asserbat nos in hac vita indistinctè esse sine peccato, quã

ad arg.

D. August.

II. Part.

I

erro-

Hæresis.

*1. Ioan. 1.*

erroneam, & hæreticã censet. Est enim contra Ioan. Apost. dicentem. Si dixerimus: quoniam peccatum non habemus, &c. Secunda opinio, quam iudicat probabilem, licet illam impugnet dicit. peccatum posse sumi, vel pro actu inordinato, vel pro fomite peccati, idest, pro inclinatione, & pronitate ad peccandum. Ita enim accepit peccatum Apostol. ad Rom. 7. quando dixit. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod habitat in me peccatum. Et de peccato hoc modo sumpto potest intelligi autoritas apostoli Ioan. Si dixerimus, quoniam peccatum, &c. Tertia opinio est D. August. quæ sequentibus conclusionibus continetur. Lege infra distinct. sequenti.

*ad Rom. 7.**Iacobi. 3.**Matth. 6.*

## CONCLUSIO I.

Nullus in hac vita sine veniali peccato esse potest. Probat<sup>ur</sup> autoritate D. Iacobi cap. 3. qui nullum excludendo dicit. In multis offendimus omnes. Et si nunquam venialiter peccaremus, non opus esset dicere: dimitte nobis debita nostra, sed tantum dicendum esset: & ne nos inducas in tentationem. Sunt alie multae autoritates, quibus apertissime probatur Dei amicos per gratiam non posse sine peccato veniali in hac vita existere.

## CONCLUSIO II.

*D. Chrysof.**D. Aug.*

Gratia gratum faciens in hac vita hominem, cui inhæret, sine peccato mortali esse facit. Et ratio est; quia nullus, nisi purgetur à vitijs, gratiam Dei accipere potest, ut D. Chrysofostom. docet. Et refertur can. non potest de poenitentia distinct. 1. & de consecra. dist. 4. Gratia enim, quæ per Christum datur, peccatorum facit remissionem, teste D. August. & habetur de consecra. distinct. 4. canon. gratia quæ. Lege etiam can. placuit cl. 4. & can. quisquis ead. dist. & est concil. Milevita. cui interfuerunt D. August. & B. Anselm. Impossibile enim est, eundem simul esse filium regni per gratiam, & per mortale peccatum perditionis filium.



Magist. Sentent. Distinct. XXVIII.

IN Hac distinct. Magist. proponit hæresim Pelagij affirmantis, hominem simpliciter sine gratia, viribus tantum naturæ posse vitam æternam promereri, eiusque argumenta, & quæ in D. August. qui contra illum multos scripsit tractatus, retorquebat, soluit.

Questio unica De necessitate Gratia.

Hanc quæst. doct. cõtra Pelagium hac distinct. 28. tractant & S. Thom. de illa. 1. 2. q. 109. verba facit. Absolvitur quæst. propositis nonnullis art.

Artic. I. An possit homo sine gratia aliquod verum cognoscere?

Hic articulis duabus difficultatibus expositis absolvetur.

S. Tho. art. 1.

vbi. S. Greg. liqui infrã citandi.

Prima diffic. Vtrum ad cognoscendas omnes veritates morales, quibus rectè vivitur, generale Dei auxilium sufficiat, vel speciale etiam requiratur?

Vega. q. 9. de iustificatio - ne.

Dvæ sunt extremæ opiniones circa hãc difficultatem. Prima tenet, neminem post lapsum primi hominis, dummodò nascatur per propagationem, posse solo generali auxilio cognoscere aliquam veritatem moralem, nisi speciali Dei auxilio illustretur. Et hæc est Greg. Arimen. & Capreol. qui existimat fuisse opinionem S. Tho. in hoc arti. Secunda, & contraria est S. Tho. hic, & Scoti hac d. q. unica, & D. Bona. & Durand. & Ricard. hac dist. quæst. 1.

Greg. Arim. dist. 26. q. 1.

Capreol. hac dist. q. 1.

S. Thom.

Scot.

D. Bona.

Ricard.

Durand.

Nota aliud esse cognoscere posse disiunctivè singulas veritates, siue propositiones, tam speculativas, quàm practicas, pertinentes ad studiosè vivendum, & ad cauenda singula

peccata virtutibus moralibus contraria: aliud verò eandem propositiones collectiue cognoscere.

### CONCLUSIO I.

Potest homo solo generali concursu cognoscere disiunctiue singulas veritates ad vitam moraliter studiosam gerendam spectantes. Hæc conclusio est contra primam opinionem, & probatur ex D. Paul. ad Roma. 2. Cum enim gentes, quæ legem non habent (scilicet scriptam, vt habent Iudæi) naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt (quia seruant præcepta moralia, quæ in decalogo continentur) eiusmodi legem non habentes (scilicet, scriptam, vt Iudæi) ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Apertissime apostol. his vltimis verbis testatur, gentes posse naturaliter, hoc est, solo generali concursu, qui inter vires naturæ recensetur, cognoscere singula decalogi præcepta, & illa efficere: que omnia ad virtutes morales pertinent. Ratione confirmatur à definitione auxilij specialis: est enim concursus diuinus, qui non omnibus regulariter, sed quibusdam tantum conceditur: & cum omnes ratione vtentes etiam deprauati imi qui quæ, his principijs moralibus, scilicet, quod tibi non vis, &c. omne malum est fugiendum, &c. præstent assensum: cognoscent profectò illa sola generalis auxilij virtute, & non specialis. Alioquin si ad præstandum assensum id genus principijs, esset necessarium speciale auxilium, non essent principia omnibus communiter nota; sed quibusdam duntaxat. Et si non essent omnibus naturaliter nota, non essent prima principia, quod est erroneum.

Append.

Hinc naturaliter poterit homo scire singulas temperantia, & aliarum virtutum species, contra Greg. & Capreolũ.

### CONCLUSIO II.

Homo ex puris naturalibus, secluso speciali auxilio, non potest collectiue omnes veritates, quæ ad studiosam vitam degendam pertinent, ita cognoscere, vt nihil prorsus ignoret. Constat hæc conclusio Sap. 9. Cogitationes mortalium timida, & incertæ providentiæ nostræ, id est, iudicia nostra de moralibus rebus agendis sunt nobis incerta, hoc est, ignota. Et continuo reddit rationem dicens. Corpus enim quod corrumpitur,

pitur, aggrauat animam & terrena inhabitatio deprimit sen-  
sum, multa cogitatem. Et Ecclesi. 1. Cunctæ res difficiles, nõ  
potest eas homo explicare sermone. Et ratio est; quia vul-  
nera peccati originalis naturaliter homini inhærent, & igno-  
rantia rerum agendarum vulnus originalis culpæ est. Et cõ-  
firmatur: quia vt S. Thom. docet, philosophi multas verita-  
tes erroribus permixtas intellexerunt.

Ecclesi. 1.

S. Tho. in. 1.  
p. q. 1. art. 1.

*Secunda diffic. Vtrum homo viribus tantum natu-  
ræ, secluso speciali Dei auxilio, possit articulis fi-  
dei catholicæ credere?*

**H**IC non quæritur, An seclusa reuelatione facta alicui  
propheta; siue euangelista; & seclusa prædicatione,  
possit homo naturaliter misteria fidei cognoscere?  
Hoc enim fieri non posse, vel Pelagius confitebatur: propte-  
reã q̃ misteria fidei catholica; superant lumen rationis natu-  
ralis. Quæ quidem ratio pro hoc statu solum materialia natu-  
raliter cognoscit. Dicebat namque Pelagius gratia; Dei esse,  
quòd fides nobis prædicetur; & miraculis confirmetur.  
Sed quod quæritur est. An facta prædicatione possit aliquis  
solo generali concursu articulis fidei præstare assensum? Pe-  
lagius omne speciale auxilium inficiebatur. At uerò inter  
catholicos non nihil dissidij est: Nam Scot. & Durand. vi-  
dentur affirmare, posse aliquem ex viribus naturæ assentiri  
fidei articulis. Vnde aliqui dixerunt eos Pelagio subscripsisse,  
sed fallantur, vt statim declarabitur S. Thom. tamen op-  
positum confitetur, cui Scot. & Durand. non aduerfantur.  
De qua re lege etiam Vegam, & Sotum. cæterum ad pleni-  
orem intelligentiam huius difficult. animaduerte sequentia.

Scot. in. 3. d.

23. q.

Durand. hac

dist. q. 1.

S. Tho. art.

1. vbi. 5. &

2. 2. q. 6. art.

1.

Vega in opus-  
culo de iusti-  
fica. q. 9. &  
Soto lib. 2. de

natura, &

gratia, c. 8.

1. Animad-

uersio.

Obiectum fidei; vt supra attingimus, duplex est. Vnum  
materiale, vt sunt. 14. articuli fidei. & omnia in diuina scri-  
ptura contenta. Alterum formale. & est ratio præcisa, quæ  
mouet nos ad credendum, qualis est veritatis primæ reuela-  
tio: prout nobis ab ecclesia proponitur, & non aliter, vt ex

D. Aug.

D. August. colligitur, qui dicit, Euangelio non credere, nisi ecclesie crederem.

2. *Animad.*

Obiectum fidei humanæ est autoritas afferentis, qui quidem fallere, & falli potest; nulla tamen apparet dissentienti, aut dubitandi ratio. Exempli gratia: credimus Romam nunc esse: quia omnes hoc affirmant, & nulla apparet dissentienti, aut dubitandi ratio. Simili etiam modo credimus nos esse baptizatos, & sacerdotes: quia ministri horum sacramentorum dixerunt se intentionem conferendi hæc sacramenta habuisse, & nulla apparet dubitandi ratio. Et in hoc differt fides humana ab opinione: quoniam in opinione semper manet aliqua ratio probabilis in contrarium.

3. *Animad.*

Hinc, discrimen inter fidem diuinam, & humanam non est præcisè ex parte firmitatis, & certitudinis afferendi; aut ex parte subiecti, aut obiecti materialis, sed ex parte obiecti formalis certitudinis, aut infallibilitatis. Exempli gratia, aliquis lutheranus de facto huic, Deus est trinus in personis, & vnus in essentia, ita firmiter credit, sicut catholicus: quia est paratus pro eius defensione: mortem subire; discrimen tantum est circa hunc articulum, qui idem est nobis, & hæreticis, ex parte obiecti formalis. Nos enim credimus; quia ecclesia, quam dicimus infallibilem, hoc proponit, & dicit in sacra scriptura contineri, & ideò nostra fides est diuina. Fides autem hæreticorum eiusdem articuli est humana. Credunt enim: quia proponitur ab omnibus baptizatis, & in scriptura diuina continetur, adduntque in super, omnes dicentes hanc esse diuinam scripturam posse fallere, & falli, & ex consequenti asserunt ecclesiam esse fallibilem. Quamobrem fit; vt eorum fides sit humana: quia ratio, quæ eos ad credendum mouet, est autoritas dicentium, quos omnes fallibiles esse existimant, & autoritati, & iudicio fallibili innititur.

## CONCLUSIO I.

FIDEM humanam omnium articulorum solo generali concursu potest aliquis habere. Et ratio est; quia fides humana est assensus alicuius propositionis indubitabilis, cui stultum esset non assentiri, genitus ab autoritate fallibili

bili talem veritatem affirmantium: sed potest aliquis credere articulis fidei, non propter autoritatem infallibilem ecclesiæ catholicæ: sed tantum propter autoritatem alicuius viri facientis miracula in confirmationem talis propositionis; vel propter autoritatem non tantum ecclesiæ: sed etiam cæterorum; vt credit hæreticus articulis, quos non diffitetur: ergo talis credens habebit fidem humanam, aut moralem tantum. Et cum ad huiusmodi fidem humanam sufficiat solus generalis concursus, sicut ad credendum huic, Roma est: non requiretur profectò speciale auxilium. Et de hac fide humana loquuntur Scot. & Durand. vbi supra, & Caiet. in hac q. 109. artic. 4. Non enim intelligendi sunt de fide catholica, & diuina, cuius obiectum formale est, &c. vt in prima animaduersione habetur.

CONCLUSIO II.

**A**CTVM fidei catholicæ nullus potest per solum concursum generalem elicere, nisi auxilio Dei particulari eleuetur. Hæc conclusio est de fide, & contra hæresim Pelagij. Et probatur primò autoritatibus sacræ scripturæ. Ait B. Paul. ad Philipp. 1. Vobis donatum est non solum: vt in eum credatis: sed etiã, vt pro illo patiamini, &c. Et ad Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est: ex his, & alijs locis, eisdem similibus, sic colligo argumētum. Dona supernaturalia Dei, quæ sunt gratiæ gratis datæ, non dantur per generale auxilium (Aliter enim essent naturalia, & omnibus communia: ideò namquæ vocantur dona: quia per auxilium peculiare Dei dantur) fides autem in locis citatis, & alibi sæpè inter supernaturalia dona recensetur: non igitur poterit viribus naturæ, & solo concursu generali obtineri. Quid clariùs contra Pelagium? Et confirmatur: quia vt non potest aliquis viribus naturæ gratiam faciendi miracula habere, ita nequæ actum fidei catholicæ elicere. Vtrūquæ enim vt docet B. Paul. donum supernaturale est. Fuit hæc conclusio definita in concil. Milenit. can. 4. contra Pelag. & in concil. Arausic. cap. 25. & in Trident. sess. 6. can. 3. Confirmari etiam poterat multis sanctorum autoritatibus, præsertim D. Aug. in lib. de gratia Christi contra Pelag. c. 31.

Ad Philipp. 1.

Ad Ephe. 2.

D. Aug.



& lib. 1. contra duas epist. Pelag. cap. 3. & 19. & lib. 4. cap. 6. lib. de prædest. sanct. per multa capita, & lib. de gratia, & lib. arb. cap. 7. & 17. & in lib. de fide ad Petr. cap. 32. & in 1. can. Ioan. cap. 3. Lege Castrum verbo fides, & verbo gratia hæc res prima. Et tandem ratione illustratur conclusio posita; quia Deus nemini negat auxilium generale sine miraculo: vt ex suprâ dictis constat, & cum multis negauerit Deus auxilium ad credendum, excæcando illos, atque indurando illorum corda; vt habetur Ioann. 12. cum autem tanta signa fecisset, &c. & hoc non tribuatur miraculo: profecto auxilium ad credendum fidei catholicæ erit speciale, quod citra miraculum à Deo negatur.

*Ioan. 12.*

## CONCLUSIO III.

Auxilium speciale non solum est necessarium ad illustrandum intellectum; vt credat; verum etiam ad propriam affectionem, & voluntatem mouendam; vt intellectui nostro imperet; vt fidei catholicæ assensum præstet. Patet conclusio exemplo Lydiæ, quæ credidit, & baptizata fuit. Vbi legitur. Cuius dominus aperuit cor, idest, inclinauit voluntatem eius; vt credere vellet. Cor enim in sacris literis voluntatem significat. Fuit quoque definita hæc conclusio in concil. Arausi. can. 5. & 7. Et ratio est, ex D. Ioan. cap. 12. vbi legitur, Christum excæcasse oculos Iudæorum, & indurasse illorum corda. Et excæcatio spectat ad intellectum, & induratio ad voluntatem: quare ad operationem vtriusque potentiæ requiritur speciale auxilium: vt voluntas piam affectionem, & amorem habeat, & intellectus imperatus à voluntate actualem assensum fidei catholicæ eliciat.

*Act. 16.**Ioan. 12.*

## CONCLUSIO IIII.

Tale auxilium speciale est necessarium omnino, non, vt firmius, & facilius credamus: sed vt simpliciter credamus. Probat, quia Dominus non dixit, sine me difficile poteritis aliquid facere. Sed simpliciter dixit: sine me nihil poteritis facere. Ita enim præfata concilia definirunt, gratiam Dei esse omnino necessariam.

*Ioan. 15.**Hæresis Abaylardi.*

Hinc, confutatur hæresis cuiusdam Abaylardi, qui dixit, nihil esse credendum, quod virtutem nostri intellectus excederet.

cederet. Et hæresis Pelag. qui negabat speciale auxilium. Et postea compulsus à fratribus eiusdem ordinis, vt poneret auxilium speciale, gratiam, scilicet, addidit errorem errori dicens, esse necessariam: vt homines facilius meritorie operarentur: non autem vt simpliciter operari possent. Lege Castrum, & Vegam, & Sotum, & alios vbi supra.

*Artic. II. Vtrum homo possit velle, & facere bonum absquè gratia.* *Roffensis in art. 36. cōtra Luther.*

**CIRCA** Hanc difficultatem fuit etiam error Pelagij affirmantis omne opus moraliter bonum posse à nobis effici natura corrupta: sicut, & integra, & hoc viribus naturæ. Dicebat enim esse misericordiæ, & gratiæ Dei fuisse nos creatos; virtutis autem nostræ esse, vt efficiamur iusti. Fecit, dicebat ille, nos homines; sed nos facimus nos iustos. Catholici omnes hanc sententiam tanquam hæreticam damnant, qui etiam inter se hac in parte discordant. Quidam enim affirmant post Adæ peccatum naturam hominis vsquè adeò imbecilem, ac propè extinctam mansisse: vt nihil boni suis viribus, nisi, Deo peculiariter concurrente, efficere possit. Hi sunt Roffensis, Gregorius Ariminensis, & Capreolus. Alij verò oppositum tenent, asserentes, posse aliqua bona moralia solo generali concursu efficere, non tamen omnia. Et hæc est communior opinio. Hanc tuentur Magister sentent. distinct. 26. S. Tho. D. Bona. Scot. Durand. Gab. Soto. Vega. Ricard. & alij, quos longum esset recensere. Titulus autem difficultatis dupliciter erit declarandus. Nempe, quid homo in statu naturæ integræ efficere potuisset? & quid modo in statu naturæ corruptæ efficere valeat? Et quia rectum est iudex sui, & obliqui, & iniustitia, quid iniustitia sit, insinuet, erit primus sensus tituli de natura integræ explicandus. Et erunt, vt clarius rem hæc tractemus, aliqua prænotanda.

Illud semper in hac disputatione in primis præ oculis habendum

bendum est, ne tantum gratiæ necessitatem extollamus, ut cum Lutheranis à creatura rationali liberum arbitrium relegemus. Et è contra, ne tantum libero arbitrio tribuamus: ut cum Pelagianis gratiæ necessitatem excludamus.

2. *Nota.*

Sex modis potest hominis status considerari. Primo in puris naturalibus. Secundo in statu rationali, ut seruetur rectitudo in partibus animæ, ita quòd sensitiva rationali etiam difficulter obediat. Tertio in statu sub iustitia originali, in quo sensitiva sine vlla difficultate rationi obediebat, in quo tertius status à secundo distinguitur. Quarto sub peccato. Quinto sub gratia. Et sexto sub gloria.

3. *Nota.*

Inter statum in puris naturalibus, & statum sub peccato originali solum est discriminè ex parte causæ. Et ratio est, quia uterque status habet potètiã sensitivã sibi rebellè, uterque etiam est omni bono super naturali destitutus. Differunt autem ex parte causæ: quia causa, ob quam, homo in puris naturalibus caret omni gratia, est conditio naturæ, nempe, quoniam ita fuit conditus: causa verò in statu sub peccato originali eiusdem carentiæ est originalis culpa. Confirmo rem à simili. Esto, sint duo homines nudi, quorum vnus nunquam fuerit vestibus indutus; alter verò aliquando habuerit vestimenta, in poenam tamen criminis sit illis exutus. Tunc quemadmodum in primo nulla esset poena expoliatum esse: ita si aliquis in mundo crearetur à Deo non per propagationem maris, & foemina: sed ex limo terræ in puris naturalibus, & esset omni gratia expoliatus, nuditas illa non esset in illo poena: quemadmodum in paruulis ante baptismum est poena propter culpam Adæ, esse gratia priuatos.

4. *Nota.*

Status naturæ integræ est innocentie status sub iustitia originali, in quo quidem statu non iustitia originalis: sed ratio, & mens hominis tali iustitia vestita, & ornata operabatur. Et ratio à simili est: nam, ut potentia sensitiva coniuncta rationali potentie in homine est perfectior, quàm in bruto, eò quòd in nobis est libera, saltem per participationem, quam ob causam perfectius operatur: ita virtus, & potentia intellectiua habens sibi iustitiam originalem coniunctam,

Etiam, & unitam, perfectius quam modò operabatur. Quoniam tunc potentius sensitivus absque vlla rebellione imperabat. Ita enim generandi potentia rationi obedisset: vt in coeundo nulla fuisset libido, & in voluntate hominis marem, seu foeminam generare extitisset: sed de ijs supra in hoc libro egimus.

Hinc, quando dicitur natura per peccatum vulnerata, & corrupta, ne intelligas, quæso, naturam in aliquo esse diminutam, siue potentia aliqua priuatam. Manent enim potentie in illa integre: sed solum intellige esse priuatam iustitia originali, ratione cuius potentius sensitivus: vt modò diximus, dominabatur. Append. 1.

Dominium, teste Aristot. est duplex, politicum, & despoticum. Primum est, quod habet princeps super ciues, eò quod sunt liberi, & possunt principi resistere. Secundum autem est, quod habet dominus supra seruum suum, eò quod seruus nequit domino resistere. 5. Nota. Arist. 1. polit.

Deus dicitur finis hominum naturalis, & supernaturalis. Naturalis quidem, quatenus est summum bonum, naturaliter cognitum: & supernaturalis, quatenus clarè visus, est obiectum beatitudinis. Vtrumque probatur à definitione finis. Est enim finis quid optimum, & vltimum, mouens efficientem ad operandum, propter eius asssecutionem. Philosophi enim cognoscentes naturaliter Deum, tanquam summum bonum, poterant moueri ad operandum vltimatè propter Deum. Et quia hoc non fecerunt, increpat illos B. Paul. dicens. 6. Nota. Ad Rom. c. 1 Qui cum Deum cognouissent, &c. Deus etiam fide cognitus mouet credentem ad operandum, propter consequendam beatitudinem, quæ in clara Dei visione consistit; quare clarè visus est finis supernaturalis nostrarum operationum, cum moueat nos ad operandum.

Per rationem naturalem, etiam seclusa fide, possumus cognoscere Deum esse super omnes creaturas, & super nos omnes diligendum. Et ratio Scoti est: quia naturaliter possumus cognoscere esse aliquod summum bonum super omnia diligendum, & vltimum finem omnium nostrarum actionum. Nam sicut naturaliter cognoscimus in causis efficientibus 7. Nota. Scot. est in 3. dist. 27.

non

non esse progressum in infinitum: sed esse deueniendum ad vnã primã causã, à qua aliã causã secundã in esse, & operari dependeant: ita naturaliter possumus cognoscere esse vnum supremum finem omnium actionum nostrarum, in quem, & per quem vltimatè operemur, & quem super omnia diligamus. Et cùm talis finis secundum rationem naturalem non possit esse, nisi bonum infinitum, dicitur planè ratio naturalis istud bonum infinitum (quod est solus Deus) esse super omnia diligendum.

8. *Nota.*

*Psal. 18.*

Naturaliter non potest aliquis scire copulatiuè omnes veritates morales ad cauenda omnia peccata. Patet ex illo psal. mi. Delicta quis intelligit?

9. *Nota.*

Seruare omnia præcepta naturalia, siue moralia potest quis, vel disiunctiuè, vel copulatiuè. Ijs ita constitutis ponèdã sunt, vt dixi, priùs conclusiones de statu naturæ integræ.

#### CONCLUSIO I.

Homo in statu naturæ integræ non poterat solis naturæ viribus vitam æternam promereri. Colligitur hæc conclusio ex dictis suprã de merito. Et ratio est; quia cùm opus meritorium sit, cui de iustitia debetur æquale præmium, & nullum sit opus naturale præmio æterno æquale, nullum profectò opus naturale fuisset tunc, quo homo vitam æternam promereri potuisset.

#### CONCLUSIO II.

Poterat homo in statu naturæ integræ viribus naturæ elicere quodcunquè opus moraliter bonum collectiuè, & seruare quodcunquè præceptum decalogi, quod est præceptum naturale. Et probatur: quia ratio præcisa, ob quam homo post peccatum non potest copulatiuè omne opus moraliter bonum elicere, est, propter inobedientiam potentiæ sensitivæ aduersus rationem: in statu autem naturæ integræ, cùm ratio dominio despotico potentiæ sensitivæ ratione originalis iustitiæ dominaretur, potuisset tunc opus studiosum quodcunquè copulatiuè elicere. Confirmatur exemplo hominis sani, qui potest quemcunquè laborem ferre: & natura tunc per iustitiam originalem dominantem sensibus erat sana.

Hinc,



Hinc, homo poterat tunc omnia præcepta naturæ: vt sunt **Append. 2.**  
decalogi præcepta, quantum ad substantiam actus seruare.  
Si quidem omnia sunt bona moraliter.

**CONCLUSIO III.**

Homo in statu naturæ integræ dilectione naturali, & nõ  
meritoria, poterat diligere Deum super omnia. Et ratio est;  
quia homo in vtroque statu naturaliter potest cognoscere  
Deum super omnia diligendum, & esse vltimum finem na-  
turalem omnium actionum; vt constat ex .7. notabili: ergo  
naturaliter voluntas non impedita, quale erat tunc liberum  
hominis arbitrium, potuisset conformare se rationi rectæ di-  
ctanti, Deum esse super omnia diligendum. Et cõfirmatur:  
nam si fortis politicus potest pro defensione patriæ mortem  
studiosè subire; quia hoc dicitur ratio; multo magis profectò  
poterat tunc Deum super omnia diligere, cum hoc recta etiam  
ratio diceret. Sed de hac conclusione, quæ est Scoti vbi supra  
latius infra. Hactenus de primo sensu tituli difficultatis hu-  
ius, nunc de secundo agendum, & sit quarta conclusio ordi-  
ne, & prima secundi sensus.

**CONCLUSIO IIII.**

Homo in statu naturæ lapsæ, solo generali auxilio serua-  
re collectiue omnia præcepta moralia, quæ sunt legis natu-  
ræ, vt præcepta virtutum absque speciali Dei auxilio haud  
potest. Ratio sumitur ex discrimine inter statum naturæ inte-  
græ, & lapsæ: quia tunc, quando ratio dominio despotico  
potentiæ sensitivæ dominabatur, poterat sine difficultate  
omnia collectiue operari, præsertim cum illi statui iuxta  
probabilem opinionem peccatum veniale non esset compos-  
sibile: atuerò in statu naturæ lapsæ non quæcūque volumus  
præstare, & efficere possumus. ad Galat. 5. Si enim omnia  
collectiue natura corrupta posset, nullum profectò discrimẽ  
esset inter statum naturæ integræ & nostrum, quod est omni-  
nò erroneum. Hoc idem D. Paul. ad Roma. 7. proclamat.  
Non enim quod volo bonum, hoc facio, &c.

*Ad Gal. 5.*

*ad Roma. 7.*

**CONCLUSIO V.**

Homo potest ex viribus naturæ in statu naturæ lapsæ  
adimplere singula præcepta, hoc, scilicet, vel illud solo gene-  
rali

*ad Rom. 2.* rali Dei concursu. Hæc conclusio est expressè definita à D. Paul. Cùm gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, &c. Hinc, ita probo conclusionem. Naturaliter aliquid facere est operari illud per auxilium tantum generale: vt ex suprâ dictis constat, & cùm gentes absquẽ lumine fidei seruent naturaliter, teste B. Paulo, præcepta legis naturæ, licet non omnia, seruant profecto illa per solum generale auxilium. Aliter enim falsum esset dicere, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: sed esset dicendum supernaturaliter, si speciale auxilium esset ad hoc necessarium. Et si quis dixerit, sensum B. Paul. esse de cognitione naturali præceptorum, & non de operatione. Respondetis hoc esse expressè contra textum. Non enim dixit beatus Paul. Intelligunt: sed faciunt. Nam de cognitione iam cap. primo egerat, quando dixit. Inuisibilia Dei à creatura mundi, &c. Lege apud Vegam, & alios, quorum est hæc conclusio, contra primam opinionem multas sanctorum patrum autoritates, quibus illam confirmant.

*Append. 3.* Hinc, homo viribus naturæ poterit singula præcepta secundæ tabulæ, scilicet, honorare parentes, cauere homicidia, adulterium, &c. adimplere, disiunctiue, inquam, non copulatiue. Instar hominis infirmi, qui potest vnum, aut alterum passum peragere: non tamen multos. Et tanta est naturæ lapsæ imbecillitas: vt præceptum vnum, aut alterum difficillimè seruet.

*S. Tho. art. 3.* Hinc etiam apertissimè hæresis Pelagij in principio difficultatis propolita eradicatur.

*S. Bona. art. 1. q. 3.*

*Durand.*

*Ricard. & alij hac dist.*

*Scoto lib. 1. de natura, & gratia c. 22.*

*Vega q. 10.*

*de iustificac.*

*Artic. III. Vtrum homo solo generali Dei auxilio possit Deum super omnia diligere?*

**D**Octores omnes tenent contra Pelagium in hac distin. & affirmant ad diligendum Deum super omnia necessarium esse auxiliũ Dei speciale. Soli Scoto falsissimè

finem imponitur error Pelagij, scilicet, quod sine gratia auxiliij specialis possit homo Deum super omnia diligere. Efferretur què modo ab hac calumnia liberandus, nisi in floribus. 4. lib. in q. 1. de poenit. artic. 6. An poenitentia à timore, &c. hoc à nobis præstitum fuisset. Et ne actum agere videamur, quæ illic continentur lege, si veritatis, & honoris proximi studiosus es. Ad maiorem autem huius articuli, qui difficilis, & vtilissimus est, explanationem diligenter, quæ sequuntur, animaduerte.

Scotus liberatur.

Præcepta diuina dupliciter possumus adimplere: vel quantum ad substantiam actus, vel quantum ad intentionem Dei præcipientis. Primo modo adimpleret præceptum, qui rem, sine actum, qui in lege præcipitur bene, vel male moraliter efficit: vt qui extreme indigenti eleemosynam propter vanam gloriam largitur, & qui die dominico propter hypocrisim audit missam, hic male moraliter adimpleret quantum ad actus substantiam. Secundò autem modo, scilicet, quantum ad intentionem præcipientis adimplere præceptum est, quando eo modo seruantur mandata, quod sint actus vitæ æternæ meritorij.

1. Animad.

Hinc, ad obseruandum præceptum, quò ad substantiam actus non erit necessarium auxilium speciale. Nam generale erit satis. Et ratio est, propterea quod est actus solo modo naturalis & non supernaturalis, id est, præmio æterno dignus. Hac animaduersione posita, sensus tituli est. An, vt contingit adimplere cætera omnia præcepta quò ad substantiam actus, solo concursu generali: ita vt homo à noua culpa liberetur: vitam tamen æternam per talem obseruantiam non mereatur, nequè ad gratiam disponatur: ita etiam vsuere possit: vt homo solo concursu generali præceptum dilectionis Dei super omnia quò ad substantiam actus obseruet, ita quod à noua culpa liber euadat, & gratiam non obtineat, nec gloriam mereatur?

Append.

Dilectio Dei super omnia potest intelligi dupliciter, extensiuè, & intensiuè. Extensiuè diligitur Deus super omnia, quando nulla creatura diuinæ voluntati antepositur. Præ omnibus enim debemus diuinam voluntatem facere.

2. Animad.

Scot. in. 3. d.

27. q. 7. mica.

Ad art. 3.

*Ad Rom. 12.* Ad Roma. 12. Nolite conformari huic seculo, &c. vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Intelligitur verò diligitur, quâdo maiori affectu, quàm omnes creaturæ amatur, idest, quando amore inexpugnabili, & inuincibili diligitur, iuxta illud Cânt. 8. Fortis est, vt mors dilectio. Nam vt mors est inuincibilis (hactenus enim nemini pepercit, & à nullo superata est) ita debet esse intensa dilectio, & fortis. Hoc modo B. Paul. diligebat Deum, quando dicebat. Quis nos separabit à charitate Dei, &c. Est autem intelligenda particula super omnia: ita vt nihil, quod sit amicitia Dei contrarium, admittatur.

*Cant. 8.*

*ad Rom. 8.*

*3. Animad.* Actus amicitia, siue dilectionis in Deum, qui nobis præcipitur, est duplex. Imperfectus vnus. Alter perfectus. Primus ita describitur, est actus dilectionis composibilis cum mortali peccato, talis est hic actus, volo deinceps Deo in omnibus placere, in homine, qui elicius peccati præteriti complacentiam habet. Est enim possibile: vt simul peccata præterita placeant, & talis actus eliciatur. Exempla passim reperies, quod sine maximo cordis dolore, & lachrymarum abundantia, nequè cogitandum, nequè loquendum, nequè scribendum, nequè legendum erat. Quia vix est, qui faciat bonum, vix est vsquè ad vnum. Actus autem amoris perfectus, siue dilectio perfecta est actus ex natura sua incompossibilis cum peccato mortali: vt si quis eliceret hunc actum, vellem hactenus placuisse Deo in omnibus, & deinceps propono in omnibus placere. Et hoc ita efficaciter proponat: vt potius vellet mortem subiisse, & omne malum incurrisse, quàm hactenus Deo displicuisse, vel deinceps displicere: Et quia huiusmodi dilectio habet annexam in præparatione animi obseruantiam omnium mandatorum: idè est incompossibilis cum mortali peccato. Nam, si recordatur peccatorum præteritorum, impossibile est habere hunc actum: quin simul eum pœniteat. Si non recordatur, ipsemet dilectionis perfectæ actus est pœnitentia virtualis respectu peccati igno-  
rati, & peccati, cuius non recordatur. Ijs ita constitutis, explicandus erit articulus iuxta duplicem sensum: vt fuit præcedens articulus declaratus.

CONCLUSIO.

Homo in statu naturæ integræ, secluso auxilio speciali, ex viribus naturæ dilectione perfecta, non tamen vitæ æternæ meritoria, poterat diligere Deum super omnia. Et ratio est: quia in statu naturæ integræ homo cognouit Deum esse summum bonum, & super omnia diligendum. Nam si in statu naturæ corruptæ potest prædicto modo cognosci: vt D. Paul. ad Roma. 1. docuit, multò magis poterat tunc cognosci, & per consequens super omnia à voluntate amari. Consequentia probatur: nam quando voluntas nequit se naturaliter dictamini recto conformare, vel est propter obstinationem in malo, vel quia non est libera, vel quia est infirma, & minus potens, propter rebellionem potentia sensitivæ contra rationem. Et voluntas tunc non erat obstinata in malo: quia nondum peccauerat: & erat libera, sicut modò, & non infirmabatur: quoniam virtute iustitiæ originalis potentis sensitivus dominio despotico imperabat: atquè ita naturaliter poterat tunc ex tota anima sua Deum super omnia præ cunctis creaturis diligere. Notanter dicitur in conclusione: non tamen vitæ æternæ meritoria ex solis naturæ viribus: propterea quòd, vt infra dicitur, sola iustitia originalis non sufficiebat ad meritum absquè gratia. Est autem præ oculis habendum, & diligentissimè notandum, cõclusionem hanc esse intelligendam de possibili in casu, q̄ non esset lex, vt diligenti Deum super omnia daretur gratia. Quoniam de facto aliter est dicendum: nam si Adam seruasset præceptū sibi inpositum, nō solūm assequutus fuisset gratiam: verūm confirmationem in gratia obtinuisset.

Ad Roma. x.

CONCLUSIO II.

Homo in statu naturæ lapsæ potest ex viribus naturæ dilectione imperfecta Deū super omnia diligere. Et ratio est: quia eūm voluntas creata naturaliter possit aliquam creaturam super omnia diligere (nam potest quis pro amico mortem subire) poterit, & Deum ipsum super omnia diligere. Quoniam creatura, cū sit bonitas finita, minus prouocat nos ad sui dilectionem, quàm Deus, qui est infinita bonitas, & summè diligibilis.

II. Part.

K CON-



## CONCLUSIO III.

In statu naturæ lapsæ impossibile erit solo generali auxilio adimplere præceptum dilectionis Dei super omnia dilectione perfecta, quò ad substantiam actus sine speciali Dei auxilio. Hæc conclusio est de fide. Et probatur primò autoritate D. Pauli ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vbi Græcè legitur dilectio Dei. Hinc, si dilectio Dei diffusa est, id est, habetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, &c. Ergo non habetur ex viribus naturæ, sed Spiritus sancti virtute. Et 1. Ioan. 4. Charitas ex Deo est. Vbi in textu Græco legitur: Dilectio ex Deo est: si igitur ex Deo, & ex dono Dei, non est nobis naturalis, nec viribus solius naturæ cõparatur. Est etiam definita in concil. Mileuit. cap. 4. & can. 5. & in Arausica. 25. & in Tridët. sess. 6. can. 3. Multi etiam sancti hæc veritatem catholicam docuerunt. Et lege, si per tempus licet, D. August. lib. de grat. & lib. arbit. cap. 18. & 19. & epist. ad Vitalem, & epist. 107. & lib. 21. de ciuit. cap. 15. & D. Bern. in libello de diligendo Deum. His enim in locis conuincunt Pelagianos, & docent dilectionē Dei nō esse in nobis, & ex nobis, vt Pelag. affirmabat: sed esse donum Dei. Tandem ratione confirmatur: quia cū fides catholica (vt suprà ostensum est) non possit haberi ex viribus tantū naturæ, nequē poterit dilectio Dei super omnia. Præstatiō enim virtus est dilectio, quā fides, maior autem horum est charitas: quare si natura non est potens in id, quod minus est, in id, quod maius est, minus poterit.

*Ad Rom. 5.**1. Ioan. 4.**D. August.**D. Bernar.**Append.*

Hinc, sequitur potissimum discrimen inter obseruantiam huius præcepti, & cæterorum. Cætera enim quò ad substantiam actus sine gratia habituali præcedente, aut concomitante possunt adimpleri: hoc autem minimè. Oportet enim vt voluntas per gratiam Dei specialem ad diligendum Deum, vt objectum supernaturale est, eleuetur. Si quis enim perfectè diligit Deum, proculdubio diligitur à Deo, & ex consequenti habebit gratiam. Nā diligit Deus diligentes se. Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Et Ioan. 14. Qui diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum.

*Prou. 8.**Ioan. 14.**Hinc,*

Hinc, etiam confutatur hæresis Pelagij in principio posita, & Lutheri hæresis dicentis. Papistæ docent, quòd ratio sine spiritu Dei possit diligere Deum super omnia: ergo non opus est vllò Christi beneficio: sed sepeliunt Christum, & frustra mortuum esse contendunt. Quod falsissimum esse satis ex iam dictis constat.

*Hæresis Pelagij, & Lutheri.*

*Prima diffiç. Vtrum homo in statu nature lapsæ possit per auxilium generale diligere Deum perfectè super omnia dilectione supernaturali?*

**H**Aec difficultas ad maiorem explicationem præcedentium proponitur. Et nota sequentia. Dilectio perfecta duplex est. Vna naturalis. Supernaturalis altera. Quæ in hoc conveniunt, quòd vtraque est impossibilis cù mortali. Aliter enim non esset perfecta. Differuntquè multipliciter. Primò ex parte principiorum, à quibus eliciuntur; quia principium dilectionis naturalis est liberum arbitrium cum generali Dei concursu: supernaturalis verò dilectionis principium est speciale Dei auxilium. Secundò distinguntur ex parte finis: quoniam Deus, quatenus est summum bonum, naturaliter cognitum, & est bonum vniuersale, à quo omnia quò ad esse pendent: vt pars à toto, est finis dilectionis naturalis: vt S. Thom. & Ricard. docent. Atuerò Deus, quatenus est obiectum beatificum, clarè in patria videndum, est finis dilectionis supernaturalis. Et constat vtrūquè mēbrum huius discriminis à definitione finis, quæ est, cuius gratia aliquid fit. Et cōfirmo rē hanc: si à philosopho solo naturali lumine illustrato, quærat. Cur diligat Deū? Respōdebit planè; quia est summè bonus, à quo cūcta bona procedūt: idè est tali dilectione dignus. Hac dilectione naturali diligūt Saraceni Deū: cū enim largas elemosynas elargiātur, & etiā brutis animalibus benefaciāt, si percōteris. Quare hæc facitis? respōdebūt; vt Deo summè bono, à quo bono cūcta procedūt, placeamus.

*Doct. vbi. 5.  
1. Nota.*

*S. Tho. 1. p.  
q. 60. art. 5.  
Ricard. dist.  
3. art. 5. q. 1.  
huius. 2. lib.*

Cæterum cum eorum dilectio sit composibilis cum mortali, non est perfecta: sed imperfecta. Vides, quo pacto ratio mouens ad diligendum Deum naturaliter cognitum, sit summa bonitas, & quod sit bonum commune. Verum enim uero si roges à fideli. Cur diligis Deum super omnia? respōdebit: quia est obiectum beatificum per dilectionem assequendum. Habemus enim commune obiectum beatificum, & hæc communitas est ratio amoris, vel amicitie. Vnde colliguntur duo. Primum est, quod ratio mouens fidelem ad amandum Deum est obiectum beatificum. Secundum, quod utraque dilectio habet diuersum finem formalem: eundem tamen materialem, nempe, Deum. Tertio dissident ex parte actus, siue effectus, eò quod effectus dilectionis naturalis est cauere omne peccatum, & seruare, omnia præcepta, quò ad substantiam actus tantum: at uero effectus dilectionis supernaturalis est non solum seruare præcepta (ut dictum est) verum etiam meritorie seruare, & peccata omnia cauere: ita ut talis dilectio sit actus uitæ æternæ meritorius.

Append. 1.

Append. 2.

Soto vbi. s. c.

22.

2. Nota.

Hinc, istæ duæ dilectiones dicuntur specie accidentaliter distinctæ. Propterea quod vna est accepta Deo ad uitam æternam; altera uero minime. Lege Sotum vbi supra post medium propositione, 3. vbi de bina dilectione agit. Dilectio naturalis est duplex, Vna perfecta, & super omnia quantum ad cauendum omnia peccata, & ad omnia præcepta quantum ad substantiam actus dumtaxat adimplenda, & hoc amore amicitie in Deum. Altera imperfecta, quæ mortale peccatum secum compatitur.

### CONCLUSIO I.

Hæc est S.

Tho. hoc art.

ad primū, &

prima parte,

& Ricardi

vbi. s. &

Scoti in. 3. d.

27. art. 1.

Homo in statu naturæ integræ ex viribus naturæ dilectione naturali, & perfecta poterat diligere Deum super omnia. Et ratio est; quia tunc sine gratia, & per solam iustitiam originalem sanantem naturam, & omnem appetitum sensituum opprimentem, quo minus aduersus rationem insurgeret, poterat omnia peccata fugere, & omnia præcepta quò ad substantiam actus adimplere: eò quod natura erat sana, & potentia sensitua dominio despotico subieciatur rationi. Atq; ita poterat dilectione naturali tantum Deum super omnia

omnia diligere: nō tamen meritorie propter gratiæ defectū.

CONCLUSIO II.

Homo in statu naturę lapsę non potest dilectione naturali, & perfectā diligere Deum super omnia. Et ratio est; quia cū natura sit infirma, & sensualitas rationi contraria, non potest ex viribus naturę cauere omnia peccata, & obseruare omnia præcepta, quod ad dilectionem perfectā naturalem desideratur. Sed de ijs in sequentibus articulis latius.

CONCLUSIO III.

Homo post naturam lapsam viribus naturę potest imperfecte dilectione naturali Deum diligere. Et ratio est; quia si demonibus daretur optio plus sui, quā Dei annihilationem diligere: vt S. Thom. 1. p. docet. Non tamen diligunt Deum super omnia: quia potius peccatum, quā placere Deo diligunt. Et confirmatur ex S. Thoma. ibidem: nam si homo, vel angelus, naturaliter plus se ipsum, quā Deum diligeret, dilectio naturalis non perficeretur per charitatem: sed destrueretur, quod est erroneum. Quia naturalia omnia perficit, & non destruit. Et tandem quia inter res naturales, quę est sub esse alterius; vt est pars sub esse totius, magis diligit illud, à quo habet esse, quā se ipsam: & Deus bonum vniuersale est, dans angelo, & homini esse.

S. Tho. 1. p. q. 60. art. 5. & in præsentia artic.

Alex. Alen.

Secunda diffic. Hoc præceptum diligendi Deum super omnia potest ne per auxilium speciale, etiam in via adimpleri?

p. 4. q. 17. m. 7. & q. 18. m. 4. art. 5. §. 7. in fine. S. Tho. 2. 2. q. 44. art. 6.

CONCLUSIO I.

Potest viator perfectam habere charitatem. Constat. i. Ioann. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, & cū sancti nihil aduersum præ Dei timore habuerint: habuerunt profecto perfectam charitatem, non qualem comprehensores habent in patria: sed qualis haberi potest in via.

Castro cōtra hæreses ver. præceptum. hæresi. 4.

*Ad Philipp.*

3.

Et D. Paul. vtriusquæ charitatis ad Philippen. 3. mentionem facit. De charitate enim patriæ ait: non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si comprehendam, in quo, & comprehensus sum à Christo Iesu. De charitate vero in via subdit: fratres ego me non arbitror comprehendisse, &c. Quicumquæ ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: quare si B. Paulus vocat sanctos in via perfectos: ergo in via posunt charitatem perfectam habere, eritquæ in via perfecta charitas, eò solum quòd non admittat mortale, quamuis admittat venialia.

## CONCLUSIO II.

Præceptum dilectionis nullus in via, etiam confirmatus in gratia, potest perfectè implere. Et ratio est, quia perfecta impletio est semper actu diligere Deum, & nullum admittere veniale: quòd quidem, vt scriptura sancta passim docet, est viatoribus impossibile.

## CONCLUSIO III.

Potest hoc præceptum à viatoribus imperfectè adimpleri. Et ratio est, quia possunt non admittere mortale peccatum impossibile cum charitate. Illustrat conclusionem S. Thom. 2. 2. vbi supra exemplo duorum militum, quorum vnus pugnat, & vincit hostem, & hic perfectè adimplet: quia consequitur victoriam, quæ est finis à principe præcipiente pugnam intentus. Alter verò pugnat, & non vincit, hic imperfectè implet: quia obtemperat duci: non tamen ad finem à duce intentum peruenit, scilicet, ad victoriam. Similiter Deus intendit per hoc præceptum: vt perfectè ei vniamur in amicitia: expellendo omne peccatum, etiam veniale. Qui quidem finis non potest nisi in patria haberi: poterit tamen imperfectè obseruari, non admittèdo aliquod contrarium charitati.

*Hæresis Lutheri.*

Hinc confutatur hæresis Lutheri asserentis, hoc præceptum esse obseruatu impossibile. In quem Castro vbi supra multa adducit.



Artic. IIII. Vtrum homo sine gratia Dei possit per sua naturalia implere legis precepta?

**H**ic articulus: vt est explicatu difficillimus: ita est, & scitu dignissimus, & vtilissimus: fiet autem perspicuus, positis aliquot difficultatibus, & quibusdam animaduersionibus plenis eruditione premissis, quæ dignæ sunt, vt semper animo versentur, & opere compleantur?

S. Tho. art. 4. vbi. 5.

S. Bona. art. 1. q. 3.

Durand. q. 4

Gabriel, &

Scot. q. vni- ca.

Ricar. & alij hac dist. 28.

Prima diffic. Vtrum homo in statu naturæ integræ potuisset ex viribus tantum naturæ omnia precepta naturalia, & supernaturalia seruare?

**P**recepta, vel sunt naturalia, quorum obseruatio non est vltima dispositio ad gratiam: vt sunt precepta decalogi: vel sunt supernaturalia, quorum obseruatio, vel habet gratiam concomitantem, vel est vltima dispositio ad gratiã: vt est preceptum diligendi Deum super omnia, & pœnitendi, sicut oportet.

Soto lib. 1. de nat. & grat. c. 22. & 23.

Vega de iustifica. q. 12. 13

& 14.

Iustitia originalis subijciebat rationem, siue liberum arbitrium, siue voluntatem Deo, non dominio despotico: vt diximus supra subiecisse potentiam sensitiuam rationi: sed solo dominio politico. Et ratio est; quia voluntas tunc, sicut, & nunc, libera manebat. Aliter enim si dominio despotico fuisset tunc Deo subiecta, non potuisset peccare.

Doct. locis in principio art. citatis.

1. Animaduersionio.

Hinc primum hominis peccatum non potuit esse ex parte appetitus sensitui. Et ratio est: quia voluntas dominabatur illi dominio despotico: sed ex parte voluntatis, quæ erat omninò libera.

2. Animaduersionio.

Append.

CONCLUSIO I.

Homo in statu naturæ integræ non potuit viribus nature precepta supernaturalia adimplere. Et ratio est; quia eorum obseruatio fuisset vltima dispositio ad gratiam. Et vltima dispositio ad gratiam, cum sit donum supernaturale; non potest solis naturæ viribus comparari.

## CONCLUSIO II.

Homo in statu nature integrè potuit solis nature viribus omnia præcepta naturalia quò ad substantiam actus implere. Et ratio est; quia virtute iustitiæ originalis tunc voluntas integro dominio potentiæ sensitivæ, vt modò manui, dominabatur: & Deus multò magis voluntati, quàm modò iustis, dominabatur. Quod quidem erat satis tunc, vt homo omne peccatum caueret, & quodcumquè præceptum adimpleret. Erat enim in eo statu iustitia originalis homini cõnaturalis, quatenus naturale dicitur, quod à solo Deo creatur, & de lege toti nature debetur: vt erat tunc iustitia originalis. Atquè ita naturaliter virtute illius poterat omnia præcepta naturalia seruare.

*Secunda diffi. Poterit ne homo in statu nature lapsæ quò ad substantiam actus per totam vitam nature viribus omnia præcepta seruare?*

*Doct. vbi. 5.*

*Error Pelagij.*

*1. Animad.*

**H**Aec difficultas est in hac materia præcipua, quæ quidem tempore D. August. contra Pelagium maximè ecclesiæ facefferat negotium. Contēdebat enim Pelagius esse gratiæ Dei ascribendum, quod fecerit nos liberos, sed esse opus nature nostræ facere nos iustos. Verùm hoc in loco, vt titulum difficultatis perfectiùs intelligas, nota primum, sumi gratiam pro auxilio speciali, & non pro habitu gratificante: vt in sequenti difficultate accipitur. Secundo, vt præceptum quò ad substantiam actus adimpleatur, nõ est necessarium tale opus esse moraliter bonum. Satis enim est; vt nouum peccatum prohibitum præcepto, quod impletur, caueatur, quàmuis idem opus sit malum: vt qui in die paschatis recipit in mortali Eucharistiam per ignorantiam culpabilem, peccat mortaliter, & ecclesiæ præcepto satis facit. Similiter, & qui recipit baptismum in mortali, peccat mortaliter, & seruat præceptum de baptismo suscipiendo, quàmuis receptio sit mortalis?

Hinc,

Append. 1.

Hinc, aliud erit quærere. An homo ex viribus naturæ possit benè moraliter operari? Aliud verò. An possit adimplere præcepta quò ad substãtiam actus? Quia benè potest aliquis adimplere præceptum quò ad eius substãtiam, quãuis actus sit moraliter malus, vt ex propositis exemplis colligitur.

2. Animad.

Licet præcepta omnia vnico actu quantum ad præparationem animi rectè possint obseruari: vt si quis eliciat hunc actum: propono potiùs mortem subire, quàm præceptum aliquod frangere: non tamen quantum ad actum. Quando, scilicet, occurrit materia alicuius præcepti, possibile est omnia præcepta seruare: quia impossibile est, vt simul omnium præceptorum materia occurrat, nempè, occasio furandi, adulterandi, &c.

3. Animad.

Omnia præcepta adimplere potest intelligi dupliciter. Primò successiue singula, quod quidem potest vno die fieri, si eodem die materia singulorum præceptorum occurrat. Et hoc est, quod antiqui theologi significabant dicentes distribuendo signum, omnia pro generibus singulorum. Secundò intelligitur distribuendo pro singulis generum, quod nihil aliud est, quàm seruare per totam vitam singula præcepta, quotiescunquè eorum materia occurrerit, ita quòd si semel in vita defecerit, non dicetur quis omnia præcepta seruasse.

4. Animad.

Præceptorum duo sunt genera. Vnum eorum, in quibus solùm actus substãtia præcipitur, & non finis præipientis; vt sunt omnia præcepta iuris naturæ, & ecclesiastica. Alterum verò est eorum, in quibus præcipitur finis, qui à Cajet. in artic. citato S. Thom. modus operandi ex charitate, id est, ex amicitia Dei nominatur, vt patet in præcepto contritionis, & dilectionis Dei super omnia, in quibus finis, scilicet, Dei amicitia præcipitur. Nam reliqua omnia diuina præcepta sub primo genere continentur. Et ratio huius animaduersionis est, quia finis nũquam est in præcepto, nisi in ipso præcepto exprimatur. Patet exemplo ieiunij, cuius finis est carnis maceratio: vt à libidine abstinemus, & qui ieiunans fornicaretur, proculdubio ieiunij præceptum obseruaret. Finis autem cuiuscunquè præcepti à Deo intentus est charitas de

1. ad Tim. 1.

*1. hinc q. A*

corde puro, &c. ut per obseruantiam præceptorum homo ad diligendum Deum super omnia disponatur. Et cum in nullo præcepto naturali ecclesiastico, vel diuino, demptis contritionis, & dilectionis Dei super omnia præceptis, talis finis exprimat, nullum illorum, præter hæc duo, quò ad finem præcipientis; sed quò ad substantiam tantum obligabit.

*hinc A*  
Append. 2.

Hinc, nullus erit actus in viro iusto ex charitate elicitus, cui non possit esse alius similis in peccatore quò ad substantiam actus, ut si dolor de peccatis propter Deum ex viribus naturæ absque speciali Dei auxilio eliciatur; erit actus contritionis, quò ad substantiam actus, & adimplebit tunc peccator contritionis præceptum: non tamen erit ex intentione præcipientis; & ideo non erit talis contritio dispositio ad gratiam. Quia defuit fortassis circumstantia aliqua soli Deo nota, à nobis autem ex negligentia præternissa. Hæc ex Scoto, qui dicit penitentiam absolute posse innasci ex naturalibus hominis: sed non fructiferam, hoc est, ferentem gratiæ fructum. In hac difficultate non est instituta disputatio de præcepto dilectionis Dei super omnia, aut contritionis; quoniam de iis art. præcedenti diffinitum est, non posse sine speciali auxilio: immò sine gratia concomitante adimpleri: sed solum est futurus sermo de reliquis præceptis, exceptis virtutum theologicarum præceptis.

*hinc A**Scot. in. 4. d.**14. q. 2. in  
sol. ad vlti.*

## CONCLUSIO I.

*Ad Rom. c. 7*

Homo in mortali peccato existens non potest quò ad substantiam actus solis naturæ viribus omnia præcepta naturalia per longum tempus, accipiendo signum omnia pro singulis generum, adimplere. V. g. per annum non poterit solo generali auxilio omnia præcepta collectiue adimplere: ita ut quotiescumque occurrat materia grauis in nullo deficiat. Hæc conclusio est de fide. Et probatur primo autoritate D. Paul. Video autem aliam legem. Et infra. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius (id est de concupiscentia illicita, quæ ex corpore mortali oritur) gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quibus verbis significat B. Paul. se non posse desiderio libidinis, & iræ, &c. obuiam ire, nisi per gratiam Christi: non gratum facien-

*1. hinc q. A*

facientem: nam hęc concupiscentia etiam in ipsis iustificatis  
vuit, & regnat: vt D. Paul. De se ipso testatur dicens. Sen-  
tio aliam legem, &c. Sed per gratiam Christi, quę est auxi-  
lium speciale: quare sola voluntas cum generali auxilio non  
erit satis. Et ideo Sap. 8. Non possum esse cōtinēs, nisi Deus  
det. Non enim est volentis, neq; currētis; sed miserentis Dei  
idest, non est volentis velle bonum, nequē currentis currere,  
hoc est, benē operari: sed vtrūquē est ex Deo miserante. Ita  
hunc locum declarat S. Thom. Lege Vegam q. 13. citata. Fuit  
etiam definita hęc conclusio in cōcil. Mileuit. can. 4. & 5. &  
in Arauficano. can. 6. 9. & 20. Colligitur etiam necessariō ex  
cap. 13. sefs. 6. concil. Trid. Nam si iustificatus perseuerare nō  
potest sine speciali Dei munere, quin aliquando mortaliter  
peccet: multō minūs in peccato mortali existens poterit per  
longum tempus omnia praecepta adimplere, sunt etiam mul-  
tę sanctorum autoritates, quibus hęc veritas confirmatur.  
Præsertim B. Aug. ā. 90. epist. vsquē ad. 96. lib. de spiritu, &  
lit. lib. de gratia Christi cap. 8. & 9. lib. de gra. & lib. arb. c. 10.  
& 11. lib. 2. cōt. Pelag. & Coelesti. c. 25. Chrysofost. in Matth. in  
c. 20. in locū Soluite, & adducite mihi. Et B. Greg. lib. 22. mo-  
ralium cap. 12. Deniquē sit vnica ratio: quia in statu naturę  
lapsę homo priuatur iustitia originali, qua (vt dictum est) in  
statu naturę integrę vniuersa praecepta per totam vitam po-  
terat seruare, eō q̄ iustitia subijciebat tunc rationi appeti-  
tum sensitium: modō autem caret tali dono, & est infirma  
natura, & ita nequit homo per longum tempus totam legem  
seruare: instar hominis infirmi, qui non potest tamdiu: vt  
qui sanus est, ambulare.

Falso aliqui existimant hanc conclusionem esse contra  
Scot. & Durand. in principio difficultatis citatos: quoniam  
non loquuntur de auxilio speciali: sed de gratia habituali.  
Arbitrantur enim liberum arbitrium esse potens ad seruā-  
da omnia mandata per multum tempus absquē habituali  
gratia: non tamen sine speciali auxilio. Quod quidem est ve-  
rum. prout dubio sequenti erit planum.

Hinc destruitur error Pelagij, qui gratiam Christi solūm  
asserbat necessariam: vt doceremur per reuelationē, quid  
facere

*Sap. 8.*

*Ad Rom. 9.*

*D. August.*

*D. Chrysofost.*

*D. Greg.*

*Scot. & Du-  
rand. liberā-  
tur.*

*Heresis Pe-  
lagij.*



facere debeamus, non autem ad hoc, vt velimus ea facere, & vt possimus mandata explere. Quasi verò scientia, quæ inflat, sit donum Dei, & charitas, quæ ædificat, & quæ ad obseruationem mandatorum requiritur, donum Dei non sit. Contra quem, præter allegata, lege etiam cano. quisquæ, & cano. vltimum de consecrat. dist. 4. Et concil. Carthaginen. 7. Et decreta Cælestini primi, quæ omnia in summa conciliorum reperies.

### CONCLUSIO II.

Homo in statu naturæ lapsæ potest solo generali concursu omnia præcepta naturalia pro generibus singulorum seruare, quandocumquæ materia fuerit minima: non autem quandocumquæ fuerit grauis tentatio, & res magni momenti. Primæ partis conclusionis, scilicet, de materia leui, ratio est; quia si hoc efficere non possemus, liberum arbitrium naturale per peccatum esset omninò quò ad bonum extinctum, & solum maneret natura, vt in damnatis quò ad malum. Quod quidem est omninò erroneum. Secundæ partis ratio est; quia si possemus in materia magna, & graui naturaliter quamcumquæ magnam tentationem vincere, eadem ratione possemus omnia collectiue seruare. Non enim est maior de vno, quàm de omnibus ratio. Immo potentia per habitum acquisitum esset ad seruandum omnia præcepta pronior, atquæ facilior. Etsi hoc ex viribus naturæ efficere possemus, quemadmodum non oramus: vt ambulare, scribere, &c. possimus: quoniam hæc solo generali concursu conceduntur: ita non orarem dicentes: & ne nos inducas in tentationem. Si quidem esset frustra talis oratio, cum hæc viribus naturæ præstare possemus, quod est erroneum.

### CONCLUSIO III.

Possumus viribus naturæ non solum seruare singula præcepta naturalia in materia leui: verum etiam supernaturalia: vt spei, & fidei, & receptionis sacramentorum præcepta. Et ratio ex prima animaduersione est: quia omne præceptum diuinum (dempto præcepto dilectionis Dei super omnia) potest, quò ad substantiam actus, seruari, quàmuis talis præcepti

*Matth. 6.*

*Caiet. in hoc  
artic. & Soti  
cap. 22. Vbi  
s. est.*

præcepti obseruatio sit mortalis: vt si quis, ficta contritione suscipiat baptismum: vel fidem solum ex hypocrisis confiteatur: vel blasphemantem propter inanem gloriam increpet: vel culpabiliter ignorans in mortali existens in die paschatis Eucharistiam sumat. In ijs enim, & similibus euentibus adimpletur præceptum quo ad substantiam actus: & tamen cum peccetur, erit absquè auxilio speciali: quia Deus nemini ad malum auxiliatur. Alioquin peccatum Deo imputaretur, quod est blasphemum. Et animaduerte, quod si quis ex ignorantia inuincibili haberet attritionem excusaretur tunc à præcepto contritionis: atquè ita ex viribus naturæ adimpleret hoc præceptum contritionis ad hunc sensum, scilicet, quod non esset huius præcepti reus. Hactenus de obseruantia præceptorum quotiescumquè peculiaris eorum materia occurrit, nunc de eorundem obseruatione quantum ad animi præparationem, & fit

### CONCLUSIO IIII.

Homo viribus naturæ potest in præparatione animi omnia præcepta vnico actu seruare. Ratio Scoti est: quia præcepta affirmatiua nõ obligant semper, quò ad actum: sed quò ad animi præparationem, & hoc modo potest illa obseruare. Non enim est reus alicuius præcepti affirmatiui, qui habet animum adimplendi illud suo tempore, nempe, quãdo præcepti materia occurrerit: vt ille, cui est cordi honorare parentes, missam audire, &c. Et confirmatur ab Scoto: quia si hoc potest per vnã horam, poterit, & per duas, & per diem, & dies, & menses, & annos, & per totam vitam. Nam quò magis abstinerit, eò ad resistendum vitijs potentior efficietur. Perinde etiam adimplebit omne præceptum negatiuũ non faciendo contrarium.

Hinc homo existens in mortali indimisso, cuius non penituit, nequè habet modò complacentiam, poterit per vnã horam abstinere se ab omni peccato, & per illã horã omne præceptum quò ad substantiam actus adimplere.

Scot. hac distinct.

Append. 3.

*Tertia diffic. An possit eadem omnia præcepta adimplere; ita vt gratiam iustificantē nō cōsequatur?*

*Dionysij.  
Cisterciæ. m.*

*1. d. 17. q. 1.*

*Scot. & Duran. hac dist.*

*Vbi. 5.*

*S. Tho. in. 2.  
hac. d. 29.*

*S. Bona. q. 3.  
& Ricard.*

*hac dist. art.*

*1. q. 3.*

*Vega q. 13.  
de iustifica.*

*1. Animad-  
uersio.*

*Append.*

*Marsil. in. 2.*

*q. 18. art. 2.*

*2. Animad.*

*Ioan. 6.*

**E**Sto, vt dictum est, qd homo nō potest adimplere omnia collectiue quō ad substantiam actus sine auxilio speciali: queritur modò. Possit ne saltim eadem omnia, &c? Tres sunt de hac re opiniones. Prima Dionysij Cartusien. in 1. d. 17. q. 1. affirmantis, neminem posse extra charitatē præceptum aliquod adimplere. Secūda tribuitur Scoto, scilicet, posse hominē adimplere omne præceptū extra gratiam cōcomitantem. Hanc opinionē tuetur Duran. in præceptis naturalibus decalogi: non autem in præceptis de susceptione sacramentorum. Existimat enim non esse possibile de lege, posse aliquē adimplere baptismi, cōfessionis, & Eucharistiæ sacramentum absq; gratia habituali cōcomitante. Tertia opinio, & communis tenet de lege non posse aliquem implere omnia mandata collectiue, quin gratia habitualis præcedat, vel cōcomitetur. Hāc amplectūtur S. Thom. S. Bona. Ricard. Vega, & alij quā plurimi. Positis opinionibus super est, vt difficultatem elucidemus, quæ, vt perspicua magis, per lucidatq; reddatur, erunt, quæ sequuntur, animaduertenda.

Non est aliquod præceptum ponendum, nisi expressē tradatur, vel ex traditis in sacra scriptura, vel per ecclesiam colligatur. Tunc enim daretur perplexitas in lege, quod affirmare est hæreticum: quoniam tunc præcipisset Deus hominibus impossibile.

Hinc, non erit verum asserere, post lapsum naturæ humanæ, gratiam gratum facientem esse sub præcepto. Quia tale præceptum nec legitur in sacris litteris, nequē ex illis, vel ex ijs, quæ ab ecclesia tradita sunt, colligitur. Oppositum Marsilius docet.

Præceptum de administratione, siue receptione alicuius sacramenti aliud est à præcepto de digna administratione, siue receptione eiusdem sacramenti. Probatnr exemplo: nam de Eucharistia sumenda habetur præceptum Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. Et de eadem

digne

dignè sumenda, legitur præceptum apud Paul. Probet autè se ipsum homo, & sic de pane illo edat, &c. Et ratione confirmatur; quia minister: vt curatus, tenetur ex lege iustitiæ administrare sacramenta: dignè autem administrare tenetur ex lege. charitatis: vt dignè Deum colat. Et tandem; quia sunt diuersi actus in genere moris fructuosè recipere, siue administrare sacramentum, & illud absolutè recipere, siue administrare: & ita sub diuersis præceptis continebuntur. Frustrà enim pro eodem actû multiplicarentur præcepta.

1. Cor. 11.

Aliud est adimplere præceptum: aliud verò ab eius adimplerione excusari. Impletur enim præceptum, quando actus ibi expressus exercetur: excusatur autem, quando ratione ignorantia inuincibilis actus non exercetur. Et ratio est; quia, qui tempore, quo poenitere tenetur, dignè cõteritur, is præceptum contritionis adimplet: propterea quòd actum, qui in eo continetur, exercet: qui verò non exercet actum dignè poenitentia: propter ignorantiam inuincibilem contritionis: sed solùm habet actum attritionis, quam contritionem existimat, is ab implerione præcepti contritionis excusatur, quàmuis præceptum non adimpleat.

3. Animad.

Duo sunt præceptorum genera. Primi generis dicuntur esse præcepta, quæ sunt vltima dispositio ad gratiam: vt est præceptum contritionis, & dilectionis Dei super omnia. Secundi verò generis sunt præcepta de actibus virtutum moralium. Sub hoc genere continentur præcepta decalogi: nam tria primæ tabulæ sunt religionis, & diuini cultus, & spectant ad pietatem: septem verò secundæ tabulæ ad iustitiam proximo seruandam pertinent, nullumquè vtriusquè tabulæ præceptum est vltima dispositio ad gratiam. Nam cultus Dei, qui in primo præcepto mandatur, nihil aliud est, quàm protestatio fidei vnus Dei. Quòd quidem potest absquè gratia concomitante adimpleri, vel per exhibitionem sacrificiorum, vel per aliam fidei protestationem; vt per actum latriæ.

4. Animad.

Discrimen autem inter hæc duo præceptorum genera est, quòd in præceptis, quæ sunt dispositio ad gratiam non solùm præcipitur actus substantia: veràm etiam modus adimplendi

5. Animad.

plendi

plendi actum, nempe: vt sit ex charitate, & dilectione Dei super omnia. Nam in præcepto poenitentia præcipitur dolor de peccatis, qui est substantia præcepti, & modus etiam doloris, nempe: vt sit propter Dei offensam: similiter in præcepto charitatis præcipitur actus, nempe, dilectio, & modus, scilicet, vt sit ex toto corde, &c. Et ideo dicuntur vltima dispositio ad gratiam: quia, sic diligentes Deum, statim ab ipso diliguntur.

### CONCLUSIO I.

Homo non tenetur existere in gratia ad quodcumque præceptum diuinum, aut positiuum obseruandum. Et ratio est; quia nusquam reperitur tale præceptum adimplendi mandata in gratia, & non est aliquod præceptum ponendū, &c. vt habes in prima animaduersione. Tum etiam, quia omnes pro certo, & comperto habent, se non teneri ad confitendum transgressionem præcepti eleemosynæ, aut ieiunij, cum fecerint ieiunia, & eleemosynas, ad quas erant astricti, etiam si extra gratiam impleuerint, mores autem communes & existimationes populi Christiani pro lege habēdi sunt: sicut D. August. in epist. ad Casulanū docet. Et refertur dist. 11. can. in his rebus. Hæc conclusio est contra primā opinionem.

### CONCLUSIO II.

Potest aliquis adimplere præceptum recipiendi, & administrandi quodcumque sacramentum absque gratia gratum faciente. Et ratio est; quia, cum sint diuersa præcepta accipere, vel administrare, & dignè ministrare, vel recipere: vt constat ex secūda animaduersione, poterit vnum sine alio adimpleri. Non enim sunt præcepta connexa, sicut virtutes. Et patet exemplo baptismi suscepti à ficto, & confessionis factæ ab eo, qui ex ignorantia culpabili reliquit peccatum confitendum. In ijs enim casibus infructuosè recipiuntur sacramenta: nihilominus tamen præceptū quò ad actum adimpletur. Hæc conclusio est contra Durandum asserentem extra gratiam præceptum recipiendi, vel administrandi sacramenta ecclesiæ non posse adimpleri.

CON-



## CONCLUSIO III.

Potest aliquis absquè gratia concomitante præcepta decalogi, quò ad substantiam actus tantum, dempto præcepto dilectionis Dei super omnia, implere. Et ratio est; quia cum in huiusmodi præceptis non includatur modus adimplendi ex charitate: sed solum actus substantia præcipiatur: vt ex. 4. & 5. animad. constat, poterunt absquè charitate actuali, siue habituali, & ex consequenti sine gratia concomitante obseruari. Deus enim non diligit, nisi diligentes se. Tum etiam: quia cum non sint vltima dispositio ad gratiam: vt in quarta animad. diximus, poterunt sine gratia concomitante adimpleri. Circa locum autem Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, vbi promittitur seruantibus. 10. præcepta decalogi gloria, quæ præsupponit gratiam nota, inter præcepta obseruanda ad vitam æternam assequendam contineri præceptum dilectionis Dei super omnia. Non enim sufficit ad vitam æternam obseruatio mandatorum decalogi, nisi simul dictum dilectionis præceptum obseruetur, iuxtà illud Luc. 10. Diliges dominum ex toto corde, &c. hoc fac, & viues. Est enim vltima dispositio ad gratiam. Vel si, vt alijs placet inter præcepta decalogi recenseatur, hoc vno dempto, cætera sine gratia concomitante: vt habetur in conclusione, poterunt adimpleri.

Matth. 19.

Luc. c. 10.

## CONCLUSIO IIII.

Non potest aliquis præceptum poenitentiae, aut dilectionis Dei super omnia absquè gratia concomitante seruare. Et ratio est; quia in his præceptis non solum præcipitur actus substantia: vt potè dolor, & dilectio, verum etiam modus, quo fieri debet, scilicet, per conuersionem in Deum, per amorem super omnia diligibilia. Quam quidem conuersionem gratia, & amicitia Dei concomitantur, iuxta illud. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

Zachar. 1.

## CONCLUSIO V.

Habens attritionem, quam inuincibiliter contritionem esse existimat, similiter & diligens Deum super omnia amore concupiscentiae per ignorantiam inuincibilem, credens se amore amicitiae diligere, excusabitur ab omnium præceptorum

II. Part.

L

ptorum

*Scot. libera-  
tur.*

ptorum obseruatione, ita quòd non erit reus transgressionis; gratiam tamen non assequetur. Constat ex tertia animad-  
 uersione prima pars conclusionis. Vltima verò partis ratio  
 est; quia in similibus euentibus, cum nò diligit Deum amo-  
 re amicitia: sed potius seipsum, non diligitur à Deo, & per  
 consequens non habebit gratiam concomitantem. Restat ita,  
 quid Scotus senserit, declaremus. Nam in 2. artic. quæstionis  
 citatæ ait. Quando dicimus, quòd non potest homo seruare  
 omnia præcepta absque gratia habituali, non est propter im-  
 potentiam liberarbitrii indigentis gratia habituali ad obser-  
 uantiam omnium præceptorum: sed propter liberalitatem  
 Dei volentis dare gratiam obseruanti omnia præcepta. Vbi  
 apertè testatur Scotus, se non loqui de gratia gratis data, sci-  
 licet, de auxilio speciali necessario ad obseruationem omnium  
 mandatorum, vt loquuntur concilia contra Pelagium: sed de  
 gratia habituali, quæ omnium præceptorum obseruantiam  
 concomitatur, non ex natura rei: sed ex liberalitate diuina.  
 Quòd quidem est maximè verum. Vnde Scot. à labe Pela-  
 giana, quæ illi falsò imponitur, liberatur.

*Quarta diffic. Vtrum actus, quo præceptum, quò ad  
 substantiam actus tantum impletur, differat spe-  
 cie ab actu, quò meritorie, id est, ex intètionè præ-  
 cipientis adimpletur?*

*Scot. quo-  
lib. 17.**S. Tho. 1. 2.**q. 1. art. 3.**Arist. 3. de  
anima.*

**H**Acc difficultas proponitur ab Scoto. Et vt intelligas  
 duas esse species cuiuscumquè actus, nempe, in genere  
 naturæ, & in genere moris S. Thom. lege.

**CONCLUSIO I.**

Seruare præceptum quò ad substantiam tantum, & meri-  
 torie obseruare in genere naturæ eiusdem est speciei. Et ratio  
 est; quia actus in genere naturæ distinguntur per obiecta, &  
 cum vtriusquè actus idem sit obiectum: vt patet, non distin-  
 guentur specie: sed erunt eiusdem speciei.

**CONCLUSIO II.**

In genere moris prædicti actus specie distinguntur. Et ratio  
 est;

est; quia in genere moris actus sumunt speciem à fine: nam qui inæchatur, ut occidat, magis est homicida, quàm mæchus. Et cum fines horum actuum differât specie: quia finis actus meritorij est Deus, super omnia dilectus: finis autem actus, quò ad eius substantiam est alius, què operans sibi præfixit: different profectò huiusmodi actus in genere moris specie.

Aristot. 5.  
Ethic.

Artic. V. An sine gratia possimus mereri vitam æternam?

S. Thom. art.  
5. ubi. s. &  
q. 114. art. 2  
& 3.  
S. Bona. dist.  
27 q. ult.  
Dnrâ. eadē.  
d. 27. q. 2. &  
alijs ubi. s.  
Vega q. 4. &  
5. de iustific.  
& lib. 15. su  
per concil.  
Trid. cap. 16  
Ad Roma. 6.

**A**rtic. hic suprâ in dist. 27. in materia de merito fuit latissimè disputatus: & idè brevissimè in præsentia ab- soluetur.

CONCLUSIO I.

Homo sine gratia vitam æternam promereri de condigno nõ potest. Et ratio est; quia meritũ est opus de iustitia æquale præmio, & cum merita nostra extra gratiam sint inæqualia præmio æterno, & indigna: erit necessaria gratia Dei, qui velit opera nostra, tanquàm digna tanto præmio acceptare. Et confirmatur exemplo; quem admodum si rex alicui civi vnum tantum numum habenti diceret: volo tibi civitatem multa ducatorum millia isto numo vendere: tunc verum esset dicere, iste per vnum numum, & gratiam regis emit civitatem, & non per numum tantum: ita in proposito. Quod insinuat D. Paul. dicens. Gratia Dei vita æterna. Ac si diceret: merita, quibus vitam æternam promeremur æquivalent æternæ vitæ, non ex naturali ipsorum operum valore; sed ex gratia Dei volentis opera ipsa, tanquàm si essent, æquinã lentia, acceptare.

Error Pela-  
gij.  
Ad Gal. 2.

Hinc etiam labefactatur error Pelagij dicentis, operibus naturalibus nos gratiam, & gloriam promereri. Contra què est etiam locus B. Paul. ad Galat. 2. Si per legem iustitia: ergo gratis Christus mortuus est. Ac si diceret. Si ex operibus naturalibus possumus gratiam, & gloriam mereri, sine causa Christus mortuus est. Siquidem nostris operibus iustificari, & saluari poteramus.

## CONCLUSIO II.

Opera hominum ex natura rei sufficientia sunt ad aliquem finem connaturalem obtinendum. Et ratio est; quia operibus studiosis cōsequimur virtutes morales, quæ sunt habitus.

*DVB. Quo pacto potest homo de condigno vitam eternam mereri?*

*Caiet. 1. 2. q.*

*114. art.*

**C**Aiet. est hoc dubium. Ratio dubitandi est: quia inter Deum, & hominem non potest reperiri ratio iustitiæ simpliciter sumptæ: nam quicquid creatura Deo offerre potest, est obsequium, plusquam debitum.

*Prima Propositio.*

Si opus meritorium cum Deo præmium retribuente cōparetur, nulla est inter Deum, & hominem simplex iustitia. Et ratio est: quia cum omne obsequium sit Deo debitum, non tenetur de iustitia pro eo reddere præmium: sed solum sicut pater filio obedienti, & dominus seruo fideli tenetur necessaria victui, & vestitui retribuere. Non quod obsequia patri, & domino sint indebita: quoniam filius patri, & seruus domino talia obsequia præstare tenetur.

*Secunda Propositio.*

Si verò opus meritorium cum mercede æterna, & præmio, quod pro illo datur, comparetur, sunt hæc ratione gratiæ simpliciter æqualia. Et ratio Caiet. est: quia, ut semen est in virtute æquale arbori, ex eo generatæ: ita, & gratia est, velut semen generans gloriam, sibi æqualem. Quod est intelligendum secundum iustitiam distributiivam, non autem commutatiivam: ut art. de merito copiosè declarauimus.

Artic. VI. An possit homo seipsum ad gratiam per seipsum absq̄ exteriori auxilio gratiæ præparare?

**T**Vnchomo ad gratiam præparatur, quando in Deum per aliquem actum amoris conuertitur. Est enim peccator auersus à Deo, idest, Dei inimicus; conuertitur autem, quando incipit diligere Deum, & per istam conuersionem recipit gratiam, & amicus Dei efficitur. V. g. quem admodum, qui vertit terga soli, non habet lumen solis in oculis suis, quod, vt recipiat, oportet, vt faciem ad solem conuertat: ita anima, quæ per peccatum est auersa à sole iustitiæ Christo Iesu, caret eius luce, quæ est gratia, quam: vt recipiat, debet necessariò per actum pœnitentiæ, & amoris in Deum conuerti.

S. Thom. vbi  
S. artic. 6. &  
alij doct. in-  
frà citandi.  
S. Bona. art.  
2. q. 1.  
Nota.

CONCLUSIO.

Homo non potest ad gratiam, & amicitiam Dei se ipsum præparare: quin Deus illum per efficax imperium moueat. Et ratio est; quia tunc homo præparatur ad gratiam, quando &c. vt habes in notabili posito, & est solius Dei proprium mouere aliquem in vltimum finē, scilicet, in Deum ipsum. Et confirmatur Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, &c. Hinc, si necessariū est, vt à Deo trahatur, non poterit ad gratiam, & amicitiam Dei seipsum præparare; quin Deus illum per efficax imperium moueat.

Ioan. 6.

*Prima diffic. Vtrum possit aliquis viribus nature sine speciali Dei auxilio pœnitere, sicut oportet: vt iustificationis gratiam consequatur?*

**D**Væ sunt circa hâc difficultatē opiniones. Prima cõmunis, & catholica defendit, neminē posse viribus nature immediatè disponere se ad gratiam, quæ est S. Tho. hoc art. 6. & 7. & in 3. p. q. 62. art. 2. ad 3. & D. Bona. art. 2. q. 1. & d. 20. q. 1. & distinct. 30. q. 1. Ricard. art. 1. huius dist.

S. Thom.  
S. Bona.  
Ricard.



*Marfil.* Marfil, quæst. 17. 2. & Gregor. Ariminen. q. 1. distinct. 26. 2. & *Greg. Arim.* aliorum multorum.

*Durand.* Secunda opinio est Durand. hac dist. q. 5. & Gabriel. & Almain. Maioris, & Caiet. quæst. 1. de contritione, qui opinati sunt, posse hominem absque speciali diuina motione per bonum opus morale immediate disponere se ad gratiam.

*Gabriel.* Hæc opinio ascribitur Scoto: quia in 4. distinct. 14. affirmat, viribus naturæ cum communi influentia posse hominem considerare peccatum, tanquam offensiuum Dei, &c. *Almain.* Vnde falsò eum accusant & errore Pelagij notant. Erat què modo liberandus ab hac calumnia Pelagiana, nisi hoc actum esset in floribus. 4. in quæst. 1. de pœnitentia, artic. 6. An pœnitentia à timore, &c. *Maioris.* Legetiam Vegam de iustificat. quæst. 1. ubi dicitur, quod si quis peccatum commiserit, & non se ad gratiam converterit, non potest per se peccatum remittere, nisi per gratiam.

*Caiet.* *Scot. liberatur.* *Vega q. 11. de iustifica.*

### CONCLUSIO I.

*Scoto in. 4. dist. 17.* Homo viribus naturæ, quò ad substantiam actus, potest habere pœnitentiam, quæ non sit vltima dispositio ad gratiam. Hæc conclusio probatur apertissimis diuinæ scripturæ testimonijs. Nam 2. Reg. 12. Incerpatus Dauid à Nathan propheta de adulterio cum Beth-sabec, & de morte Uriæ, dixit. Peccaui, cui propheta respondit. Transiit Dominus peccatum tuum, &c. quia pœnituit, vt oportuit. Similem omninò actum pœnitentiæ quò ad substantiam habuit Saul: nam perinde reprehensus à Samuele propter inobedientiam, dixit. Peccaui: sed quia non, vt oportebat, pœnituit, veniam non obtinuit. Pœnitentiam quoque egit Antiochus quò ad substantiam actus tantùm, quando diuina admonitus plaga dixit. Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Et veniam non obtinuit. Orabat autem, dicit scriptura, scelestus dominum, à quo non erat misericordiam consecuturus: quare poterit homo viribus naturæ, &c. vt habet conclusio.

*2. Reg. 12.*

*1. Reg. 15.*

*2. Mach. 9.*

### CONCLUSIO II.

Homo non potest viribus naturæ pœnitere, sicut oportet, vt iustificationis gratiam assequatur. Hæc est de fide, & colligitur apertissimè ex varijs locis sacræ scripturæ, in quibus initium nostræ iustificationis, & conuersionis in Deum per amorem,

amorem, & penitentiam, à solo Deo esse docetur: vt in articulo de iustificatione supra fuit expositum. Et ad Coloss. 1. Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Vbi B. Paul. Iustitiam, & gloriam collatam sanctis, vocat sortem: quia sicut ea, quæ nobis sorte eueniunt, non contingunt per nostram industriam: sed per solius Dei providentiam: ita iustitia non oritur ex nostra industria, aut ex nostra electione: sed ex dono tantum Dei vni, & non alteri conferentis. Quia non est volentis, neque currentis: sed Dei miserentis, qui cui vult miseretur, & quem vult, indurat. Fuit etiam definita in concil. Arausicano. 2. can. 4. 6. 8. & 13. Et in Trid. sess. 6. cap. 5. & can. 3. Eam quoque D. August. multis in locis copiosissime probat: vt in lib. 4. contra duas epistolas Pelagianas, & in tertio Hispognosticon, & in lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium, & Coelestinum cap. 45. & in lib. de grat. & lib. arbit. cap. 5. & 6. & in lib. 5. contra Iulianum cap. 9. & lib. 1. Retracta. cap. 9. & contra Iulianum hæreticum. Tandem ratione illustratur contra Pelagium: quia eiusdem agentis est inducere formam in subiectum, & dispositionem ad illam. Quod intelligendum est de agente naturali: quia in artificialibus aliter res se habet: nam lignarius dolat lignum, & pictor formam imaginis introducit.

Hinc error Pelagij, sapè dånatus, funditus euertitur, quo speciale auxilium diffitebatur.

### CONCLUSIO III.

Hæreticum est asserere liberum arbitrium in actu penitentiae nihil operari. Hæc fuit supra distinct. 25. copiosissime demonstrata. Et est definita in concil. Trident. sess. 6. can. 4. vbi ita legitur. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quò ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac præparet, &c. anathema sit.

Hinc, etiam conuellitur hæresis Lutheri, quam distinct. 25. confutauimus, qui negabat preparationem ad gratiam esse necessariam.

Coloss. 1.

Ad Rom. 9.

D. August.

Hæresis Pelagij.

Hæresis Lutheri.

*Secundā diffic. Vtrum gratia, quæ nostram iustificationem præcedit, sit aliquod speciale auxilium, vel ipsa gratia gratum faciens?*

*S. Thom.*

*Scot.*

*Scot.*

*Soto lib. 2. de*

*nat. & gra-*

*tia. c. 18.*

*Vega.*

**D**Væ sunt de hac re extremæ opiniones. Vna S. Tho. 1. 2. q. 113. art. 8. affirmâtis, in iustificatione impij prius natura infundi gratiam, quàm homo moueatur per liberum arbitrium in dilectionem Dei, & peccatorum detestationem. Eiusdem sententiæ est Scot. in. 4. distinct. 14. q. 2. artic. 2. & dist. 16. in fine quæst. secundæ. Altera opinio est nominalium, quam obiter refert, & sequitur Vega de iustifica. quæst. 6. in sol. ad. 9. nempè. Quòd ista gratia, per quam disponimur ad iustitiam per contritionem, non sit ipsa gratia gratum faciens, quæ formaliter iustificat peccatorem; sed solum motio diuina, id est, volitio, qua vult Deus peccatorem disponi ad gratiam. Est autem discrimen inter has duas opiniones, quòd Thomistæ existimant in iustificatione peccatoris solum concurrere ex parte Dei vnicam actionem, scilicet, infusionem, siue creationem gratiæ, quæ eadem numero dicitur adiuuans, & informans: autores verò secundæ opinionis putant duas ex parte Dei numero distinctas gratias ad iustificationem peccatoris concurrere, quarum primam dicunt esse volitionem diuinam, qua Deus vult peccatorem elicere actum pœnitentiæ: secundam autem esse gratiam habitualem, qua formaliter peccator iustificatur. Verùm sint ne duæ gratiæ numero distinctæ? an vna? quæ vtrumq; fortiatur effectum, adiuuare, scilicet, & informare, quæstio est de nomine.

*1. Nota.*

In iustificatione peccatoris, quando omnia non concurrunt in instanti, vt in iustificatione Pauli: sed successiuè, duplex etiam concurrat successiuè dispositio. Vna, quæ tempore præuia est ad iustificationem; vt fides, dilectio, spes veniæ, timor gehennæ. Istæ enim dispositiones præcedunt tempore in catechuminis gratiæ infusionē. Altera dispositio est, quæ cõcomitatur ipsam gratiæ infusionē, quæ est contritio. Hoc notabile expressè est definitū in cõcil. Trid. sess. 6. c. 6.

*In*

In generatione, siue alteratione naturali per eandem actionem numero agens introducit formam principalem, & ultimam dispositionem ad illam: vt ignis, præcedentibus tempore quibusdam dispositionibus, vt est exciccatio ligni per calorem introducta, inducit etiam aliam dispositionem concomitantem formæ ignis introductionem, quæ est simul tempore cum forma ignis. Hoc notabile est Arist. in lib. de generatione vbi ait. Formæ afferunt secum suas ultimas dispositiones, nempe, qualitates in certo gradu, sine quibus, nec forma reperiri, nec conseruari potest: exempli gratia, si 8. gradus caloris non reperiuntur nisi in igne, neque ignis nisi in ipsis conseruabitur.

2. Nota.  
Arist.

### CONCLUSIO I.

Respectu dispositionum, quæ solent tempore præcedere iustificationem, vt sunt fides, spes, aliqualis dilectio, timor gehennæ, &c. non est eadem numero, & simul tempore, gratia gratis data, & gratia gratum faciens: sed illa est solum auxilium speciale, quo mediante, credimus, & speramus, &c. & paulatim ad iusticiam disponimur. Et ratio est; quia cum existentibus istis præuijs dispositionibus, nondum sit homo gratus Deo, non adiuuabitur tunc per gratiam gratum facientem: sed per auxilium: quod quidem non est entitas positua in peccatore: sed est tantum ipsa Dei volitio, qua vult, vt peccator credat, speret, & diligat, sicut oportet. Hoc est, vt sit dispositus ad gratiam.

### CONCLUSIO II.

Respectu ultimæ dispositionis, quæ simul tempore nostrâ iustificationem concomitatur, hoc est, respectu contritionis, quæ simul tempore est cum gratia, eadem numero gratia habitualis est causa formalis inhærens animæ, & auxilium speciale, quo Deus cum peccatore instrumentaliter ad contritionem concurrat, ita vt Deus infundendo gratiam, simul tempore, prius tamen natura, quam gratia inhæreat, excitet peccatorem, & adiuuet illum ad pœnitendum: ita quod infundere gratiam, & adiuuare peccatorem, sit vna, & eadem actio numero. Hæc conclusio est S. Thom. & Scoti, & colligitur ex concil. Arausic. can. 4. & 6. vbi dicitur, per infusio-

nem Spiritus sancti nos velle resurgere à peccato, & cùm Spīritus sanctus non infundatur nisi per gratiam: erit perfectō gratia habitualis, qua ad pœnitendum adiuuamur. Et ratione confirmatur per secundum notabile: quia agens principale per eandem actionem numero, per quam introducit formam principalem intentam, introducit etiam vltimam dispositionem ad formam. Et cùm gratia gratum faciens sit forma principaliter intenta à Deo, per eandem planè gratiæ infusionem, siue productionē in anima, adiuuabit Deus instrumentaliter animam ad eliciendum perfectum dolorem, qui sit vltima dispositio ad gratiam.

*Artic. VII. Vtrū homo sine auxilio gratiæ possit à peccato resurgere?*

*S. Thom. art.*

*7. vbi. 5.*

*D. Bona. art.*

*1 q. 1. huius dist.*

**S**ensu tituli est. An possit remissionem, & indulgētiā consequi absquē hoc, quod in Dei gratiam redeat, & absquē eius peculiari auxilio? Quod perinde est, ac si quaeratur. Vtrum possit dari medium inter gratiam, & culpam: ita vt possit homo peccati commissi obtinere remissionem sine gratiæ infusione? Hic articulus de potentia Dei absoluta fuit in floribus quarti quæst. 1. de pœnitentia art. quinto explicatus: nunc autem ex lege tantum erit definiendus.

*Nota. 1.*

Homo per peccatum triplex detrimentum præcipuè contrahit. Primum est macula, quæ est priuatio gratiæ, & amicitia Dei. Jam enim homo tunc non est Dei amicus, cuius amicitia causa erat acceptus ad gloriam, & filius Dei adoptiuus. Secundum est deordinatio, siue corruptio naturæ, quæ consistit in negatione subiectionis, siue in inobedientia voluntatis peccatoris in Deum. Et ratio est; quia sicut naturalis rerum ordo postulat; vt inferiora superiorum imperio subijciantur, vt elementa primo mobili subijciantur: ita, & ordo naturæ exigit, vt creatura Deo subijcatur, & homo per peccatum resistit Deo, & est illi inobediens. Vocatur quoque hæc deordinatio deuiatio: eò quod homo per



per peccatum est deuius. Via enim hominis est in Deum, tanquam in proprium finem, tendere: quemadmodum est via lapidis tendere in centrum, in quo quiescit, & peccator non in Deum: sed in infernum tendit. Tertium est reatus. Et est obligatio ad perpetuam gehennam. Ijs tribus detrimentis, quæ à D. Thom. hic proponuntur, potest addi quartum, quod est Dei offensa. Manet enim Deus offensus: quia offensa est iniuria irrogata Deo: eò quòd contra iustitiam negatur ei debita obedientia. Quemadmodum fieret iniuria, siue offensa regi, si illi suum inimicum antepongeremus. Quæ quidem offensa manet, donec satisfactio fiat.

Hominem resurgere à peccato nihil aliud est, quàm recuperare omne illud, quod peccando amiserat. *Nota. 2.*

### CONCLUSIO I.

HOMO de lege nullo modo per solas naturæ vires sine gratia habituali à peccato resurgere potest. Hæc conclusio est de fide. Ierem. 30. Infanabilis est fractura tua. pessima plaga tua. Non est, qui iudicet iudicium tuum, ad alligandum curationum vtilitas non est tibi. Vbi apertissime insinuat, per nulla beneficia naturalia posse nos à peccato mundari. Vnde Dauid petebat. Sana animam meam; quia peccaui tibi. Et alibi; Viam iniquitatis amoue à me. Et ratione confirmatur: quia cum resurgere à peccato sit mala in primo notabili posita refarcire, & hæc non reparantur, & refarciantur nisi per gratiam: quia priuatio gratiæ tollitur per gratiæ habitum, & deordinatio auferitur per eandem gratiam, qua Deus hominis voluntatem ad se trahit, & reatus similiter aboletur, Deo remittente poenam æternam: erit profectò de lege necessaria, non solum habitualis gratia; verum etiam speciale Dei auxilium, hoc est, motio diuina, quæ hominis voluntatem ad obediendum moueat.

*Ierem. 30.*

*Psal. 40.*

*Psal. 118.*

*Prima diffic. Poterit ne homo per solum generale auxilium sine speciali tollere habitum vitiosum, & studiosum acquirere?*

**M**ODO probatum est, detrimenta, quæ sunt contra ordinem supernaturalem, & contra supernaturale bonum, non posse sine speciali gratia refarciri, siue reparari, nunc de nocumentis, quæ ex peccato contra bonum naturale proficiscuntur, agitur. Et quæritur. Poterit ne homo, &c. Caiet. super hunc artic. S. Thom. opinatur ex viribus naturæ posse hominem refarcire damnum contra virtutem moralem ex peccato ortum, posse, scilicet, ex intemperato mutari in temperatum. Opposita opinio est S. Thom. in sol. ad. 3. Pendet huius difficultatis plena cognitio ex artic. 4. huius distinct. in quo demonstratum est, non posse hominem adimplere omne mandatum copulatiuè ex viribus naturæ: benè tamen singula, & in re leui, & per breue tempus.

#### CONCLUSIO.

Potest homo viribus naturæ reparare aliquod malum, quod sit contra aliquam virtutem moralem: non tamen omne, ita quòd poterit aliquo modo aliquos virtutis moralis actus exercere, quibus ad virtutes morales disponatur: non tamen per multum tempus sine speciali Dei auxilio. Et ratio est, quia si posset naturaliter omnem virtutem moralem reparare, posset etiam naturaliter omne præceptum legis naturæ seruare, quod suprà hac distinct. demonstrauimus esse falsum: quare nec poterit omnem virtutem moralem, nec omne damnum, quod infert peccatum in naturalibus restaurare.

Artic. VIII. Vtrum possit homo sine gratia habituali cauere omne peccatum? S.Tho. art. 8  
Scot. q. vnica

Sensus tituli est. Vtrum existenti in mortali, exempli gratia per annum, communicet Deus suam gratiam, gratis datam, scilicet, auxilium speciale ad cauendum omne peccatum? an in poenam dilationis poenitentiae negetur illi auxilium speciale adimplendum omne praecipuum necessarium. Relege articulum huius distincti. de adimplendis praecipuis, ubi diximus propter rebellionem potentiae sensitivae aduersus rationem manere liberum arbitrium infirmum; ita ut non quaecunque velit, faciat. Et ideo licet, possit singula praecipua pro generibus singulorum viribus naturae seruare: non tamen omnia pro singulis generum.

Vnum peccatum commissum, & virtute poenitentiae non dimissum, plerumque est alterius peccati causa. Et ratio est; quia in poenam peccati praeteriti, per poenitentiam non deleti, negat Deus auxilium speciale ad cauendum peccata futura necessarium. Hanc veritatem docet scriptura sacra multis in locis. Ad Rom. 1. imputat Apostolus gentibus negationem auxilij specialis ad cauendum peccata. Quia cum Deum cognouissent, &c. propter quod tradidit illos Deus, &c. & D. Petrus, quia primam, & secundam negationem non deleuit, in tertiam ceteris multo deteriore incidit.

Duae sunt extreme opiniones. Vna S. Thom. & Scoti, licet falso à multis, ut infra patebit calumniatur. Altera affirmans Durandi, & Gabrielis.

CONCLUSIO I.

Existens in mortali nondum dimisso, per aliquod breue tempus, scilicet, per mensem, aut bimestrem ad summum, omne peccatum collectiue vitare potest, quod intellige, ut supra de dilectione Dei super omnia explicabimus, & de praecipuis fidei, & spei. In ijs enim non habet locum conclusio haec. Ut ex supra dictis constat. Et ratio est, quia hoc tempore possunt leues occasiones occurrere, quas solo generali Dei concursu poterit euitare. Et confirmatur: quia si hoc non posset, haberet homo extra gratiam liberum arbitrium omnino extinctum,

Durand.  
Ricard. &  
alij dist.  
Vega de iust.  
fica. q. 12. &  
14.

Nota.

Ad Rom. 1.

Matth. 26.

Gabriel.

tinctum, quod est erroneum: vt suprâ in materia de libero arbitrio fuit explicatum.

### CONCLUSIO II.

**EXISTENS** in mortali peccato indimisso per longum tempus, si occurrant graues tentationes, non poterit illa vitare: & ita ex consequenti, eò quòd est extra gratiam, necessariò peccabit. Necessariò, inquam, necessitate consequentiæ: liberè tamen; quia in eius potestate est virtute pœnitentiæ hoc impedimentum tollere. Hæc conclusio est definita in multis concilijs, quæ supra in articulo de obseruantia præceptorum huius distincti citauimus, ex quibus omnibus efficacissimè colligitur, non possem aliquem, &c. viribus naturæ peccata omnia vitare. Quia cum non possit præcepta omnia seruare, & transgressio præcepti sit peccatum, non poterit omnia peccata vitare. Et confirmatur, quia cum non possit sine auxilio speciali grauiore tentationes vincere, & existens in peccato à Deo priuatione huius speciali auxilij puniatur: vt ex notabili posito constat, necessariò profectò necessitate consequentiæ peccabit.

*Nota. 2.*

*Vega lib. 4.*

*super concil.*

*Trid. c. 20.*

*Matth. 19.*

Possibile dupliciter dicitur, similiter & impossibile. Primo possibile morale, & est idem, quod liberum. Impossibile verò morale est illud, quod est difficillimum factu, vel quod rarò, aut nunquam cõtigit. De quo impossibile loquebatur Christ. quando dixit. Impossibile est diuitem intrare in regnum cœlorum. Secundo modo dicitur, possibile logicum, siue methaphysicum, & est propositio cuius extrema sunt composibilia: vt hæc, Petrus loquitur; impossibile autem huic oppositum est propositio, implicans contradictionem: vel cuius extrema sunt incomposibilia: vt hæc, homo est irrationalis. Hac distinctione prænotata, quæ tibi etiam in sequenti difficultate maximè inseruiet dicit Vega, dictam opinionem S. Thom. intelligendam esse de potentia morali: nõ autem de potentia logica, aut methaphysica. Non enim dicimus existetem in mortali posse per annum, & dimidium, permanere in peccato, quin peccet, ita qd oppositum, scilicet non

*Vega.*

non peccare implicet contradictionem: sicut dicimus non posse esse ignem, quin sit calidus. Sed intelligimus non posse cauere peccata: quia difficillimum est, & rarissimè contingit illa cauere, si per multam temporis pœnitentiam distulerit, quod est, non vt cum què, notandum.

*Scot. libera-  
tur.*

Restat liberemus Scotum, cui falsissimè hæresis Pelagij adscribitur. Nam eius sententia, quæ vbi suprâ notabili ad quæstionem continetur, compræhenditur vna diuisione, & duabus conclusionibus. Diuisio est; peccatum est duplex, scilicet, quò ad actum, & quò ad reatû. Loquendo de peccato quò ad reatum est prima cõclusio, nullus sine gratia illud de lege vitare potest. Et ratio est; quia vitare peccatum quò ad reatum est à peccato præterito resurgere, quod absque gratia habituali: vt præcedenti artic. diximus, fieri non potest. Notanter dicitur de lege: quia de potentia Dei absoluta in floribus quarti in quæst. 1. de pœnitentia cum eodem Scoto fieri posse demonstrauius. Secunda conclusio cõtinetur, vbi ait. Illa opinio, ibi enim cõfirmat S. Tho. opinionè, in quam egerat, dicens. Potest illa opinio confirmari sic. Nam quando aliquis tenetur diligere Deum super omnia: aut actû diligit, & tunc vitat peccatum, & habet gratiam concomitantem: aut non diligit, & tunc peccat mortaliter: ergo sequitur, quòd non posse vitare omne peccatum, non est intelligendum, quasi propter impotentiam liberi arbitrij, cò quòd per peccatum sit extinctum: sed quia cum primùm aliquis vitat peccatum, statim Deus dat illi gratiam. Et ideo non potest cauere peccatum sine gratia. Qui igitur hæc docuit, & in fine quæstionis argumenta Pelagij, quæ in principio quæst. proposuerat, soluit. Cur, quæso, tanta ignominia notatur: vt Pelagio subscripsisse dicatur? Legant amore Dei detractores prius autores sibi iniustos, ne temerè illos accusasse inueniatur.

Hinc, consutatur primùm error Manichæi, qui in nobis mentem quandam malam, à malo Deo productam, quæ non posset non peccare, collocabat. Lege Castrû verb. creatura, hæresi prima, & 2. & verb. peccatum, hæresi. 3. Euertitur etiam error Lutheri affirmantis, naturam humanam, adeò

*Hæresis Ma-  
nichæi.*

*Castrû.*

*Hæresis Lu-  
theri.*



adeò post peccatum esse corruptam: vt in omni opere suo moraliter peccet. Quæ quidem, inquit ille, peccata per diuinam misericordiam ei, qui credit in Christum, qui iustificat impium, non imputantur, in quem agit Castro multis in locis. Lege verbo opera, hæresi prima, & verbo peccatum, hæresi. 5. conuincitur quoquè Pelagij hæresis, affirmantis hominem per sua naturalia sine auxilio gratiæ, etiam post peccatum, posse cauere omne peccatum, & vniuersam legem implere, & tandem nõ peccare. In quem inuehitur S. Tho. in art. 8. vbi suprà, & Castro verbo gratia, hæresi. 1.

*Error Pelagij.*

*S. Tho. art. 8 vbi. 5.*

*Difficultas. Vtrum homo, in gratia constitutus, & in ea confirmatus possit per totam vitam omnia peccata venialia vitare, quin aliquando prolabatur?*

*Vega lib. 14. super concil. Trid. c. 2 1.*

Communis est sententia, & de fide tenendum; vt statim dicemus, neminem posse de lege omnia venialia per totam vitam, licet, possit singula, vitare. Vega cap. 21. lib. 14. super concil. Trident. affirmat, ex lege cum speciali Dei gratia posse iustum vitare omnia venialia. Verùm difficultas hæc apertissima reddetur, de qua copiosissimè, & doctissimè differit Vega lib. 14. citato à 17. vsquè ad finem ferè lib. si, quæ sequuntur, adnotaueris.

*Adnotatio 1.*

Primum reuoca in memoriam, quæ de peccato voluntario in se, & voluntario in sua causa, diximus sæpè, præsertim in q. de ignorantia, & quæ de impossibili, & possibili morali, & logico, siue methaphisico in hoc artic. adnotauimus.

*Anotatio. 2. Vega lib. 14. citato. c. 2.*

Tria sunt peccatorum venialium genera, primum genus est eorum, quæ sunt venialia ex genere, siue ex natura sua, huius primi generis sunt mendacium iocosum, siue officiosum, & verbum ociosum, risus leuis, & similia, quæ dicuntur ex genere, & ex natura sua venialia: quia nunquam, nisi ratione alicuius circumstantiæ ab extrinseco efficiuntur mortalia: vt si quis in verbo ocioso vltimum finem constituat, aut si fiat contra votum. Secundum genus est venialium propter imper-

imperfectionem actus, vt quando peccatum progreditur vsque ad delectationem, deficit tamen in delectatione consensus, huius generis sunt venialia ex surreptione, seu indeliberatione: vt motus subiti contra præcepta, quos facile deuitare possumus. Tertium genus est venialium propter paruitatem materiæ: vt furtū leue, vnus, scilicet, oboli, detractio parua, idest, parui nocuenti, & similia. Differunt hæc tria venialium genera bifariam. Primò, quia primum, & tertium sunt voluntaria in se: secundum autem in sua causa, nempe, in negligentia opprimendi tentationem, vel suggestionem: vt nunquam ex ea delectatio oriatur. Ait enim B. Hieron. ad Eustochium. Impossibile est innatum medullarum calorem in hominis sensum non irruere. Ille laudatur, ille prædicatur beatus, qui cum cœperit cogitare, allidit cogitatus suos ad Petram, Petra autem erat Christus. In peccatis autem patrandis hic est ordo. Primò enim oritur tentatio, idest, memoria peccati, in quam homo frequentissimè prolabitur. Secundò delectatio, idest, gaudium in illa memoria: quæ quidem delectatio naturaliter oritur ex tentatione: & ideò est voluntaria in sua causa, idest, in negligentia non opprimendi tentationem. Tertio loco succedit consensus patrandi actum. Secundò distinguntur ex eo, quòd ante peccata primi, & tertij generis semper præcedit plena deliberatio: ante peccata verò secundigenis: quia procedunt ex cauilliosa suggestionem, & ex negligentia opprimendi tentationem, minus plena deliberatio præcedit. Fomes peccati est inclinatio potentie sensitivæ circa suum obiectum: vt potentie generandi ad actum libidinis, videndi ad pulchrum, audiendi ad sonum: quæ quidem inclinatio dicitur fomes peccati, idest, occasio, & materia peccandi: propterea quòd voluntas inclinatur ad obediendum, & condolendum appetitui sensitivo contra rationem. Hoc docuit D. Paul. ad Roma. dicens. Si autem quod nolo malum, illud facio, iam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum. Vbi inclinationem potentie sensitivæ in proprium obiectum vocat peccatum: eò quòd fit rationi contrarius. Immoderatus enim appetitus videndi pulchrum, & audiendi suauem sonum est cõtrarius rationi,

3. Adnotatio.

D. Hiero.

4. adnota.

Ad Roma. 7.

5. adnota.

*Ad Rom. 7.*

quæ medium in delectatione habendum esse dicitur. Fomes hic in hominibus, etiam in gratia confirmatis vigeat. Patet exemplo B. Paul. confirmati in gratia dicentis. Video aliam legem in membris meis, &c. In sola autem sanctissima Virgine fuit fomes ligatus: ita ut sensitiva semper rationi, ut in Adam ante peccatum, obedierit. Lege Vegam cap. 17. & 18. lib. 14. citati, ubi innumera sacræ scripturæ, & sanctorum testimonia adducit ad hanc veritatem de puritate Virginis, & sequentium conclusionum corroborandam. Ijs ita constitutis, si de potentia morali, & de venialibus. 1. & 3. generis loquamur.

## CONCLUSIO I.

Peccata venialia. 1. & 3. generis potest aliquis iustus de lege cum auxilio Dei speciali per totam vitam evitare. Patet primò exemplo B. Ioann. Baptist. de quo canit ecclesia, teneris sub annis antra deserti petijisse: ne vitam leui saltem fame, id est, verbo aliquo ocioso, maculare posset. Et confirmatur ratione: quia venialia primi, & tertij generis sunt voluntaria in se ipsis, & fiunt ex plena deliberatione, & consensu. Et ratio à simili est de peccatis mortalibus, quæ ideò dicuntur posse à nobis evitari cum speciali Dei auxilio: quoniam sunt voluntaria in se ipsis, & fiunt ex plena deliberatione, nec præveniunt rationis usum. Et in sensu huius conclusionis est vera Vegæ opinio: si autem sermo fiat de venialibus secundi generis sit.

## CONCLUSIO II.

Nullus iustorum, etiam in gratia confirmatus, excepta sanctissima Dei genitrice Maria, hæcenus potuit, neque in posterum poterit de lege per totam vitam omne veniale peccatum vitare. Hæc conclusio est de fide, & habetur in multis sacræ scripturæ locis, quæ brevitatis causa prætermitto. Et quia apud Vegam cap. 17. supra citato collecta inuenies. Est quoque definita in concil. Trident. sess. 6. canon. 23. ubi legitur. Si quis dixerit hominem iustificatum posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet

Ecclesia,

Ecclesia, anathema fit. Est autem priuilegium ( vt intelligas concilij autoritatem ) lex priuata. Per quod quidem priuilegium intelligitur confirmatio in gratia ad vitandum venialia. Et ratione confirmatur: quia nullus sanctorum, præter sanctissimam Virginem, habebat fomitē ligatum, id est, impeditum. Patiebantur enim rebellionem potentia sensitua aduersus rationem, propter defectum iustitiæ originalis. Vnde D. August. contra Iulianum inquit. Si Christus paruulus originale contraxisset, profectò grandeuus factus, actuale vitare non potuisset. Et ratio est; quia originale peccatum est defectus originalis iustitiæ, ratione cuius potentia sensitua non subijcitur rationi, vnde ortum habet actuale peccatum. Et animaduerte, quòd quando dicimus, impossibile esse moraliter vitare omnia venialia, perinde esse, ac si dicatur, nullus de facto per totam vitam omnia venialia vitabit.

D. August.

Hinc, destruitur error Cœlestij Pelagiani, affirmantis, posse hominem sine peccato viuere, si velit per virtutem liberi arbitrij. Contra quem sunt multa sacrarum literarum testimonia. Non enim est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et si dixerimus: quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Hinc, enim omnes sancti quotidie orant. Dimitte nobis debita nostra. Contra hunc errorem scripsit D. Hieronym. ad Ctesiphontem, & dialogum contra Pelagianos. Et D. August. librum de perfectione iustitiæ, & librum de spirit. & lit. Lege Sotum lib. 3. de natura, & gratia, cap. 4.

Hæresis Cœlesti.

Eccl. 7.

1. Ioan. 1.

D. Hiero.

D. Aug.

Soto.

Artic. IX. Virum homo in gratia constitutus, præter gratiam habitualem, ad cauenda peccata, & ad rectè operandum speciali auxilio indigeat?

S. Tho. art. 9

vbi. 5. & Ve

ga. q. 14. de

justifica.

SANCTUS Thom. & Vega hunc tractant articulum, & pro maiori intelligentia nota, quæ sequuntur.

M 2

Quatuor

1. *Nota.*

Quatuor sunt vulnera, quæ ex originali peccato oriuntur. Nempè, ignorantia in intellectu, quominus possit omne verum intelligere. Malitia in voluntate: vt sit ad otium, & ad malum prona, & procliuus. Infirmetas in virtute irascibili, quominus possit malo resistere. Et tandem concupiscentia in sensibus, qua inordinatè in delectabilia feruntur. Hæc enim sunt vulnera, quæ homini descendenti ab Hierusalem in Iericho latrones inflixerunt.

*Lucæ. 10.*2. *Nota.**Ad Rom. 7.*

Prædicta quatuor naturæ vulnera manent in iustificatis. Hoc testatur B. Paul. ad Roma. 7. quando dicit. Video aliam legem, &c. Vbi per aliam legem dicta quatuor vulnera intelligit. Et paulò superius. Non enim quod volo bonū, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Hæc autem, quæ dicta sunt, confirmo, posito discrimine inter iustitiam originalem, & gratiam gratum facientem, quæ se habebāt, sicut excedens, & excessum. Iustitia siquidem originalis non reddebat hominem gratum, & Dei amicum: subdebat tamen vires inferiores rationi: atuerò gratia reddit hominem Dei amicum; vulnera tamen quatuor supra posita non euellit. Non enim tollit ignorantiam intellectus, quò ad omnia. Nā dicit Aposto. Quid oremus, sicut oportet, nescimus. Et Prou. 1. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidetiæ nostræ. Incerti enim sumus, quomodo prouideamus futura: ne in aliquod malum incidamus.

*Ad Rom. 8.**Prouerb. 1.*

## CONCLUSIO I.

Habens gratiam habitualem alia habituali gratia non indiget: vt sanetur, id est, vt à peccato iustificetur, & vitam æternam promereatur. Et ratio est; quia non est ponendus progressus in infinitum, & poneretur, si alia gratia habituali indigeret.

## CONCLUSIO II.

*Ad Rom. 7.*

Gratia habitualis non sufficit: vt iustificati possint omne peccatum cauere, & omne præceptum per totam vitam ad implere: sed in super speciale Dei auxilium, & peculiaris eius concursus requiritur. Hæc conclusio est de fide ad Roma. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Id est de motibus mortalibus aduersus rationem huius corporis.



corporis. Et respondet ipse continuò. Gratia Dei per Iesum Christum. Vbi non intelligitur gratia habitualis in qua erat constitutus, licet à prædictis vulneribus non esset liber: quare intelligitur gratia, quæ est auxilium speciale. Et patet: quoniam statim subdit. Igitur ego ipse mente seruius legi Dei: carne autem legi peccati. Quam sententiam olim D. August. apud S. Tho. in artic. citato illustrauit hoc exemplo. Nam sicut oculus corporis, plenissimè sanus non potest cernere, nisi lucis cãdore adiutus: ita nequè homo perfectissimè etiam iustificatus, nisi æterna luce diuinitus adiuuetur, poterit rectè viuere. Et ratione confirmatur; quia uoluntas se sola, & cum solo generali auxilio, propter quatuor vulnera, non potest sine speciali auxilio vincere omnes rebelles tentationes. Et cum hæc vulnera: vt ex notabilibus constat, maneant in iustificatis indigebit planè homo iustificatus speciali Dei auxilio, & cõcursu ad bonum omne operandum, & malum omne vitandum.

Matth. 10.  
& Marc. 9.  
1. Cor. 10.

D. Aug.

Append.  
Ad Rom. 15

Hinc, est, quòd viri sancti hoc Dei auxilium efflagitabant; vt constat exemplo D. Paul. ad Roma. 15. Obsecro vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus: vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, &c. Quo quidem auxilio, si præter gratiam B. Paul. ad rectè operandum non indiguisset, non illud efflagitasset. Superflua enim essent tales preces. Et tandem confirmati in gratia petunt in oratione dominica auxilium speciale ad vincendas tentationes, dicentes. Et ne nos inducas in tentationem.

Matth. 6.

Hæresis Pelagij.  
D. Aug.

Hinc, confutatur error Pelagij affirmantis, hominem sanum per gratiam amplius non indigere auxilio gratia: sicut homo sanatus à medico amplius ope medici non eget. In quem agit D. August. lib. de nat. & gratia, cap. 26. constituens discrimen inter hominem sanatum à medico corporali, & spirituali.

CONCLVSIO

Omnia sunt in se ipsa, & in se ipsa sunt.

capitulum

II. Part.

M 3

Prima

*Prima diffic. Vtrum homo iustificatus possit sine auxilio speciali plura, & perfectiora opera per solam gratiam habitualē prestare, quā nō iustificatus?*

**P**eccatores ex viribus naturæ posse aliqua bona moralia; non tamen grauiā, sed leuiā, vt colere agros, diligere studiosos, soluere mutuum, & similia facere, dubitat nemo.

**CONCLUSIO.**

Homo in gratia constitutus potest absque auxilio speciali plura, & perfectiora opera per solam gratiam habitualem facere, quā in mortali existens. Et ratio est; quia gratia gratum faciens dat animæ robur aduersus sensualitatem, non quæ malitiā sensualitatis extenuet: sed quia vires animæ auget. Et est conclusio hæc de fide, & definita in cōcil. Mileuit. can. 3. & 10. vbi dicitur. Placuit; vt quicūque dixerit gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrū, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam in adiutorium; vt non committatur, anathema sit.

*Secunda diffi. Vtrum operationes, quas homo iustus elicit, secluso speciali auxilio, sint vitæ æternæ meritorie?*

*Greg. Ari.*

*Vega q. 14. de iustifica.*

*Scot. in. 1. d.*

*17. q. 1.*

**D**væ sunt extremæ opiniones. Prima est Arim. in. 2. d. 29. q. 1. qui affirmantē partem defendit, & eam omnes catholicos tenere arbitratur. Secūda est negans Vega q. 14. de iustificatione. Hæc difficultas pēdet ex difficultate supra posita; an sit necessaria actus relatio in Deum; vt sit vitæ æternæ meritoria? Vega sequitur Scot. nam in. 1. d. 17. q. 1. notab. sed tūc est vltterius dub. vers. ad primū ita ait. Actus, qui est meritum, est in potestate mea, supposita influenza generali, si habeo liberi arbitrij vsum, & gratiam. Hactenus Scot. quam opinionem dicit Vega esse communem.

**CONCLUSIO.**

**Omnis actus, quem iustus solo generali concursu potest elicere,**

elicere, si actualiter, vel virtualiter in Deū referatur, erit vitæ æternæ meritorius. Hæc conclusio apertissimè ex diuina scriptura colligitur. Dixit enim Christus Iesus. Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ, &c. Et. 1. Corint. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Ex ijs locis ita demonstro cōclusionem. Ad dandum amore Christi potum aquæ frigidæ sitienti sufficit in homine iusto generale auxilium, sicut & in peccatore; similiter & ad comedendum, vel dormiendū; quia isti actus nostræ naturæ vires non superāt. Et si tales actus fiant ab existente in gratia sunt vita æterna digni: vt loca modò citata testantur: quare sufficit in viro iusto solus generalis concursus; vt actus ab eo elicited actualiter, vel virtualiter in Deum relatus, sit vitæ æternæ meritorius. Et ne quis erret existimans tales actus esse merè naturales, animaduertat, quòd actus non solūm dicitur supernaturalis, qui est ab auxilio speciali: verūm etiam supernaturalis actus est, qui elicited ab auxilio supernaturali, dummodò elicited mediante aliquo habitu supernaturali, scilicet, gratia, siue charitate. Habitus enim siue infusus, siue adquiretus concurrat ad productionē actus: & ideò quando habitus fuerit supernaturalis, actus erit supernaturalis. Propterea quod est à causa supernaturali: quod est valde notandum.

Matth. 10.

& Marc. 9.

1. Cor. 10.

*Artic. X. Vtrum homo in gratia constitutus speciali auxilio indigeat: vt in ea perseuerare valeat?*

**D**E hoc art. S. Tho. & Vega præsertim copiosissimè disputāt. Et pro explicatione tituli perpende, quod in præsentia perseuerantia in gratia accipitur pro continuatione in gratia, à tempore, quo recipitur, vsquē ad finē vitæ, siue detur per horam vnā, siue per. 40. vel plures annos ante mortem. Non enim loquimur de perseuerantia per annum vnū, aut per horam, si gratia ante mortem per peccatum mortale amittatur. Et hoc speciale auxilium, de quo intelligitur articuli titulus, vocatur donum perseuerantiæ.

S. Tho. art.

10. vbi. 5.

Vega lib. 12

super concil.

Trid. à c. 20

vsquē ad finem lib.

Nam sicut aliud est benè agere, & aliud in bona actione perseverare: quia multi benè agunt, qui tamen in bona actione incepta non perseverant. Ita etiam aliud est auxilium necessarium ad benè operandum, & aliud est auxilium necessarium ad perseverandum, de quo intelligitur titulus articuli.

1. *Nota.*

*D. Aug. de nat. & grat. c. 8.*

Preces in Deum nunquam effunduntur ad illa impetranda, quæ per auxilium generale frequentissimè sunt in nostra potestate, nempe, ut possimus scribere, legere, vel quid simile præstare. Ait enim D. August. quid stultius, quam orare, ut possis, & facias, quod in potestate habes? Et cur oratur, ut accipiatur, quod in homine est, ut habeatur? Tū quia iuxta communem regulam iuris consultorum frustra precibus impetratur, quod iure communi confesum est.

2. *Nota.*

Inter perseverantes in gratia, & in ea confirmatos, hoc interest, quod primi, quàmvis per totam vitam in gratia perseverent: possunt tamen de lege à gratia cadere: at verò secundi, scilicet, in gratia confirmati ex privilegio, & pacto, hoc est, ex lege priuata non possunt à gratia cadere.

#### C O N C L U S I O.

Ut homo in accepta gratia usque ad finem vitæ perseveret, præter ipsam gratiam, & generale auxilium, manu tenentia Dei, & speciale auxilium, quod donum perseverantiæ nominatur, requiritur. Hæc conclusio est de fide. Et in multis concilijs definita. Nempe, in quodam concilio Carthaginen. Et in Mileui. Et in Arausico. 2. quæ à Vega cap. 22. vbi supra referuntur. Et tandem in Trident. sess. 6. cap. 13. & can. 22. sub his verbis. Si quis dixerit, iustificatum, vel sine speciali Dei auxilio in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse, anathema sit. Deinde multis sacra scripturæ testimonijs corroboratur, in quibus donum perseverantiæ petitur, quod si præter gratiam non esset necessarium, frustra profectò in diuinis literis aliquid à Deo peteretur, & frustra Christus petijisset: Pater sancte serua eos, &c. non rogo: ut tollas eos de mundo: sed ut serues eos à malo. Et Lucæ. 22. Ego rogavi pro te: ut non deficiat fides tua, quod est plusquam erroneum. Frustra enim precibus impe-

*Ioan. 17.*

*Luc. 22.*

impe-

impetratur, &c. Adducit etiam Vega in cap. supra citatis multas sanctorum auctoritates. Et tandem ratione confirmatur; quia si non esset aliud donum perseverantiæ à dono gratiæ, & sola gratia habitualis sufficeret, nullum esset privilegium confirmatorum, & quicumquæ haberet gratiam, non posset non perseverare. Quod est contra Paul. dicentem: Qui stat, &c. Et D. Petrus negando Christum cecidit, &c.

1. Cor. 10.  
Matth. 26.

*Difficul. Perseverantia in gratia est ne de necessitate salutis?*

**P**erseverantia in gratia potest bifariam sumi. Primò pro confirmatione in gratia à tempore, quo recipitur, usquè ad finem vitæ. Secundò pro perseverantia in gratia finali.

*Prima Propositio.*

Perseverantia primo modo non est de necessitate salutis. Et ratio est: quoniam aliter homo iustus, si cecidisset, reparari per poenitentiam non posset, quod est impiissimum, & contra scripturam. Si impius egerit poenitentiam, &c. vita viuet, & non morietur. David, etiam, & Petrus non perseverauerunt in gratia, & salvi facti sunt.

Exec. 18.

*Secunda Propositio.*

Perseverantia secundo modo sumpta est de necessitate salutis. Hæc enim est, de qua dixit Christus Matthæ. 24. Qui autem perseveraverit usquè in finem, hic saluus erit, Vbi loquitur Christus non de perseverantia quocumquè in tempore: sed de perseverantia in fide viua tempore martyrij, quando insurget persecutio in sanctos, & imminet mors: ut in litera euangelij patet.

Matth. 24.



*D V B. Cur sola gratia habitualis non erit sufficiens ad perseverantiam obtinendam?*

**R**atio dubitandi est; quia idem habitus inclinatur ad productionem suorum actuum, & ad vitandum contraria. Fortitudo enim inclinatur ad defendendam patriam libertatem, & ad resistendum seruituti. Et continentia ad castitatem seruandam, & ad resistendum fornicationi. Lege Caiet. ubi supra S. Thom.

1. *Nota.*

Simpliciter sæpe concedimus, potentiam aliquam posse operari, quamuis aliquando se sola sine aliqua causa extrinseca non possit exire in actum. Illustro rem hanc euentissimo exemplo; oculus sanus, & clarus, simpliciter concedimus posse videre, quamuis solus non possit exire in actum videndi, nisi mediante lumine, & obiecto.

2. *Nota.*

Quamuis ad operationes supernaturales speciale Dei auxilium requiratur: nihilominus tamen dicuntur esse in potestate nostra. Et ratio est; quia possumus tale auxilium impetrare, & Deus paratissimus est nobis illud petentibus impartiri. Hoc enim docemur in oratione dominica, quando dicimus. Sed libera nos à malo, ubi petimus speciale auxilium ad obuiandum tentationibus.

### *Propositio.*

*Sap. 9.*

Gratia, quantum est ex parte sua, sufficiens est ad hoc, ut iustus in iustitia perseveret: atuerò quia liberum arbitrium adhuc est vulneratum, & corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, non potest sola gratia sufficere ad perseverandum: sed requiritur aliud donum, nempe, donum perseverantiam. Atque ita utraque propositio est vera, scilicet, per gratiam potest iustus in ea perseverare, & non per solam gratiam potest perseverare: ut patet exemplo oculi in primo notabili. Potest enim habens visum videre: sed non solum visum, nisi adsit medium illuminatum. Hacenus de gratia, gratias agamus domino Deo nostro. Qui, quæ sua est infinita misericordia, perseverantiam in illa ad salutem necessariam, nobis

nobis concedere dignetur, vt semper ei grati, ita grata ei obsequia offeramus; vt liberati à corpore mortis huius, sua gratia consummata, quæ sua est æterna beatitudo, & gloria, cum sanctis omnibus profuamur.

*Magist. Sentent. Distinct. XXIIX.*

**T**Ractat Magister in hac distinct. de statu primi hominis ante peccatum, & proponit multa. Et primum est. Vtrum Adam in statu innocentie indigeret gratia operante, & cooperante? Et respondet. Indignit gratia, non vt à peccato liberaretur; quia tunc nullum habebat peccatum: sed vt vitam æternam promeretur, quam per solum liberum arbitrium mereri non poterat. Et est responsio D. Aug. Secundo quærit. Vtrum in statu innocentie habuerit Adam omnes virtutes tam infusas, quàm acquisitas? Et proponit duas sententias contrarias, sequiturquæ affirmantem, quam diuina scriptura confirmat Eccl. 7. nam dicitur. Fecit Deus hominem rectum; quare omnibus virtutibus concreatis ornauit illum. Aliter enim vna deficiente non fuisset omninò rectus. Reliqua, quæ à Magistro in hac distinctioe traduntur, satis clara sunt. Et circa hanc distinct. Lege Alex. Alen. in. 2. p. q. 29. & 91. S. Thom. in p. p. q. 95. S. Bona. Ricar. Scot. Durand. & alios scholasticos doct. hac eadem distinct. 29.

*D. Aug.*

*Eccl. 7.*

*Quest. vnica. Vtrum in statu innocentie habuerit homo iustitiam originalem?*

*Alex. Alen.*

*in 4. p. q. 4.*

*m. 7. art. 3. §*

*1. ad arg.*

*S. Th. 1. p. q.*

*98. art. 2. ad*

*3.*

*Scot. hac dis.*

*ex 1. Consider.*

**H**æc quæstio erit perspicua, & facilis, si quæ sequuntur diligenter consideraueris.

Delectatio potetie sensitivæ est passio ex apprehensione obiecti convenientis proueniens: vt visus ex visione obiecti pulchri, & auditus ex apprehensione soni suavis. Ex hac igitur passione, quæ efficitur in sensu ex contactu, id est,

ex sola receptione specierum obiecti: vt in oculis ex tactu specierum, idest, ex receptione specierum visibilium obiectorum, efficitur visio, & cognitio obiecti. Similiter, & in alijs sensibus emanat delectatio, quæ est passio. Nam sentire quoddam pati est: hoc est, recipere tantum species obiecti delectabilis. Quod si obiectum fuerit disconueniens potentia apprehensiuæ efficitur in sensu dolor: vt ex obiecto amaro in gustu.

Aristot. 2. de  
anima.

Append. 1.

2. Confide.

Hinc, huiusmodi delectatio est naturalis: quia naturaliter ex causis approximatis, & non impeditis oritur.

Delectatio dicta est duplex, scilicet, modesta, siue moderata, & immoderata. Et non dicitur modesta, siue moderata, eò quod sit remissa, nec immoderata eò quod sit intensiva: quia (vt S. Thom. vbi supra docet) aliquando delectatio moderata, quam habent homines temperati, est intensior, quam immoderata, quam immoderati habent. Maiorem enim in vino delectationem capiunt sobrii, quam æbrii. Ab assuetis enim non fit passio, idest, frequentia malorum minuit tristitiam, & frequentia delectationum minuit quoque delectationem. Quare dicitur moderata delectatio illa, quæ seruat medium, prout à recta ratione prædefinitur: immoderata verò è contra. Seruare autem medium est seruare in operatione ipsa, ex qua emanat delectatio, omnes circumstantias: vt sit actus bonus moraliter. Exempli gratia, delectatio venerea erit moderata, quando fuerit cum sua, & propter debitum finem, scilicet, ad procreandam prolem, siue propter vitandam fornicationem, & debito tempore, & loco: immoderata verò erit, si aliqua harum circumstantiarum defuerit: veluti si accessus sit ad non suam, siue ob delectationem tantum, vel quando extra actum coniugij aliquis morose delectatur, aut in loco sacro. Hæc omnia nota ad coniugum conscientias examinandas confessor.

3. Confide.

Primi parentes ante peccatum, & quandiu status innocentia durauit, nullam poterant immoderatam delectationem habere. Hoc non semel scriptura sacra docet. Nā Gen. 2. legitur. Erat autem vterque nudus. Adam. s. & vxor eius & non erubescabant. Cuius non erubescencia reddens causam

D. Au-

D. August. ait. Quia nullam legem in membris senserant legi mentis repugnantem. Ideò enim nihil putabant velandum: quia nihil senserant refrenandum. *D. Aug.*

Hinc, colligit D. August. nullam in statu illo potuisse hominem habere erubescentiã, hoc est, immoderatam, & libidinofam delectationem. Et Gen. 3. Post transgressionem legitur. Aperti sunt oculi amborum, cumquè cognouissent se esse nudos, &c. perizomata, id est, cinctoria, quibus tegerent verenda. Quam apertionem oculorum sic declarat D. Aug. Aperti sunt oculi, ad quod antea non patebant. Quia anima rationalis bestialem motum in carne sua non erubuit, nec pudorem habuit: quoniam ille motus pudendus de transgressionem venerat. Vide etiam Nicolaum Lyranum super hunc locum. *Append. 2. Gen. 3. D. Aug. Nicol. Tyr.*

Iustitia originalis de sententia omnium doctorum erat donum supernaturale in omnes eius descendentes transmittendum, si ipse in statu innocentie perseverasset. Ideò enim dicebatur iustitia originalis, quod esset communicanda per generationem, siue per propagationem: quemadmodum dicitur peccatum originale, eò quòd ratione originis, scilicet, generis omnibus posteris Adæ communicetur. *4. Confid.*

#### CONCLUSIO I.

Primi parentes in statu innocentie potuerunt habere omnem delectationem potentie sensitivæ. Et ratio est; quia delectatio, quæ in sensibus ex apprehensione obiecti convenientis nascitur, est naturalis: ut ex prima consideratione constat, & ita de facto potuit esse, & fuit in statu innocentie. Propterea quod cum naturalia remanserint integra, & modo sit naturalis, potuit, & tunc inesse. Et constat Gen. 3. Vidit mulier lignum vetitum, quod esset pulchrum visu, aspectuquè delectabile: ergo habuit tunc delectationem in operatione sensuum. Aliter enim fuisset brutis deterior. *Gen. 3.*

#### CONCLUSIO II.

Fuitquè delectatio intensior tunc, quàm nunc. Et ratio est; quia quanto sensus est perfectior, & quò operatio est perfectior, eò delectatio, quæ ab ea proficitur, est maior, & intensior. Delectatio enim oritur ab operatione, tanquam à causa

causa propria. Atque ita cum sit passio, quantum operatio fuerit intensior, quæ est eius causa, tantò eius effectus, scilicet, delectatio, erit intensior. Et cum in statu innocentie haberent homines perfectissimos sensus, &c. Et postremò quia maiorem delectationem percipiunt temperati, quam intemperati: ut in secunda consideratione constat: & primi parentes in statu innocentie fuissent temperatissimi.

### CONCLUSIO III.

Fuissetque tunc talis delectatio moderata. Constat hæc conclusio ex tertia animaduersione. Erat enim tunc homo omni virtute ornatus, & nullo vitio laborans: ut ex littera Magistri in hac distinct. patet.

### CONCLUSIO IIII.

Fuit in Adam donum supernaturale, quod iustitia originalis vocabatur, ratione cuius appetitus potentie sensitivæ erat ligatus, quò minus posset inordinatam operationem appetere; ita quòd quàmvis Adam ante lapsum pulcherrimam foeminam non suam vidisset, non potuisset illam aliquo modo appetere, neque morosè delectari, neque motum membrorum, nisi in ipso generationis actu, pati: ut ex tertia conclusione constat. Probatur conclusio hæc à sufficiente diuisione: quia vel subijciebatur potentia sensitiva rationi: ita ut nihil inmoderatum appeteret virtute potentie rationalis, vel virtute gratie habitualis, vel virtute doni supernaturalis, quod est iustitia originalis. Non primum; quia naturalia manerunt integra, & ut modò non dominatur potentia rationalis dominio despotico potentie sensitivæ, neque tunc dominabatur. Deinde neque secundum dici potest, scilicet, ratione gratie habitualis: quia vel in confirmatis in gratia appetitus rationi dominio despotico non subijciebatur: ut constat ad Rom. 7. exemplo. B. Pauli. Quare tranquillitas, & subiectio illa virtute alterius doni supernaturalis, quod iustitia originalis nominatur, proueniebat.

*Ad Rom. 7.*



*Prima diffi. Pateretur ne tunc potentia sensitiva aliqua tristitiam, aut difficultatē obediendo rationi?*

**N**Vnc enim difficulter voluntas coerces potētiam sensitivam, ne immoderate delectetur?

**C O N C L U S I O .**

Potentia sensitiva delectabiliter tunc ab illicita delectatione abstinere, non solum ratione originalis iustitiæ, inherēntis voluntati: verum etiam ratione alicuius supernaturalis qualitatis, sibi inexistentis. Et ratio est; quia eiusdem potentia est habitus, cuius est operatio: ut in intellectu est habitus fidei, & eius operatio, scilicet, credere, & cum faciliter abstinere ab immoderata delectatione sit actus potentia sensitiva, erit in eadem potentia aliqua supernaturalis qualitas ponenda, qua faciliter abstinere. Naturaliter enim cum difficultate abstinere. Dices. Superflua igitur erat originalis iustitia? Respondeo. Nequaquam erat superflua: quia per iustitiam originalem voluntas subijciebatur Deo, quod minus posset etiam venialiter peccare. Tum etiam per eandem iustitiam erat voluntas potens ad imperandum potentia sensitiva. Et sicut aliud est obedire, & aliud imperare: ita alia qualitas erat ponenda in sensibus, ad delectabiliter rationi obediendum, alia in voluntate: ut sensibus plenè dominaretur. Hæc ex Scot.

Scot.

*Secunda diffi. Existente iustitia originali in voluntate, potuit ne primum peccatum esse delectatio inordinata, & libidinosa carnis?*

**C O N C L U S I O .**

**N**equaquam potuit esse primum hominis peccatum actus libidinis inordinatus in carne. Et ratio est; quia quā diu voluntas, id est, portio superior, erat virtute origi-

originalis iustitiæ subdita Deo, non potuit portio inferior deordinari. Nam sicut in naturalibus non potest agens naturale inferius non rectè moueri, quàm diu rectè mouetur cœlum, quod est primum mobile, per quod agentia naturalia inferiora regulantur: ita etiam quàm diu voluntas fuit ordinata, non potuit portio inferior deordinari, amissò autem freno iustitiæ originalis per peccatum, illico caro surrexit aduersus spiritum. Et meritò quidem: æquum enim fuit, vt qui noluit Deo subijci, experiretur sibi carnem rebellem.

*D. Bernard.* Hæc D. Bernard. in sermone omnium sanctorum.

*Tertia diffic. Vtrum ita potentia qualibet merè naturalis subijceretur voluntati tunc, vt potentia V.g. generandi: vt esset in voluntate hominis marem, vel fœminam generare?*

**H**Aec difficultas, & aliæ, quas Magister in littera huius distinctionis proponit, fuerunt supra in hoc libro sparsim explicatæ. Tenet S. Tho. in. 1. p. q. 99. art. 2. ad. 2. partem affirmantem.

*Quarta diffic. Vtrum iustitia originalis fuerit donum realiter à gratia gratum faciente distinctum?*

*S. Tho. 1. p. q. 95. art. 1. Scot. vbi. 5. in solu. ad. 4. Soto. 1. lib. de nat. & grat. cap. 5. Gen. 3.*

**D**Væ sunt extremæ opiniones. Prima est S. Thom. affirmantis, esse idem realiter, Soto tenet cum illo primo lib. de nat. & gratia. c. 5. Secunda, & opposita Scoti est.

**C O N C L V S I O.**

Fuerunt dona realiter distincta. Et probatur primò ex parte effectus. Habent enim se sicut excedens, & excessus: vt supra dictum est. Et confirmatur Gen. 3. Quia hæc dona fuerunt realiter separata, & vnum post aliud. Nam Heua statim, amissa gratia per peccatum suum mortale, non cōtinuò amisit iustitiã originalẽ, quia non sensit carnis inobedientiam, eò quòd

eo quod non amisit iustitiam originale, donec peccavit Adam cui fuit data nomine totius naturæ. Dicit enim textus, dedisse viro. & apertos fuisse oculos eorum. Hanc opinionem Scoti sequitur Caiet. Et dicit non affirmasse S. Tho. hæc duo dona esse idem realiter; sed iustitiam originale depēdiffe à gratia, sicut ramus à radice pendet. Amissa enim gratia per inobedientiam viri, statim caro concupiuit aduersus spiritum per amissionem iustitiæ dependētis à gratia.

Gen. 3.  
Caiet. vbi. S.  
D. Thom.

Flores tractatus de peccato Originali.

**T**RACTAT Magister de peccato originali à distin. 30. vsquē 33. ad cuius plenissimam intelligentiam. lege Alexand. Alen. in 2. parte vbi de essentialibus illius disputat. q. 106. & alibi vt suo loco dicetur. Et S. Thom. 1. 2. q. 81. 2. & 3. S. Bona. Ricard. Durand. Scot. & alios super distinctiones positas. Castrum contra hæreses verbo peccatum. Ferrar. cont. gentes. lib. 4. à cap. 5. vsq; ad. 58. Sotum lib. 1. de nat. & grat. à cap. 7. vsquē ad. 14.

Magist. Sent. Distinct. XXX.

**I**N Hac dist. disputat Magister de essentialibus peccati originalis. Seruata methodo explicandarum quæstionum, quæ Arist. 2. lib. post. cap. 1. tradidit, erit littera magistri perspicua, explanata sequenti quæstione.

Alex. Alen.  
q. 106. in. 2.  
p. S. Tho. q.  
81. & 82. 1  
2. reliqui hæc  
dist. S. Bona.  
q. 1. & 2.  
art. 1. Scot.  
hæc d. & 31.  
& 33.  
Durand. q. 2.  
Ricard. & alij  
ibidem.

Quest. vnica. De ijs, quæ ad essentiam peccati Originalis pertinent?

Absoluetur. q. hæc, aliquot difficultatibus explicatis?

Prima diffic. An sit peccatum Originale?

**D**Oct. vbi supra. Alex. Alen. m. 1. S. Thom. q. 81. art. 1. 2. & 3. S. Bona. & reliqui vbi sup. In hac difficultate certādū

II. Part.

N

nobis

ibidem.

nobis est cū hæreticis Pelagio, scilicet & Iuliano, qui negabāt esse peccatum Originale, de qua hæresi etiam Brasim Roterodamum suspectum esse affirmat noster Castro, verbo peccatum, hæresi prima. Cui errori fauent etiam Armeni, & Albanenses, vt idem Castro ibidem scribit.

CONCLUSIO.

Ita est fide tenendum esse originale peccatum: vt qui negauerit omnes descendentes ab Adam per concubitum maris, & foeminae in originali culpa concipi, excepta sanctissima Dei genitrice Maria, sit hæreticus censendus. Hæc conclusio catholica innumeris sacrae scripturae locis in medium adductis poterat demonstrari. Verum quia breuitatem cum claritate coniunctam in nostris floribus profitemur, sit primus locus 3. Reg. 8. Non est homo, qui non peccet, & cū paruuli sint homines, sicut viri, conuincitur illos aliquod peccatum habere. Et ad Roma. 3. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Si omnes peccauerunt: ergo, & paruuli peccauerunt: non autem peccauerunt peccato actuali: quia ad vsum liberi arbitrii nondum peruenerunt, qui maxime exigitur: vt peccatum possit alicui imputari, ergo peccauerunt peccatum Originale: cū non sit aliud peccatum, quo infici possint, nisi originale, aut actuale. Et quando dicimus, paruuli peccauerunt, intellige originaliter: quia peccante Adam, omnes contraximus labem, & peccati maculam. Paruulus enim proprie non dicitur peccare (nam peccare est agere, vel potius deficere) sed contrahere peccatum, id est, simul trahit peccatum cum natura, & habet se merè passiuè. Sic enim viri doctissimi locum D. Pauli (omnes in Adam peccauerunt) interpretantur. Fuit hæc veritas definita in multis concilijs contra Pelagium congregatis Mileuit. Arausica. Aphrica. & tandem in Trident. sess. 5. can. 2. 3. & 4. Idem omnes patres à D. Petro vsquè ad nostram hanc ætatem docuerunt. Lege D. August. lib. 1. & 2. contra Iulianum, & lib. 1. & 3. de peccatorum meritis, vbi multos patrum refert. Hoc etiam ecclesiae vsus approbat, quæ ideò cum paruulis ad baptismum properat: vt ab originali abluantur. Ratione etiam hoc corroboratur: nam cum paruuli dolores sustineant,

*Castro.*  
*Hæresis Pelagij, Iuliani &c.*

*Decōsecrat. dist. 4. can. firmissimè, & can. iam itaq; .1. q. 4. 3. Reg. 8. Ad Rom. 3.*

*De actuali, & originali peccato de poen. d. 4. ferè per totum Soto vbi. s. c. 9.*  
*Ad Rom. c. 5*

*D. Aug.*

neant, famem, & sitim patiantur, sapissimè à dæmonibus vexentur, constat eos aliquod peccatum habuisse, propter quod, sic puniuntur. Alioquin iniustus esset Deus, qui prius aliquem puniret, quàm ille esset peccator. At cum impium sit, crimen iniustitiæ Deo impingere, impium etiam erit; asserere pueros peccato carere. Quod cum non possit esse actuale; vt modò diximus, erit Originale.

Hinc, vel lipis, & tonsoribus, quàm longè ab hæreticis præfatis veritas catholica de peccato originali sit, manifestissimè patet.

*Secunda diffie. Quam ob causam dicitur hoc peccatum Originale?*

CONCLUSIO.

**D**ICITUR Tale peccatum Originale, quòd à sua cuique insit prima origine, id est, natiuitate. Hæc nominis etymologia primùm scripturis sacris maximè quadrat. Nam psalm. 50. Legitur: Ecce in iniquitatibus, &c. Quod non Dauidi proprium: sed nobis omnibus est commune. Et B. Paul. ad Ephesi. 2. Erasmus natura, id est, à natiuitate filij iræ: vt D. August. declarat. Hæc etiam est communis præscorum, & neotericorum patrum sententiæ. Præsertim Hugonis de sancto Victore, lib. 1. de sacram. qui ita inquit. Queritur, quid sit Originale peccatum? Est corruptio, seu vitium, quod à parentibus contrahitur. Et in summa sententiarum tract. 3. cap. 12. videndum est, ait. Quare originale vocatur: quia, scilicet, ab origine trahitur. Et Magister eandem sententiam tuetur, & adducit Gregor. & isti omnes sequuntur veteres patres; vt D. Ambrosi. quem D. August. prolixè satis citat. Immodò, & ipse August. nonnullos veteres allegat. Reticium quendam, & Olympium, qui hanc etymologiam comprobauerunt. Præterea idem Aug. de pecca. me. & remis. c. 12. & 22. inquit. Nemo de hac re fallatur, sicut ab origine id est, natiuitate, mortem trahimus: ita, & peccatum ab origine natiuitatis trahi credendum est.

*Psal. 50.*

*Ad Ephe. 2.*

*D. Aug. de*

*nat. & grat.*

*c. 67.*

*Hugo de S.*

*Victo. lib. 1.*

*de sacra. p. 7.*

*c. 28.*

*D. Gregor.*

*lib. de pecca-*

*to Orig. c. 40*

*Lib. 1. cont.*

*Iulia. c. 4.*



*Heretis Pe-  
lagij, & Cœ-  
lestij.*

Hinc error Pelagij, & Cœlestij ruit, qui cum negare vellēt originale peccatum, dixerunt, peccatum non nasci cum homine, & ante volūtatis vsū id solum esse in homine, quod Deus condidit. Quæ verba D. August. ipsissimam de peccato originali heresim continere deputat. Eum lege lib. de pecca. origin. cap. 6. & 13.

*Tertia diffic. Sunt, ne varia peccati Originalis nomenclaturæ?*

CONCLUSIO.

*Magistrū le-  
ge hanc d. &  
Alex. Alen.  
vbi. s. m. 7.  
per totum.*

**S**VNT, quia varijs nominibus appellatur. Quam rem cōfirmo inductione. Primò dicitur fomes, qua voce propriè id, quo ignis fouetur: vt sunt ligna, significatur. Vnde translata est vox hæc ad significandum id omne, quod incitat, & impellit: atquè ita peccati fomes est incitamentum ad peccandum, siue est id, quod in homine constitutum eū ad peccandum inuitat, & impellit. Deinde dicitur etiam concupiscentia. Concupiscentia enim est, quæ ad peccandum incitat; vt B. Iacob cap. 1. docet, dicens. Vnufquisquè tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus. Appellatur quoquè lex membrorum, quòd eius tanquàm imperio mēbra subijciantur, atquè moueantur: vt oculi ad impudicos aspectus, manus ad furta, & alia facinora, pedes ad currendum in effusionem sanguinis, lingua ad maledicendum, &c. Cæterum B. Paul. cum legem membrorum expressit, ad genitalia membra potissimum respexit, non quòd ista lex in illis tantum sit, sed quòd in ijs manifestissimè appareat, velut per quæ peccatum hoc propagetur, & in omnes transfundatur. Interdum verò langor nominatur: nam sicut qui ex ægritudine languet, est officijs perficiendis ineptus, vt ea præstare nequeat, si conetur, aut malè, & imperfectè ea exequatur: ita nos, qui peccati langore teneimur, sumus ad omne opus bonum reprobī, vel omninò, quod debemus, minimè præstamus: vel si damus operam, atquè vnus Dei cognitione iustitiam sectamur, id agimus perperam. Atquè hic langor

*Iacob. 1.*

*Ad Rom. 7.*

*Lege can. il-  
lud latum. s.  
itaq; .13. 9. 1*

langor, non tam simili, quàm communi peccatis omnibus nomine ab Apostolo infirmitas nuncupatur. Tyrannus est etiam concupiscentia, cuius iniustitiam, & vim Paulus apostolus significat, cùm ait, ipsam captiuare se, idest, capere conari in legem peccati. Et cùm ait, se ab ea seductum, & occisum fuisse. Aliaque in epistola ad Roma. similia de concupiscentia, seu tyrannica quadam persona loquitur, quæ partim fraude, partim vi, & iniusto imperio sibi hominem subijciat, ab eaque impellatur, & rapiatur ad ea, quæ illicita esse non ignorat. Quod illius voce expressum est, qui dixit. Video meliora, proboquè: sed deteriora sequor. Legem carnis, nempè, morbidi, & vitiosi illius affectum, quem nomine carnis scriptura significat, Paul. peccati legem. & mortis appellat. Tabes bonos humores exhaurit, vitiosos, & malos in corpore relinquit, vnde fit, vt sensum grauetur, & in semetipso contabescat, quod malum est, & in animo locum habet, dum virtutum, & gratiæ humore destitutus, velut arefcit. Hac igitur tabe, cùm primus homo se affecisset, eam in posteros transmisit. Neque enim iam tabidus, & vitiatu alios potuit, quàm vitiatos, & tabidos de se gignere, & procreare.

Ad Rom. 7.

*Quarta diffi. Est ne peccatum Originale vnum? an plura?*

## CONCLUSIO I.

**P**eccatum Originale est proprium nostrum ex parte subiecti. Et ratio est; quia, sicut paries est albus ab albedine sibi inexistente: ita ante baptismum sumus formaliter peccatores originali peccato. Ait enim B. Paul. ad Roma. 5. Regnavit mors ab Adam vsquè ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricantis Adæ, idest, actualiter ad imitationem Adæ. Peccauerunt tamen originaliter: vt paruuli. Et rursus in quo, scilicet, Adam, omnes peccauerunt. Hoc est, peccante illo, omnes labem, & peccati maculam, contraximus.

Alex. Alen.

vbi. §. m. 8.

S. Bona. dist.

33. art. 2. q.

2.

S. Tho. q. 82.

art. 2. &amp; alij

vbi. §.

Ad Rom. 5.

## CONCLUSIO II.

Peccatum Originale est vnum, & multiplex. Vnum quidem in protoparente Adam, cuius primum peccatum dicitur nostrum, eò quòd demeritoriè fuit causa nostri peccati originalis. Est etiam multiplex: quia tot sunt peccata Originalia numero distincta, quot sunt homines. Et ratio est; quia peccatum originale est priuatio iustitiæ originalis; vt infra in hac quæst. dicitur. Et priuationes distinguuntur numero ad distinctionem subiectorum. Alia siquidem est cæcitas Petri, à cæcitate Pauli: quare tot erunt priuationes iustitiæ originalis, quot sunt homines priuati: atquè ita totidem erunt peccata originalia numero distincta. Tum etiam, si nati fuisset cum iustitiâ originali, tot essent numero iustitiæ, quot essent homines: tot igitur sunt modò peccata. Propterea quòd priuationes ad multiplicationem habituum multiplicantur. Veritas Catholica harum duarum conclusionum est definita in concil. Trident. sess. 5. can. 3. vbi dicitur. Si quis hoc Adæ peccatum, quòd origine vnum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest, vnicuiquè proprium, &c. Quòd est intelligendum causaliter vnum, & formaliter multiplex, vnicuiquè proprium. Et confirmatur à simili: nam sicut causaliter, & meritoriè loquendo, hæc est vera; iustitiâ omnium Christianorum est vna, scilicet, iustitiâ Christi, qui factus est nobis iustitiâ, id est, fuit causa meritoria nostræ iustitiæ: formaliter tamè tot sunt iustitiæ numero distinctæ, quot sunt veri iusti; ita theologandum est de peccato originali, quòd est vnum causaliter, & demeritoriè, & formaliter multiplex.

*Alex. Alen.*  
*vbi. s. m. 2.*  
*art. 1.*

*1. Cor. 1.*

*Append.*  
*Error Alber.*  
*Pyghius cau-*  
*tè legendus.*

Hinc, cautissimè legendus erit Albertus Pyghius in lib. suo controuersiarum, controuersia prima, vir alioqui doctissimus, & catholicus, & maximus hæreticorum impugnator. Nā dixit, nos esse formaliter peccatores peccato Adæ: quòd est valdè periculosum, & suffragatur hæreticis affirmantibus, nos esse formaliter iustos iustitiâ Christi. Sic enim argumentantur hæretici. Sumus formaliter peccatores primo peccato Adæ, vt docet catholicus Albertus: ergo sumus etiam formaliter iusti iustitiâ Christi. Nam primus Adam fuit for-

ma futuri, scilicet, Christi. Et si primus Adam nocuit non solum demeritorie: verum etiam formaliter, secundus etiam prodest nobis meritorie, & formaliter: ut simus formaliter iustitia ipsius iusti, & ex consequenti omnes erunt equaliter iusti, cum sit vna numero omnium iustitia. Quod haereticissimum esse constat ex conclusionibus positis, & ex dictis in art. de iustificatione, & in alijs locis huius secundi.

Ad Rom. 5.

*Quinta diffi.* Est ne in omnibus peccatum Originale equaliter?

**C**VM Constet esse in vnoquoque proprium peccatum originale, querendum est. An sit equaliter in omnibus?

## CONCLUSIO.

Est quidem in omnibus equaliter. Et ratio est; quia peccatum Originale est priuatio iustitiae originalis, & haec priuatio est in omnibus equalis. Nam ex omni parte tollit donum originalis iustitiae & est peccatum naturae, quae in omnibus est equalis: & illi debetur equalis poena, quae est carentia visionis diuinae, teste B. August. in Enchirid. cap. 93. & Innoc. cap. maiores de bapt. & eius effectu. Omnesque in Adā equaliter peccauimus: quoniam in eo omnes ex aequo eramus.

Alex. Alen.

vbi. s. m. 9.

art. 1. 2. &amp;

3.

S. Tho. q. 82.

1. 2. art. 4.

S. Bona. dist.

33. art. 2. q.

1. &amp; alij vbi

s.

D. Aug.

*Sexta diffi.* Est ne peccatum Originale culpa tantum? vel poena tantum? vel vtrumque? vel neutrum?

**M**alum est duplex culpa, scilicet, & poenae. Primum est, quod est imputabile ad poenam, vel est dignum poena; ut furtum, blasphemia, &c. Et probatur per discrimen inter vtrumque malum: quia si malum poenae non est peccatum; sed est purgatiuum peccati, cuius modi sunt dāna inflictā à Deo in hac vita, & etiam aeterna inferni poena: malum profectō culpa erit, cui respondet aliqua poena.

Alex. Alen.

q. 106. m. 1.

art. 1. &amp; 4.

## CONCLUSIO I.

Originale peccatum est proprijsimè culpa, siue malum culpæ. Et probatur. Malum culpæ, siue culpa, est, cui de facto imputatur aliqua pœna, sed pueri discedentes cum solo originali, puniuntur pœna eterna damni, vt infrà dicitur, & colligitur Ioan. 5. Nisi quis renatus fuerit, &c. Ergo verè, & proprijsimè est culpa, siue malum culpæ. Hæc est contra omnes hæreticos negâtes originale peccatum. Et confirmatur psalm. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Si enim Originale verè culpa non esset, falsum planè esset dicere, hominem in iniquitatibus esse conceptum. Et ad Ephesi. 2. Erasmus natura filij iræ, idest, per naturalem propagationē eramus ira Dei digni. Hoc est, vindicta, & pœna damni, propter culpam originalem. Quæ si realiter non esset culpa, non responderet ei ira, scilicet, punitio.

*Septima diffic. Peccatum Originale est ne voluntarium?**Alex. Alen.**vbi. 5. m. 2.**art. 2.**D. Aug.**1. Nota.*

**R**atio, quæ mouet hanc difficultatem, est: quia D. August. docet lib. de vera religio. cap. 14. de essentia peccati esse, quòd sit voluntarium. Et cum paruuli, ante vsum rationis, non habeant voluntatis actum, videtur Originale in illis non esse culpa, vel peccatum.

Voluntarium est duplex, in se, vel in sua causa. In se; vt qui vult furtum. In sua causa, vt homicidium commissum ab existente in ebrietate: quia ebrietas, quæ est causa homicidij, fuit volita in se. Quod est verum communiter in illo, qui actualiter peccat. In pueris autem Originale dicitur voluntarium in sua causa: non quia causa, nempe, Adæ peccatum sit volitum ab ipsis paruulis; sed quòd ipsa causa peccati Originalis Adam, scilicet, peccauit volens, & eius primum peccatum, quod fuit causa nostri Originalis, fuit voluntarium.

*2. Nota.*

Peccatum omne vel est personæ, vel naturæ. Primum est,



est, per quod sola persona committens manet illius peccati rea, eò quòd sola amittit donum personale, scilicet, gratiam habitualem, & Dei amicitiam. Secundum autem est, per quod tota natura manet illius peccati rea: quia per illud amittitur aliquod donum toti naturæ, & singulis indiuiduis conferendum.

Hinc, peccatum Adæ dicitur non solum peccatum personæ: verum etiam naturæ. Nam, propter ipsius primum peccatum, singula naturæ humanæ indiuidua nascuntur expoliata iustitia originali, quæ ex lege, si Adam non peccasset, erat singulis hominibus conferenda.

C O N C L U S I O.

Fuit profectò voluntarium. Et ratio est; quia fuit volitum voluntate primi parentis, aut voluntate naturæ. Hæc est Alexand. Alen. Et probatur ex notabilibus positis. Et confirmatur per discrimen inter peccatum personæ, & naturæ. Peccatum enim personæ requirit: vt sit vel in se, vel in sua causa volitum: vt ebrietas ab ebrio fuit volita in se, & homicidium, quod iam ebrius effectus commisit, fuit volitum in sua causa, nempe, in ebrietate. Atuerò ad peccatum naturæ, vt est Originale peccatum, non est necessarium, vt habens peccatum, voluerit causam: quia satis est, vt causa peccati fuerit volita ab ipso capite naturæ, nempe, ab ipso Adam. Et ratio est; quia in ipso erat tota natura, atque ita voluntas illius, voluntas totius naturæ censetur.

Hinc, Originale peccatum est alicuius legis transgressio. Nam vbi non est lex, nec est peccatum, nec præuariatio.

Hinc, cum non fuerit voluntarium in se; sed in sua causa, non erit alterius legis transgressio, quam illius, cuius fuit sua causa transgressio. Quod testatur D. Aug. loquens enim de ebrietate Loth, ita ait. Non est culpandus Loth, quantum ille incestus: sed quantum ebrietas meruit. Vides, quomodo incestus Loth fuit solum modò ebrietatis peccatum: quia non fuit volitum in se: sed tantum in sua causa, nempe, in ebrietate. Et ratione confirmatur: quia peccatum tantum

Append. 1.

Append. 2.  
Ad Rom. 4.

Append. 3.

D. Aug.

habet malitiæ, quantum habet voluntatis, & cum voluntarium in sua causa nihil habeat voluntatis in se, præter voluntatem causæ, nihil amplius habebit malitiæ. Vnde Originale nostrum erit transgressio præcepti impositi Adæ.

Appen. 4.

Hinc vnica peccata Originalia non sunt Deo magis exosa, quam vnicum Adæ peccatum, quod intellige intensiue. Et ideo quàmuis multiplicentur originalia, non magis offenditur Deus in multis, quàm in vnico actuali Adæ, quod fuit voluntarium in se. Tota enim offensa fuit in primo actuali Adæ, quod in nobis in esse permanenti manet; vt in vltima difficultate huius quæst. dicitur. Et cõfirmatur à si mili: quæ admodum enim, si quis, post ebrietatem, committat sexcenta peccata, non magis offenditur Deus, quàm per vnum peccatum, scilicet, per solam ebrietatem, quæ sola fuit voluntaria: ita etiam in casu posito.

Alex. Alen. *Octaua diffi. Fuit ne in Adam Originale peccatum?*  
vbi. 5. m. 5.

Hugo de S. Victo. lib. 1. de sacram. c. 26. part. 7.

**H**Vgo de S. Victore bifariam accipit nomen Originale. Vno modo actiue, quatenus significat peccatum, quod est causa, & origo cæterorum, quomodo peccatum actuale Adæ est primum peccatum Originale. Altero modo passiuè, quatenus id, quod ab alio originem ducit, significat, in qua significatione accipitur in hoc tractatu peccatum Originale: quem sequuntus Albertus eandem diuisionem constituit, licet, crassioribus verbis dicens, esse duplex, scilicet, Originale originans, & Originale originatum. Nequè enim refert, teste D. August. quibus modis accipiantur, modo res ipsas teneamus.

D. Aug. epi. 28. ad D.

Hierony. epi. 174. ad Pascentium.

### CONCLUSIO I.

Peccatum Originale propriè sumptum in primo parente non fuit. Et ratio est; quia Originale peccatum propriè est ab alio transfusum, & hæreditarium, quod cõfirmat nominis etymologia Originalis peccati. Et cui non debetur

pœna

poena sensus, ut in cap. maiores de baptisim. definitur: at vero Adæ peccatum non est transfusum, & illi poena sensus debetur. Hæc est etiam sententia Scoti ubi supra notabili, quò ad primum. *Scoti est.*

CONCLUSIO II.

Peccatum Adæ impropriè potest dici Originale. Constat ex diuisione Hugonis posita: nam fuit causa, origo, & radix cæterorum. Atque ita erit originale originans: ut Albertus illud nominauit. Et hoc pacto est vera Caiet. opinio affirmantis posse dici originale. *Caiet. 1. 2. q. 83. art. 1.*

*Ultima diff. Quidnam est peccatum Originale?*

**Q**UID Originale peccatum sit definitione explicare, hoc opus, hic labor est. De hac enim re verè dici potest, quot capita, tot definitiones. Et quoniam ex multis definitionibus, quæ à varijs variè traduntur, quædam sunt, ut non bonæ rejciendæ: aliæ verò tanquàm ineptissimæ in exilium relegandæ, opere pretium duxi primò bonam, & rectam definitionem inuestigare, & inuestigatam proponere. Deinde reliquas enumerare, & vna, vel altera ratione confutare. Cognito enim vero, falsum illi oppositum facile dignoscitur. Et rectū iudex sui, & obliqui esse dicitur. Prius tamen animaduerte, quæ sequuntur.

Peccatum actuale bifariam accipitur. Vel pro materiali, & est ipse actus in genere naturæ, & entis: ut volitio furandi. Vel pro formali, & est priuatio obedientiæ, & subiectionis erga Deum, & conformitatis voluntatis cum recta ratione dictante oppositum. Quæ priuatio à Theologis varijs nominibus appellatur. Nam dicitur deordinatio: quia non seruatur rectus ordo, qui est: ut creatura creatori subijciatur. Vocatur, & obliquitas siue deuiatio: eò quòd homo non recto tramite in Deum per viam mandatorū decalogi incedat. Nominatur, & auersio: propterea quòd, homo non placet Deo, & ab obedientia, & subiectione ipsius recedit.

Pecca-

*Alex. Alen. m. 2. vbi. 5. art. 3. S. Tho. q. 82 art. 1. S. Bona. hac dist. art. 2. q. 1. & 2. Scot. 3. Durand. q. 3. 1. Animad.*

2. *Animad.* Peccatum pro formali est duplex. Nam, vel consideratur in esse actuali, vel in esse permanente, siue quieto, aut per modum habitus, postquam factum est. Illustro rem exemplo. Quando homo blasphematur, dicitur peccare actualiter pro formali: quia actu non obedit Deo: transeunte autem blasphemata, & eius complacencia absque proposito blasphemandi, antequam Deo satisfaciat virtute obedientia, & poenitentia, non dicitur peccare, vel non obedire actualiter: quia iam ille actus praeterijt, sed dicitur manere in peccato, scilicet, in priuatione subiectionis ad Deum: peccare autem est non obedire. Et ratio est; quia peccare, & transeunte actu, in peccato esse, se habent sicut motus, & eius terminus. Et quemadmodum eiusdem rationis sunt motus, & terminus, vt caleferi, & acquirere calorem, & calidum esse, & permanere in calore: ita etiam se habent pro formali non obedire, & in peccato esse, nam in peccato esse est in ipsa inobedientia permanere.

3. *Animad.* Dicitur aliquis in peccato permanere dupliciter. Vel quam diu complacet illi peccatum commississe. Vel dato, quod non complacet, neque displiceat, quam diu non satisfacit Deo pro peccato. Patet exemplo inter homines: tam diu enim dicitur aliquis permanere in iniuria proximo irrogata, quam diu illi non satisfacit.

*Append. 1.* Hinc, dicitur peccatum commissum manere per modum habitus, & non per modum actus. Et ratio est; quia actus iam praeterijt, & quia sicut habitus generatur ex actibus, & est difficulter mobilis a subiecto, & inclinatur ad similes actus: ita peccatum in esse permanenti prouenit ex peccato actuali, & difficulter remouetur: quia non naturaliter, sed supernaturaliter, virtute poenitentiae aufertur. Et inclinatur etiam ad malum, iuxta illud commune dictum B. Gregor. super Ezechiel. Peccatum, quod per poenitentiam non deletur, mox suo pondere in aliud trahit.

*Append. 2.* Hinc, transeunte actu peccati, manet culpa inesse permanenti: quia homo manet inobediens; vt diximus, & manet reatus, vel obligatio ad gehennam. Manet insuper macula, scilicet, priuatio gratiae, & amicitiae in Deum.

Primum

Primum Adæ peccatum: vt erat naturæ peccatum, fuit priuatio subiectionis ad Deum, quatenus hæc priuatio opponebatur non gratiæ habituali: sed iustitiæ originali. Et ratio huius animaduersionis à definitione peccati naturæ est: quia peccatum naturæ est, per quod tota natura manet rea, & aliquo dono supernaturali priuata: & per peccatum Adæ manet tota natura in singulis indiuiduis iustitia originali priuata, prout priuatio opponitur habitui.

Hinc, cum iustitia originalis duplicem habuerit dignitatem, vnâ subijcere animam Deo, ita, quod iustitia inexistente, non poterat anima recedere à Deo, in quo gratiam gratum facientem superabat: alteram subijcere sensitiuam rationi, primum Adæ peccatum fuit formaliter priuatio iustitiæ originalis, quò ad primâ dignitatem. Et ratio est; quia primum hominis peccatum fuit pro formali priuatio subiectionis ad Deum, & priuatio iustitiæ originalis quò ad eius primam excellentiam, fuit priuatio subiectionis ad Deum; quare talis priuatio iustitiæ fuit primum hominis peccatû. Consequentiâ patet à definitione ad definitum. Vnde etiam inferitur priuationem obedientiæ sensitiuæ ad rationem non esse culpam; sed pœnam ipsius inobedienciæ ad Deum.

Peccatum Adæ fuit olim illi remissum, quatenus peccatû personæ: non autem quatenus fuit peccatum totius naturæ propagandæ. Hoc enim modo non dimittitur in singulis indiuiduis: propterea quòd in singulis cõtrahitur. Et ratio est; quia natura communicatur priuata subiectione ad Deum, & transit simul peccatum cum ipsa natura, quàmuis in progenitoribus dimissum: quemadmodû de facto dimittitur Originale parentibus Christianis per baptismum, & nihilominus eorum filij nascuntur in peccato Originali, eò quòd natura communicatur illis tali subiectione priuata. Vnde propter defectum iustitiæ originalis, prior est ad respondendum appetitui sensitiuo, quàm rationi.

Omnia indiuidua naturæ humanæ, vsquè ad finem mundi generanda, virtualiter in Adam continebantur. Et ratio est, à definitione continentix virtualis: est enim posse producere, siue immediatè, vt patet inter homines producit filium,

4. *Animad.*

Append. 2.

5. *Animad.*6. *Animad.*



lium, aut mediâtè, vt auus producit nepotem, mediâtè filio. Et cum omnia indiuidua naturæ humanæ descendant ab Adam, mediantibus pluribus generationibus, omnia proculdubio in illo continebantur.

Append. 1.

Ex animaduersionibus positis, & ex supradictis sequitur primò peccatum originale nostrum non esse peccatū actuale Adæ inesse actuali. Et ratio est; quia illud habuit esse in fieri, & desijt esse, transeunte actu. Secundò: quia peccatum pro materiali actuale, cui inest formale, est accidens inhærens voluntati, & est actus interior voluntatis; vt fuit in Adâ illa manducatio pomi vetiti. Et cum accidens non possit migrare à subiecto in subiectum, actuale illius non erit originale nostrum.

Append. 2.

Hinc, etiam colligitur peccatum originale nostrum esse verè, & propriè peccatum Adæ inesse permanenti, & per modum habitus transmissum ad nos per propagationem. Et vt appendix hæc clariùs percipiatur, nota ordinem peccati Adæ, & nostri. Adam non obediuit Deo comedendo pomum vetitum: en tibi actualem priuationem subiectionis Adæ ad Deum. Hæc autem priuatio subiectionis illius, quæ verè habet rationem culpæ, adhuc manet in nobis, non ob aliud, nisi quia propter illius transgressionem amisimus iustitiam originalem, per quam voluntas nostra Deo subijceretur. Et essemus proniores ad obediendum Deo, quàm carni, cuius oppositum in nobis experimur. Atquè ita per modum habitus dicitur illius culpa in nobis manere. Hæc doctrina est Scoti dist. 2. q. unica, notabili, quantum ad secūdū soluitur prima. q. in fine cuius notabilis hæc scribit verba. Originale peccatum magis comparatur peccato, quasi quiescenti in anima, post actum transeuntem, quàm comparatur peccato actuali, quod elicitur ab ipsa voluntate peccante. Vbi apertissimè insinuat Originale peccatum nō esse actuale: sed permanens in esse quiescenti, instar habitus. Eiusdem opinionis est Soto lib. 1. de natura, & gratia, cap. 9. Et probatur ex notabilibus positis. Peccatum inesse permanenti est peccatum olim commissum, & nondum dimissum, quicquid illud sit, siue reatus, id est, obligatio ad poenā, siue

Scot.

Soto.

siue offensa secundum S. Thom. nihil moror: sed primum peccatum Adæ, quatenus transgressio, non dimittitur in paruulis ante baptismum; ergo permanet in paruulis. Deinde quod Originale nostrum, quatenus est priuatio iustitiæ originalis, dicatur etiam primum peccatum Adæ in esse permanenti. Probat; quoniam peccatum in esse permanenti alio modo est priuatio gratiæ, & iustitiæ, quæ sequitur ex peccato actuali commisso, & manet priuatio, antequàm dimittatur tale peccatum; sed priuatio iustitiæ originalis in nobis sequuta fuit ex primo peccato Adæ: ergo talis priuatio est ipsum primum peccatum Adæ in esse permanenti. Et non ob aliud; nisi quia est precisus peccati actualis Adæ effectus. His ita constitutis, quæ maximè ad naturam peccati originalis intelligendam erunt tibi adiumento, restat: vt rectam, & optimam peccati originalis definitionem proponamus.

CONCLUSIO.

Peccatū Originale est priuatio iustitiæ originalis debitæ, quæ accepta fuit in primo parente, & ab ipso amissa. Hæc definitio est B. Anselm. quam omnes doctores communiter amplectuntur, vt Ricar. & Scot. & S. Thom. præsentis dist. & 1.2. q. 82. art. 1. Et quamuis D. Thom. non addat illam particulam debitæ: est tamen addenda. Et probatur primum, quia sicut actuale peccatū est carentia iustitiæ actualis, quæ deberet voluntati inesse, vt volitio furandi est carentia iustitiæ, scilicet obedientiæ, quæ Deo debetur: ita etiam, & peccatum Originale erit carētia originalis iustitiæ, quæ debebat inesse. Quale enim fuerit peccatum talis erit carentia iustitiæ: quoniam omne peccatum carentia iustitiæ debitæ est. Hæc ratio est D. Anselmi. Secundò ex animaduersionibus positis confirmatur: quia Originale peccatum nostrum est peccatum Adæ in esse permanenti, & cum peccatum illius fuerit formaliter priuatio iustitiæ originalis, quatenus fuit peccatum naturæ, erit, & nostrum similiter pro formali priuatio eiusdem iustitiæ in esse permanenti. Iam aggrediamur oportet enumerationem, & confutationem aliquarum definitionum ex multis quæ à doctoribus afferuntur.

*Peccati originalis perfecta definitio. D. Anselm. de concept. Virg. c. 17.*

Peccatum

1. Definitio.  
Magistri hac  
dist.

Peccatum Originale est concupiscentia carnis, hoc est, inclinatio appetitus sensitivi immoderate, & contra rationem appetentis delectari circa proprium obiectum: ut immoderatus appetitus oculorum delectandi se circa pulchrum visibile. Et hæc concupiscentia non est actus concupiscendi: sed vocatur concupiscibilitas, id est, promptitudo, & facilitas delectandi contra rationem, quæ alio nomine Tyrannus, &c. nominatur: ut habes in difficultate de nomenclatura peccati Originalis. Hæc autem definitio est nulla: quia concupiscentia in Adam non fuit peccatum: sed effectus peccati, & concupiscētia carnis in illo, & in nobis eiusdem rationis est. Tum etiam, quia in iustificatis manet carnis concupiscētia, & non peccatum Originale: quare non erit carnis concupiscentia. Est etiam cōdemnata hæc definitio in concil. Trid. sess. 5. can. 5. ubi anathemate feriuntur asserentes concupiscētia esse verè, & propriè peccatum. Sed dicitur peccatum: quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

Hæresis Lutheranorum.

Ad Rom. 7.  
Rossensis ar.  
2. contraluther.

Magister liberatur.

Hinc, confutatur hæresis Lutheranorum affirmantium, negare carnis concupiscentiam esse peccatum, esse, negare Christum, & Paulum, qui ait. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. In quem errorem Rossensis copiosè disputat. Lege ibidem expositionem D. Augu. quem lutherani impudentissimè in suum errorem allegant. Est autem liberandus Magister modò: nam Soto, & alij Thomistæ falsò illi imponunt, quòd affirmaverit, peccatū Originale esse concupiscentiam non in carne: sed in anima, & esse quandam qualitatem morbidam in anima existentem. Quod nequè in hac dist. nequè in tribus sequentibus somniauit. Nam cap. 8. huius dist. ita ait. His datur intelligi, quid sit Originale peccatum, scilicet, vitium concupiscentiæ. Hæc Magister. Vbi apertè docet, peccatum originale esse ipsam inordinatam inclinationem sensus circa proprium obiectū. Opinio autem, quæ falsò Magistro imponitur, Caiet. potius (ut statim dicemus) est.

Art. 1. q. 82

1. 2.

2. Definitio.

Peccatum Originale est quædam qualitas positiua animæ inextens & ægritudo, & langor naturæ, positiuè originali iustitiæ cōtrarius. Hæc definitio est Caiet. & ante illum fuit Gregor.

Gregor. Arim. & Gabrielis. Explicant autē suam opinionē hoc modo, nempe, Adam genuit in sua carne quandā qualitatem ratione inobedientiæ, quam per generationem, & feminis infusionem transmittit in filios, & ipsi in posteros, & ita vsq; ad finem mundi. Et caro illa morbida qualitate infecta generat in anima quandam spiritualem qualitatem, per quam voluntas inclinatur ad condelectandum appetitui cōtra rectam rationem, quæ qualitas appellatur peccatum originale: eò quòd transmittitur per originem, & est ægritudo naturæ. Hæc opinio videtur falsa. Et ratio est; quia si in carne nostra ex cæteris peccatis actualibus, quæ frequentissimè committuntur, non generatur aliqua qualitas morbida, neq; ex peccato Adæ. Quoniam illud peccatum fuit eiusdem rationis cū alijs: immò minùs graue, quàm alia peccata, vt suprà dictum est. Tum etiam; quia nihil substantiæ Adæ modò manet, nec in proximis eius filijs mansit. Quare nequè manet aliqua qualitas corporea, quæ in anima aliquam qualitatem spiritualem generet. Destructo namquè subiecto, pereunt eius accidentia.

Peccatum originale est amor terrenorum, idest, honorū, diuitiarum, &c. Hanc definitionem eius autores colligunt ex illo. 1. Ioan. 2. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, &c. Hæc definitio non est bona. Et ratio est; quia si amor sumatur pro actuali concupiscentia eorum, quæ sunt in mundo, peccatum actuale, & non originale est. Nam originale peccatum, cū sit in paruulis, nullatenus actus voluntatis est. Si verò pro aptitudine, multò minùs erit peccatum originale. Siquidem in renatis post remissionem originalis, permanet.

Pecca. origin. est inimicitia cum Deo. Nequè hæc præstat. Et ratio est; quia non potest esse inimicitia Dei aduersus hominem: nam tunc in Deo esset peccatum. Deus enim dum odit peccatores, non peccat: quia Deum odio habere peccatores, est velle eos punire: quæ quidem volitio est actus iustitiæ punitiæ, & nullo modo peccatum. Nequè potest esse inimicitia hominis aduersus Deum: quoniam paruuli ante rationis vsu, habēt peccatū orig. donec per baptismū

Greg. Arim.  
q. 1. & Ga-  
briel. q. 2. hu-  
ius dist.

3. definitio.  
I. Ioan. 2.

4. definitio.

5. *definit.* Pecca. origin. est originalis iustitiæ privatio. Neque hæc definitio valet. Et ratio est: quia cum privatio iustitiæ originalis in Adam non fuerit peccatum, sed effectus peccati, neque erit in nobis peccatum. Tum etiam, quia in paruulis baptizatis non manet peccatum originale, vt fides docet: & tamen permanet iustitiæ originalis privatio.

6. *definit.* Pecca. origin. est reatus, idest, obligatio ad pœnam damni, quæ manet ante baptismum in illis, qui ex Adam originem trahunt. Hanc definitionem rejicit Magister, & merito.

7. *definit.* Pecca. origin. materialiter est concupiscentia carnis: formaliter verò est defectus originalis iustitiæ. Hæc est S. Tho. 1.2. q. 82. art. 3. in fine corporis artic. eam explicat Soto. lib. 1. de nat. & grat. cap. 8. & 9. dicens, concupiscentiam vocari à D. Tho. materiale originale peccati: eò quòd sit primus effectus privationis iustitiæ originalis. Sed expositio ista non ad modum placet. Et ratio est; quia Adam non habuit peccatum originale. Non enim traxit illud per originalem propagationem: & tamen habuit concupiscentiam inclinãtem ad immoderatam delectationem. Quare concupiscentia nõ est primus effectus peccati originalis. Secundò, quia si homo crearetur in puris naturalibus, nihilominus haberet concupiscentiam naturali appetitui rebellẽ. Tertiò, quia primus, & præcipuus effectus peccati originalis est potentia passiva moriendi, iuxta illud Gen. 2. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dicitur in definitione, formale peccati originalis esse privationem iustitiæ originalis, cum sit potius eius effectus, qui non est peccatum. Nam sicut privatio gratiæ non est actuale peccatum: sed eius effectus: ita neque privatio iustitiæ originalis erit originale peccatũ, sed eius effectus.

8. *definit.* Pecca. Origin. est primum Adæ peccatum, nobis imputatum, à quo denominatione extrinseca dicimur peccatores. Albertus Pyghius est autor huius definitionis, cuius sententiam supra in hac quæst. refutauimus, & in perpetuum exilium relegandam duximus.



Peccat. origin. fuit luxuriæ peccatum. Hæc conclusio est Cornelij Agrippæ in quodam opusculo de peccato originali, & est hæretica sententia hæc, Nam est contra text. Gen. 3. Vbi enarrando scriptura modum temptationis, & peccatum Adæ, dicit, fuisse esum ligni vetiti scientiæ boni, & mali. Deinde quia hæresis est affirmare, naturalem inter primos parentes congressum fuisse peccatum, quando dixit Deus. Crescite, & multiplicamini. Tandem est contra communẽ omnium sanctorum consensum, qui omnes ad vnum fatentur, illud peccatum fuisse inobedientiæ, & esum ligni vetiti: sed sit satis iam de hac difficultate differuisse.

9. definitio.  
Cornelij Agrippæ.  
Heresis.  
Gen. 3.  
Gen. 1.

DVB. Quomodo iustitia Originalis dicitur debita?

Scot. vbi. 5.

Hoc dubium mouetur propter particulã debiti, quæ in definitione B. Anselmi, quam libentissimè amplectimur, posita est. Et ratio dubitandi est: quia illius dicimur esse debitores, cuius habemus præceptum, & Adam non habuit præceptum conseruandi iustitiam originale, nec paruuli tali præcepto obligari possunt, cum talem iustitiam non acceperint: quin potius illa priuati nascantur.

1. Nota.

Bifariam dicitur aliquid esse debitum. Primò, quia est sub præcepto: vt dilectio Dei, & contritio post peccatum. Secundò ratione beneficij, non quòd habeamus præceptum de illo conseruando: sed quia propter acceptum beneficium debemus benefactori omne obsequium in retributionem beneficij accepti. Quo quidem modo sumus post baptismum gratiæ acceptæ debitores: quia propter gratiam acceptam debemus Deo omne obsequium in tanti doni retributionem.

2. Nota.

Licet Deus de facto donum iustitiæ originalis Adæ contulerit: voluntate tamen antecedenti omnibus eius posteris illam dedit, hoc est quantum fuit ex parte Dei paratus erat illam singulis Adæ posteris conferre, si Adã iustitiam ipsam non amisisset.

*Prima Propositio.*

Singuli Adæ posterii sunt debitorcs iustitiæ originalis voluntate antecedente Dei acceptæ, ad hunc sensum, quòd tenentur in retributionem tanti beneficii, & Deo subijci, & omne obsequium offerre, eò quòd, Deus, si per Adam nõ stetisset, paratissimus erat illis iustitiam originalem dare. Probatnr propositio à simili in humanis: quemadmodum, si rex Ioanni, & eius posteris ciuitatem contulisset, qua, propter suã in regem prodicionem, priuatus postea fuisset: tunc Ioannis descendentes essent regi tanti beneficii debitorcs, eò quòd, quantum ex parte regis fuit, eam illis dedit, & de facto ciuitatem accepissent, si per suum patrem non stetisset: ita in casu posito est theologandum.

Append. 1.

Hinc, dicimur filij Adæ illam amisisse: quia in nostro capite illam amisimus. Cuius actuale peccatũ, vt supra in hac q. dictum est, per modum habitus in nobis permanet.

Append. 2.

Hinc, etiam ab eo, qui in puris naturalibus nasceretur, distinguimur: quia iste non accepisset iustitiam originalem voluntate antecedente Dei. Nunquam enim fuit sibi promissa, sicut nobis (vt ex dictis constat) fuit promissa, & fuisset, si per Adam non stetisset, concessa. Propter quam promissionem debemus Deo omnem obedientiam, & subiectionem, & obsequium. Et hæc sine magno malo, & tēporali, & æterno, si non resipiscimus, minimè præstamus. Vtinam resipiscamus, & vitam in melius semper commutemus.

*Magist. Sent. Distinct. XXXI.*

**I**N hac dist. Magister tractat, quomodo peccatum originale in posteros per generationem transeat. Comprehenduntur, quæ præcipua sunt, duabus conclusionibus. Prima est. Originale non transit: vt quidam existimant, à parente in prolem, eò quòd anima prolis ex anima patris priuata iustitia originali nascatur. Et ratio est; quia anima non generatur ex traduce, hoc est, per traductionem carnis, & seminationem;

nationem; sed tantum modò creatur à Deo. Secunda conclusio: Ratio; ob quam transit originale peccatum cum ipsa natura; est: quia tempore, quo parentes copulantur, interuenit in ipsa copula, vitiosa, atquè immoderata concupiscentia libidinosa, nempe, delectatio. Quam probat autoritate D. August. de fide ad Petrum. Absoluetur distinct. hæc, duabus quæstionibus explicatis.

*Quæst. I. De traductione, siue contractione peccati Originalis.*

**F**Inis quæstioni imponetur, aliquot difficultatibus enumeratis.

Alex. Alen.

q. 106. m. 3.

¶ 4.

*Prima diffic. Vtrum peccatum parentis in posteros transeat?*

S. Tho. 1. 2.

q. 81.

S. Bona.

**H**æc difficultas iam quæst. præcedenti, & præcipuè in prima difficultate fuit exposita.

Scot.

Durand.

Ricard. ¶

*Secunda diffic. Est ne generatio medium, quo peccatum primi parentis in posteros traducitur?*

alij hac dist.

**E**sse peccatum per originalem propagationem traductum ratione naturali constare non posset, nisi Deus hoc reuelasset: quemadmodum ex varijs locis sacræ scripturæ reuelatum fuisse colligitur. Lege difficultatem primam proximæ quæstionis, vbi definitum est, de fide tenendum esse, fuisse reuelatum. Declarare causam, & modum, quo traducitur, difficile est explicatu. Est tamen hoc excutiendum, propter hæreticos: nam ad catholicos magis spectat remedium contra originale citò adhibere, quam modum, quo contrahitur, quærere.

Doct. vbi. §.

Varie sunt circa hanc difficultatē opiniones. Prima posita

est in prima conclusione litteræ Magistri, quæ est erronea. Quia anima filij non producitur ab homine, sed creatur à Deo. Huius autem erroris autor fuit Tertulianus, vt D. August. docet in lib. de hæresibus, ad quod vult Deum c. 86. in quem errorem disputat Castro. Contra hæreses verbo anima: hæresis. Secunda opinio, vt refert S. Thom. tenet, culpam traduci in prolem, etiam si anima non traducatur: propterea quod corporis defectus traducitur à parente in prolem. Leprosus enim generat leprosum. Hanc, & primam refutat S. Thom. vbi supra. Tertia opinio est Henrici de Gandauo, qui inter alia affirmat, quod voluntas A de genuit in carne sua quandam qualitatem morbidam, scilicet, peccati fomitem, inclinatem voluntatem ad condelectandum inhonestè appetitui sensitiuo. Contra hanc opinionem argumentatur Scot. vbi sup. In primis enim talis propositio est falsa. Nam homo in puris naturalibus haberet in carne sua fomitem peccati, & non efficeretur à voluntate peccante: siquidem absque voluntate carni inesset. Quarta opinio est D. August. quæ continetur in secunda cõclusionem litteræ Magistri. Lege Scotum, qui D. August. interpretatur. Sed prius ad pleniorẽ intelligentiam animaduerte sequentia.

1. *Animad.* Iustitiam originalem datam fuisse Adæ, & in posteros si non peccasset, fuisse traducendam: est de fide: vt supra fuit explicatum, licet in scriptura sacra expressè non cõtineatur. Et ratio est, quia vtrũque per necessariam consequentiam exijs, quæ in sacra scriptura traduntur, colligitur. Nam Ecclesi. 17. legitur. Deus creauit de terra hominem. Et paulò post. Et secundum se vestiuit illum virtute, id est, originali virtute, prout frequenter exponitur. Tum etiam, quia per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per illud fuerunt priuati descendentes Adæ aliquo dono supernaturali, quatenus peccatum naturæ erat: ergo si non peccasset, tale donum ad omnes posteros traductum fuisset.

2. *Animad.* Vnus, vt sit alterius naturalis filius, requiritur: vt pater habeat se actiue, mediante generatione, per rationem feminalem: quæ quidem seminalis ratio est virtus actiua seminalis inexistens, cõcurrens ad formationem corporis organici, vel saltem

saltem ad trāsmutationes præuias, antequàm corpus organi cum producat, scilicet, quando ex semine, quod in vtero sex primis à conceptu diebus lacti simile existit, sanguis novem proximis diebus generatur. Duodecim deinde alijs in carnem conuertitur: postea embryon producit, quod est foetus in vtero conceptus; antequàm lineamenta suæ speciei accipiat, quod ferè solet accidere circa quadagesimum secundum à conceptu diem, &c.

Hinc Heuæ, quàmuis fuit formata ex substantia Adæ, idest, ex eius costa, non fuit pater Adam: quia in eius productione nullam habuit actiuitatem. Consta enim nullam habuit feminis virtutem.

Hinc, si dæmon deferret semen Petri ad viscera alicuius foeminae, ex quo generaretur aliquis, ille esset filius Petri: quia descenderet à Petro per rationem feminalem, per quã Petrus in illa generatione actiue se haberet.

Hinc de ratione patris naturalis est, vt concurrat actiue ad generationem prolis, quæ actiuitas est in semine deciso ab ipso patre, atque post mortem dicitur pater, mediante feminis virtute generare posthumos.

Hinc generatio naturalis hominis est eius productio passiva, non per aliam virtutem, quàm per rationem feminalem. Quæ ratio seminalis non est ipsum semen; sed virtus actiua femini (vt diximus) inexistens.

Hinc Christus, quatenus homo, non fuit filius naturalis Adæ: quia, vt Scot. docet, de ratione filiationis naturalis est: vt ratio seminalis sit virtus actiua totalis, & ad generationem Christi concurrat olim virtus Virginis sanctissimæ, & eius substantia, quæ nõ fuit virtus actiua totalis. Fuit enim Christus conceptus virtute Spiritus sancti. Atq; ita non fuit filius naturalis Adæ. Lege eundem Scotum dist. 3. lib. 3.

Hinc, Christus de lege non contraxit originale: quia non fuit filius naturalis Adæ, & lex, in quo omnes peccauerunt, solos filios naturales cõprehendit (dempta Virgine sanctissima) qui per rationem feminalem descendunt: Christus verò: vt ex dictis constat, solùm per corpulentam substantiam descendit.

Append. 1.

Append. 2.

Append. 3.

Append. 4.

Append. 5.

Scot. in 3. d.  
4. ad argum.  
pro, idest, opi  
nionem.

Append. 6.

Ad Rom. 5.



## CONCLUSIO.

Medium, quo peccatum originale ad nos traducitur, est naturalis generatio, quæ per rationem feminalem vtriusquæ parentis fit. Hæc conclusio ex animaduersionibus positis colligitur. Peccatum enim originale non contrahunt, nisi filij naturales Adæ, id est, ab ipso naturaliter descendentes. Et nullus est filius naturalis alterius, nisi immediatè, vel mediatè ab ipso per naturalem generationem descendat. Deinde si Adam nõ peccasset iustitia originalis ad nos per naturalem generationem traducta fuisset: ergo, & peccatum originale per naturalem generationem ad nos traducitur. Eadè enim est vtriusquæ ratio. Tandem; quia sicut iustitia Christi nobis causaliter sine meritis nostris per generationem spiritualem, quæ fit in baptismo, imputatur: ita, & peccatum originale nobis sine demeritis nostris imputatur per naturalem generationem. Fuit enim primus Adam forma, & exemplar Secundi. s. Christi. R. N. quantum ad communicationem matritiæ vnus, & virtutis alterius.

*Ad Rom. 5.*

*Appen. 7.*

*D. Aug.*

*S. Bonæ. vbi*

*5. q. vlti. art.*

*2.*

*Alex. ALEN.*

*vbi. 5. m. 1.*

*in opponēdo,*

*& respoñdēdo,*

*& m. 3. ar. 1*

*& in 3. p. q.*

*39. in decla-*

*ratione primi*

*mandati de-*

*calogi.*

*S. Tho. vbi. 5*

*art. 2.*

*1. Nota.*

*Diuisio.*

Hinc, medium, quo originale peccatum per multas generationes traducitur, est libidinosa decisio feminis, quod concupiscibiliter per immoderatam delectationem coniugalis actus seminatur: vt frequentissimè scholastici ex mente D. August. loquuntur: ad hunc sensum, quod generatio fit à parentibus iustitia originali priuatis, quæ priuatio est causa immoderatæ delectationis, ex quo semine, tanquàm à causa totali generatur corpus, in quo infunditur anima, constituens filium naturalem Adæ, iustitia originali priuatum, quæ priuatio est tota quidditas originalis peccati. Ita interpretatur D. August. Scotus in hac distinct. 31.

*Tertia diffic. Vtrum alia peccata parentum præter primum peccatum filijs imputentur?*

**V**T Clariùs veritas huius difficultatis innotescat, sunt quedam prænotanda.

Proprietates, quæ homini inhærent, vel sunt personales.

sonales ratione indiuidui, & suppositi, vt grāmaticum, vel philosophum, cæcūm, aut claudum, &c. esse: vel sunt naturales, quæ ratione totius speciei conueniunt, vt esse bipedem, risibilem, beatificabilē, &c. Quæ hoc inter se differunt, quòd primæ in filios non traducuntur. Non enim philosophi philosophum generat: secundæ verò ad filios simul cū ipsa natura traducuntur. Quia sunt pāsiones à natura inseparabiles, & à differentia specifica fluentes.

Proprietates, vel conueniunt personæ, secūdum se ipsam, vt sunt perfectiones acquisitæ: vt virtutes morales, & differentia indiuiduales. v.g. velocitas ad currendum, ingenij habilitas, &c. vel conueniunt personæ ex diuinæ gratiæ dono. Talia sunt dona infusa: vt donum linguarum, prophetiæ, miraculorum, & vno verbo gratiæ gratis data.

Proprietates naturæ, quæ insunt toti speciei, hoc est, singulis indiuiduis naturæ humanæ, etiam subdiuiduntur. Nam vel fluunt à forma specifica, vt quæ à rationabilitate proficiscuntur: vel sunt donum gratiæ diuinæ. Quod quidem donum non emanat à forma specifica: sed conceditur à Deo singulis humanæ naturæ indiuiduis: ideoque dicitur naturale. Tale fuit vnicum tantum donum, nempe, originalis iustitia, quæ si Adam non peccasset, fuisset ad singula indiuidua traducenda, ac si esset proprietas naturalis ex forma specifica trahens originem.

Hinc, quemadmodum virtutes sunt, vel personales, vel naturales: similiter, & vitia sunt duplicia. Nam est vitium, siue peccatum personæ, per quod virtus personæ destruitur, nempe, gratia habitualis. Est & vitium naturæ, per quod virtus naturæ, nempe, iustitia originalis destruitur. Et ratio est; quia quot modis dicitur vnum oppositorum, dicitur, & alterum, & vitium, & virtus opposita sunt.

Hinc, sicut personales virtutes per generationem non traducuntur: ita nequæ vitia personalia traducuntur: & vt virtus naturalis, iustitia; scilicet, originalis fuisset per generationem traducenda: ita, & eius defectus, & priuatio traducitur. Et ratio ex communi philosophorum sententia est; quia contrariorum eadem est disciplina. Quod intellige,

2. Nota.

Subdiuisio.

3. Nota.

Subdiuisio.

Append. 1.

Append. 2.

quantum ad inhaerendum, vel non inhaerendum.

CONCLUSIO I.

*Ad Rom. c. 5*  
Solum primum Adæ peccatum per generationem in posteris traducitur, & nobis ad culpam imputatur. Hæc conclusio est de fide. Et probatur ad Roma. 5. Vnius delicto multi mortui sunt. Et iterum iudicium ex vno, scilicet, delicto in condemnationem. Et rursus vnus delicto, &c. vbi nunquam dixit delicta in plurali; sed delictum. Item sicut per vnus inobedientiam peccatores constituti sunt multi, &c. non dixit per inobedientias. Vnde solum vnicum Adæ peccatum, & non cætera nobis ad culpam imputatur. Et ratione ex notabilibus positis confirmatur: quia solum Adæ primum peccatum fuit peccatum naturæ, & solum illud imputatur posteris: vt constat ex D. Paulo. Qui non dixit, ex peccatis, vel delictis: sed ex vno peccato, & ex vno delicto.

CONCLUSIO II.

*1. q. 4. can. crimē 23. q. 4. can. si quis Alex. Alex. vbi. 5.*  
Cæterorum parentum peccata posteris ad culpam minime imputantur. Hæc conclusio colligitur ex prima. Et ratio est; quia omnia peccata cæterorum parentum sunt personalia tantum, quæ ad posteros: vt ex prænotatis constat, non traducuntur.

*S. Tho. 1. 2. q. 87. art. 8. Scot. in. 1. d. 41.*  
**D V B.** Cur ergo sæpe propter peccata parentum filij puniuntur?

*Echius in ceteruria. 3. Marsil. in. 1. d. 46. Galij vbi. 5. Gratianus dist. 56. Exod. 20. Nota.*  
**R**atio dubitandi est: quia cum constet peccata parentum non traduci in filios, præter primum Adæ peccatum, cur Deus Exod. 20. dicit. Ego sum Dominus, &c. visitans iniquitatem patrum in filios, vsque ad tertiam, & quartam generationem, &c.  
Pœna, vel est diuina, quæ à Deo infligitur: vel est humana, vt quæ à lege humana ciuili, vel canonica præscribitur. Prima rursus, vel est temporalis, vt sunt tribulationes, quibus flagellamur, vel est æterna. Et hæc vel est pœna damni, vel sensus, de qua lege verbo pœna in indice florum. 4. lib.

Prima

*Prima Propositio.*

Filij nunquā in pœna aeterna sensus, propter peccata parentum, nisi illa imitauerint, puniuntur. Hæc propositio est de fide. Et habetur expressē Ezech. 18. Sicut anima patris, ita anima filij mea est: filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij. Hoc idem definitum est in can. quaris de consecrat. distinct. 4. & penultim. & de poenit. distinct. 4. can. cum ita puniantur. & i. q. 4. & 24. quæst. 3. in suā anima. Hoc idem proponitur & de regulis iuri lib. 6. cap. non debet. Notanter dicitur pœna sensus: nam de pœna dāni, quæ originali peccato debetur, postea dicemus. Secundō non frustra dictum esse putes: nisi illa imitauerint, vt si filius hæretici patris, malitiam imitetur: quia tunc potius peccata filiorum, quā parentum castigantur.

*Ezech. 18.*

*Secunda Propositio.*

Pœna diuina tēporali sepius filij, propter peccata parētū, puniuntur. Hæc etiā est de fide. Et pbatur loco Exod. in principio dubij citati. Ego dñs, &c. uisitās, &c. Extant innumera exēpla sacrae scripturæ de hac re. Lege omninō can. in. i. cōclusionē citatos, & D. Greg. exēplū in dialog. quē explicat S. D. Greg. The. 2. 1. 2. q. 108. Est enim filius pars patris, quō ad corpus. Hinc, etiā in cōtra, propter bonam parentum vitam, multa filiis Deus bona largitur. Et ratio est: quia Deus promittit ad miserendum, quā ad puniendum. Hoc docuit D. Anselm. de concept. Virg. c. 8. in fine dicēns. Non nego, propter merita bonorum parentum filijs multa, & magna beneficia corporis, & animæ impendi.

*D. Greg.*

*S. Tho.*

*Append.*

*D. Anselm.*

*Tertia Propositio.*

Filij pœna humana, ppter delicta parētū, castigantur. Cōstat primo ex iure canonico: inā, propter clericalē dignitatē, filius ex adultērio natus nō potest ad sacros ordines, p̄moueri. Talis etiam dignitas uilibus, & infamibus p̄sonis, cōmitti nō debet. Extra de exc. prala. c. inter. Secūdo etiā iure ciuili, ppter crimē lese maiest. paterna hereditate priuatur: vt in. l. q̄squis

C. ad

C. ad. l. Iuliam maiestatis. Vbi pœna confiscationis bonorũ, & deportationis bonorum, & deportationis filiorum, & vltimi flagitij delinquentium pœniuntur.

*Quarta diffic. Verũ si Adam non peccasset, peccãte Cain, eius filij in peccato conciperentur?*

*Scot.  
S. Thom.  
Conrado.*

**S**ententia Scoti vbi suprã, hac dist. in sol. ad. 2. quæ etiam videtur esse S. Tho. de malo q. 5. art. 4. ad vltim. & Conradi art. 2. huius q. continetur sequenti conclusione.

### CONCLUSIO I.

In tali casu nascerentur filij Cain cum originali peccato. Et ratio est; quia reliqui parentes ab Adã accipissent à Deo iustitiam originalem pro se, & pro tota eius posteritate, & ex consequenti essent debitores habendi illam sibi, & totorum posteritati, & similiter amitterent sibi, & suæ posteritati. Nihilominus tamen opposita opinio est probabilis admodũ, & ad illius cõfirmationẽ animaduerte, quod sequitur.

*Animad.*

Filius naturalis bifariam accipitur. Primò respectu immediati parentis. Secundò respectu ceterorum omnium ascendentium, quorum etiam dicitur filius naturalis: eò quod ab ipsis per multas generationes descendat. Vnde omnes ascendentes vocantur patres, & omnes descendentes filij. Hoc sacra scriptura passim docet. Nam Luc. i. legitur. Sicut locutus est ad patres nostros; Abraham, & semini eius in sæcula. Et ibidem Zacharias. Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, &c. Et Matthæ. cap. 1. Christus filius Dauid, & filius Abrahæ appellatur, licet per multas generationes ab eis descenderit. Lege etiam cap. nam, & rex Nabuchodon. extra de verb. signific. Iuris etiam periti omnes ascendentes patres, & descendentes omnes filios appellant: vt constat in l. appellatione parentis de verb. signific. & in l. liberorum appellatione eodẽ tit. licet strictius hac significatione etiam vtantur: vt patet in l. iurisconsultus. §. item liberi. ff. de grad. & affinita.

*Luc. 1.*

*Matth. 1.*

CON-



CONCLUSIO II.

Posterī Cain, vel alterius patris peccantis, post Adam, cū iustitia originali nascerentur. Et ratio est; quia iustitia originalis data fuit Adæ, & eius filijs naturalibus: sed filij cuiuscū quē progenitoris descendētis ab Adā fuissent filij naturales Adæ: vt constat ex animaduersione posita: ergo, ipso Adam non peccante, quamuis cæteri progenitores peccarent, nascerentur eorum filij cum iustitia originali. Quam volueris, ex ijs duabus opinionibus poteris eligere.

*Quinta diffic. Si Adam, antequam peccaret, genuisset filios in statu innocentia, iustitia originali præditos, isti iam geniti, Adam postea peccante, amitterent ne iustitiam originalem?*

**S**ecundum diuinam legem nemo potest à gratia, & amicitia Dei cadere, nec dono aliquo spiritali, quod iam habet per peccatum alienum priuari. Ita enim intelligendus est locus Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatē patris, id est, filius non priuabitur gratia accepta ob parentis demeritum.

*Nota.*

*Ezech. 18.*

CONCLUSIO.

Tunc, si post filiorum natale: vel conceptionem contigisset primum hominē peccare, retinuissent filij iustitiam originalem, tanquā donum personale subdens sensitiuam rationi: non autem tanquā donum naturæ transferendum in posteros. Ratio primæ partis est iuxta notabile positū: quia iniquum est filium ob demerita parentis dono aliquo spiritali, quod iam habet, priuari. Ratio secundæ partis est: quia sæpe supra diffinitum est solum primum parentem sibi, & posteris naturaliter propagatis iustitiam originalem accepisse.

*S. Th. vbi. s̄. art. 4.* *Sexta diffic. Si aliquis generaretur modò miraculose ex carne humana, quemadmodum Heua fuit formata ex costa Adæ, contraheret ne Orig. peccatum?*  
*Durand. hac d. q. 2. et alij vbi. s̄.*

## CONCLUSIO.

**M**Inimè contraheret. Et ratio ex supradictis in hac quæstione manifestissima est: quia descendere secundum rationem feminalem ab Adam est causa contrahendi peccatum originale. Et qui formaretur miraculose de manu, vel pede alterius hominis, non descenderet ab Adam secundum rationem feminalem, secundum quam dicitur filius naturalis Adæ: sed secundum corpulentã substantiam: atquè ita non contraheret originale.

Append.

Hinc, Christus de lege non potuit contrahere originale: quia non fuit formatus ex femine virili, quamvis fuerit formatus ex carne propagata ab Adam, scilicet, ex purissimo sanguine sanctissimæ Virginis.

*Alex. Alen. m. 3. art. 2.* *Septima diffic. Vtrum, sola Heua peccante, filij originale peccatum contraxissent?*

*S. Tho. art. 5 vbi. s̄.*

## CONCLUSIO.

*Eccl. 25.*

**Q**uãvis Heua viro suo occasio fuerit peccandi: nihilominus tamen, sola illa peccante, filij originale peccatum non contraxissent. Ratio primæ partis est: quia à muliere initium peccati, idest, occasio & per eam omnes moriuntur. Ratio secundæ partis est: quia iustitia originalis, vt sæpe hætenus inculcauimus, data fuit Adæ, tanquam capiti naturæ, & non Heuæ. Diuina enim ordinatio factum est: vt iustitia originalis non perderetur ex omni parte, quò ad vsquè vir, qui erat caput naturæ præberet assensum.

Quæst.

## Quæst. II. De subiecto peccati Originalis?

Alex. Alen.

**H**AEC Quæstio, vnico tantùm articulo proposito, absoluetur. Reliqui vero, quia faciles sunt, consultò prætermittuntur.

q. 106. m. 4.

S. Tho. 1.

2. q. 83.

S. Bona. hac

dist.

Artic. vnicus. Quodnam est immediatum Originalis peccati subiectum?

**T**res sunt opiniones circa hunc artic. Prima est Duran. afferentis, peccatum originale immediatè subijci in carne, scilicet, in potentia sensitua visus, auditus, &c. Secunda est S. Thom. affirmantis, peccatum originale immediatè esse in tota essentia animæ. Tertia opinio est Scoti dist. 32. Notabili ad argumenta secundæ quæstionis, ad quintum. Hanc opinionem tenuit antea D. Bona. hac distinct. art. 1. quæst. 2. Et censet eodem modo de hac quæst. atquè de quæst. subiecti gratiæ (vt supra differuimus) esse theologandum.

Duran. hac

d. 31. q. 3.

S. Tho. art. 2

vbi. S.

Scot.

D. Bona.

## CONCLUSIO.

Peccatum originale immediatè non in intellectu: sed in voluntate subijcitur. Et ratio est; quia peccatum originale nostrum est peccatum Adæ actuale iuxta sensum supra positum, & peccatum Adæ fuit in voluntate eius subiectiuè: ergo, & nostrum erit in nostra volūtate, & in illa subijcitur. Nam cum de ratione cuiuscunquè peccati sit, quòd sit voluntarium: erit profectò in voluntate. Tum etiam quia iustitia originalis erat immediatè in voluntate, quoniam per eam dominio despotico appetitui sensitui dominabatur: ergo peccatum, quod est priuatio illius iustitiæ, erit immediatè in voluntate. Opposita enim circa idem nata sunt fieri. Sed de ijs latiùs in controuersiarum lib.

Distinct.

*Distinct. XXXII. In qua Magister  
de remissione peccati Originalis  
verba facit.*

*D. Aug.*

*Alex. Alen.*

*q. 106. m. 6.*

*in. 2. p. & in*

*4. p. q. 2. m. 5*

*per totum &*

*q. 4. m. 7. ar.*

*5. §. 1. & q.*

*5. m. 4. art. 2*

*§. 1. ad arg.*

*S. Th. 1. 2. q.*

*81. art. 3. ad*

*3. & in 3. p.*

*q. 68. art. 1.*

*& 2.*

*S. Bona. toto*

*art. 1.*

*Scot. q. 1.*

*Duran. q. 1.*

*et Ricard. et*

*alij hac dist.*

*Castro verb.*

*baptismus.*

*Contra hære-*

*ses hærefi. 4.*

*et. 5. et. 11.*

*Soto lib. nat.*

*et gra. c. 11.*

*et. 12.*

**T**Res proponit quæstiones Magister in hac litera. Et prima est. An peccatum originale per baptismum remittatur? Cui respondet. Remittitur quantum ad reatum, idest, quantum ad poenam damni peccato originali respondentem. Manet enim homo filius Dei adoptivus. Minuitur etiam virtus concupiscentiæ peccati originalis per gratiam baptismalem: non tamen extinguitur. Siquidem manet ad exercitium virtutis. Hanc responsionem multis locis D. Aug. probat. Secunda quæstio est. An sicut per baptismum tollitur originale totaliter, etiam sceditas carnis, quæ est macula, & horror ex libidinosa generatione contractus, tollatur? Citat duas contrarias sententias, quarum ultima tenet non tolli: quia manet in baptizatis concupiscentia, idest, inclinatio ad immoderatam delectationem. Tertia quæstione quæritur? Quomodo peccatum originale sit voluntarium? Cui respondet cum D. August. esse voluntarium in sua causa, prout supra in hoc tractatu fuit à nobis expositum.

*Quæst. I. Vtrum peccatum Originale per baptismum remittatur?*

**I**N Hac quæst. solum est nobis contra lutheranos agendum, qui affirmant nec originale, nec actuale peccatum remitti: sed solum non imputari ad gehennam. Animaduerte primum, ut quæst. hac perspicua magis reddatur ea, quæ in floribus. 4. lib. sentent. leguntur de sacram. in genere artic. 3. q. 2. & de baptism. q. 2. art. 1.

**CONCLUSIO.**

Peccatum originale per baptismum remittitur. Hæc est de fide contra lutheranos. Et probatur primum Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, &c. Hinc, sic colligo

colligo argumentum. Per baptismum renascitur homo spiritualiter: ergo per baptismum remittitur omnino originale. Et ratio est; quia si non remitteretur, non esset regeneratio. Regeneratio enim peccati remissio cum infusione gratiae est. Et ad Roma. 5. Vbi abundavit delictum, superabundavit, & gratia: & sicut regnavit peccatum in mortem; ita, & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum dominum nostrum. Quare si in baptizatis, ut B. Paul. affirmat, regnat gratia; nullum profecto regnat peccatum, neque originale, neque actuale mortale. Sunt enim incompatibilia. Est etiam diffinita ad verbum in concil. Trid. sess. 5. can. 5. Ratione confirmatur: quia cum malitia Adæ per generationem carnalem nobis imputetur: ita ut cum peccato originali nascamur: imputabitur quoque nobis per generationem spiritualem obsequium Christi; ita ut originale peccatum omnino remittatur. Aliter enim potentior esset malitia Adæ ad nocendum, quam Christi Iesu obsequium ad sanandum. Quod est hæreticum, & contra D. Paul. dicentem. Vbi abundavit delictum, superabundavit, & gratia. Non enim sicut delictum; ita & donum.

Ad Rom. 5.

Ad Rom. 5.

*DVB. Cur ad remissionem Originalis unum tantum est remedium, nempe, baptismus?*

Alex. Alen.

4. p. q. 5. m.

4. art. 2.

Eccl. 7.

**R**atio dubitandi est; quia contra venialia plura dantur remedia. Respondeo: quia veniale pluries, & infinities reiteratur (Non enim est iustus in terra, qui non peccet) ideo contra illud plura sunt remedia: at verò quia originale semel tantum contrahitur, vnicum est contra illud remedium, nempe, baptismus, quod semel tantum adhibetur, & quo homo, ut modò diximus, spiritualiter regeneratur. Et licet poenitentiae sacramentum, quod principaliter contra actuale mortale est institutum, vnum sit in specie: multoties tamen reiteratur: propterea quòd multoties mortale peccatum iteratur.

In hac q. cõfutata est hæresis lutheranorũ in princ. q. p̄sita.

*Hæresis Lutheri.*



*Alex. Alen.* **Quæst. II. De effectibus peccati Originalis.**

q. 95. m. 2.  
per totū, &  
q. 106. m. 7.

m. 2. p. &  
S. Th. 1. 2. q.  
85. art. 3 &  
5. B. Bona.  
ars. 2. & re-

liqui hac dis.  
Soto ubi. s. c.  
13. Vega  
lib. 2. super  
cōcil. Trid.

Ad Ephe. 2.  
Gen. 2.  
Gen. 3.

*Alex. Alen.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

*Luc. 10.*

**Q**uoniam de effectibus peccati infra de peccato actua  
li erit iterum disputandum, nunc breui me expe-  
diam.

**CONCLUSIO I.**

Primus effectus originalis peccati est pœna damni, id est,  
exilium à gloria, siue priuatio visionis diuinæ. Probat<sup>ur</sup> ex  
D. Paulo dicente: eramus natura filij iræ. Nam per iram di-  
uinam, pœnam damni, qua plectitur originale peccatum,  
intelligit.

**CONCLUSIO II.**

Secundus effectus est rebellio potentiz sensitiz aduer-  
sus rationem. Cuius ratio est; quia appetitus sensitius per  
iustitiam originalem cohibebatur, quo minus circa suū ob-  
iectum immoderatè delectaretur, qua semel amissa, illico  
caro concupiuit aduersus spiritum. Scriptum enim est Gen.  
2. Erat autem vterquè nudus, & non erubescabant: propte-  
rea quòd per iustitiam originalem nullum motum bestia-  
lem patiebantur. Et statim post peccatum aperti fuerunt  
eorum oculi, & fecerunt sibi perizonata: vt tegerent veren-  
da: quia mox post peccatum passi fuerunt carnis rebellionē  
aduersus spiritum. Lege supra dist. 29. & 30.

**CONCLUSIO III.**

Tertius effectus fuit vulneratio in potentijs animæ. Fue-  
runt autem vulnera, ignorantia respectu intellectus: quia est  
subiectum prudentiz. Et malitia in voluntate, quæ est iusti-  
tiz subiectum. Et imbecillitas contra fortitudinem ad resi-  
stendum peccato. Et concupiscentia ad immoderatam de-  
lectationem contra temperantiam. Et probatur. Luc. 10.  
exemplo hominis descendentis ab Hierusalem in Hierico,  
qui fuit à latronibus expoliatus, & plagis inflicis, seminius  
relictus. Per quas plagas de consensu omnium Theologo-  
rum prædicta vulnera intelliguntur: quia licet naturales po-  
tentia maneat integra post peccatum, quantum ad essen-  
tialia: non tamen quantum ad suas operationes. Illustrat S.  
Thom. hanc doctrinam sequenti exemplo. Nam sicut cor-  
pus

pusdiaphanum (vt aer) densitate tenebrarum inuolutum manet integrum, quò ad potentiam passiuam recipiendi lumen: non tamen potest lumen præ densitate nebula recipere, vt in aere, tempore, quo viget nebula, experimur: ita à simili natura nostra est capax tantæ perfectionis post peccatum, sicut antea: non tamen potest rectè, faciliter operari, propter priuationem iustitiæ originalis, quæ appetitum sensitiuum, ne contra rationem insurgeret, cohibebat. Hæc de effectibus spiritualibus.

## CONCLUSIO IIII.

Corporales effectus originalis peccati quàm plurimi sunt, qui Gen. 3. recensentur. Quorum præcipuus est mors, iuxta illud. Puluis es, & in puluerem, &c. Et vniuersæ quoque calamitates temporales, & corporales, quas patimur, sunt peccati originalis effectus. Colligitur apertissimè ex eodem. 3. cap. Geneleos.

Hinc, confutatur hæresis Lutheranorum, à quibus alij effectus peccati originalis numerantur, nempe, ignoratio Dei, cõtemptus Dei, vacare metu, & fiducia Dei, odisse iudicium Dei, fugere Deum iudicãtem, irasci Deo, desperare gratiam, habere fiduciam rerum præsentium. Hoc autem asserere est erroneum. Et ratio est; quia effectus peccati originalis sunt, qui ex natura rei secundum diuinam legem ex eo, nulla interueniente noua voluntate, subsequuntur, & qui in peccatum originalis culpæ sunt omnibus paruulis ante vsu rationis, & adultis communes. Aliter enim omnia peccata humana effectus peccati originalis dicerentur, quod est nomine effectus abuti. Nisi dicas esse remotissimos effectus: eò quod per concupiscentiam iustitia originali destitutam, voluntas ad consentiendum incitatur.

*Magist. Sent. Dist. XXXIII.*

**I**N Hac distinct. proponit Magister vnicam quæst. s. An cæterorum parentum peccata filijs imputentur, quemadmodum fuit peccatum Adæ imputatum? Hæc quæst. supra à nobis soluta est.

Alex. Alen. *Quest. unica. Vtrum morientes cum solo Originali*  
 q. 106. m. 10  
 m. 2. p. & in  
 4. p. q. 4. m. 2  
 art. 1. §. 2. ad  
 arg. & apud  
 S. Tho. 1. 2. q.  
 83. art. 4.  
 Thomistæ,  
 & idem B.  
 Thom. d. hac  
 & q. 5. de  
 malo.  
 S. Bona. art.  
 vlt.  
 Scot. q. vnic.  
 Duran. q. 3.  
 Ricar. & a-  
 lij hac d. 33.  
 Soto vbi. §.  
 c. 14.  
 D. Aug.  
 D. Greg. lib.  
 9. mor. c. 12.  
 Arim.  
 Error.  
 Ad Rom. 5.  
 Abulen.  
 q. 665.  
 Matth. 25.

**H**A NC Quæst. proponit Scot. in hac distinct. & alij. Et cum nihil de pœna istorum paruulorum sit ab ecclesia definitum, nequẽ aliquid certum ex sacra scriptura colligatur, hinc fit: vt quot sunt capita, tot sint opiniones, & sententiæ. Prima sententia tenet tales infantes esse etiam pœna ignis æterni puniendos. Et est D. August. lib. de fide ad Petrum cap. 23. Et in sermone de baptismo paruulorum. Temperatque D. August. hanc suam sententiam lib. 1. de peccatorum meritis, cap. 16. & in Enchirid. cap. 93. & lib. 5. contra Iulianum dicens, hanc pœnam futuram esse omnium mitissimam. Idem omninõ cum B. August. sentit D. Greg. quibus adhæsit Gregor. Arimin. hac distinct. Vocanturquẽ ob id tortores paruulorum, qui hanc opinionem sequuntur. Estquẽ iam tanquã dura ab omnibus explosa. Secunda sententia asserit, propriẽ loquendo, originale peccatum nec pœna damni propriẽ, nec pœna sensus puniri. Hæc autem sententia est hæretica: quia paruulos non esse futuros in vera pœna, & damnatione est cõtra fidem. Nam dicit B. Paul. Iudicium quidem ex vno in cõdemnationem. Et si propriẽ non punirentur, non esset propriẽ peccatum, quod est contra omnes doctores consentientes, peccatum originale esse propriẽ peccatum, & aliqua pœna puniri. Tertia sententia est opinatiũ, pœnam dictorum paruulorum esse maximam, & ingentissimam. Hæc etiam videtur falsa, cum sit contra omnes theologos dicentes, infantes mitissima pœna plectendos. Quarta sententia est Abulensis doctis torqueri, præter pœnam damni, non quidem pœna ignis: sed acerbissima tristitia, propter carentiam visionis diuinæ, ad quam omninõ intelligent se esse creatos, & eiusdem participes. Hæc sententia est satis probabilis. Quinta est communis, & vera Alexand. Alen. S. Thom. Ricard. Scoti. Durand. & aliorum, quæ sequenti conclusione explicatur.

## CONCLUSIO.

Paruuli cum solo originali morientes nō pœna ignis, quæ sensus pœna nuncupatur: sed pœna dāmini torquentur. Hæc conclusio habetur in c. maiores de bapt. & eius effectū. Et quia ibi summus Pont. Innoc. nō loquitur definiendo: sed solum adducit hanc conclusionem ad confirmandam aliam sententiam, quam ibi definit, licuit postea oppositū opinari. Et ratione confirmatur: quia pœna sensus solum respondet quantitati delectationis in peccato, iuxta illud. Quantū glorificauit se, & in delitijs fuit, tantū date ei tormentum, & luctum. Et originale non habet aliquam delectationem annexā, cum nō sit à nobis cōmissum; sed aliunde cōtrahatur,

Apoc. 18.

*Prima diffic. Quam cognitionem poterant paruuli predicti in illo statu habere?*

## CONCLUSIO.

Poterunt cognitionem naturalem omnium veritatum physicarum habere. Et ratio est: quia habebunt intellectum agentem, & species intelligibiles acquisite. Et cōfirmatur: propterea quod corporis corruptibilitas, & dolor tormentorum impediunt aciem intellectus, quominus possit scientiam acquirere: & infantium corpora in illo statu erunt incorruptibilia, & nullum: vt in proxima conclusione diximus, tormentum patientur. Atque ita erit eorum intellectus ad cognoscendam omnem veritatem physicam expeditus. Soto tenet oppositum.

Hinc, diligenter Deum tunc amore naturali: quia naturaliter Deum cognoscent.

Append.  
S. Thom. hac

*Secunda diffic. Comparebunt ne paruuli isti in die iudicij?*

dist.  
Durā. vbi. 5.

Partem negantem videtur Durand. vbi sup. amplecti.

## CONCLUSIO.

Comparebunt quidem. Patet Matth. 25. Congregabuntur ante eū omnes gētes. Et ad Romā 14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Et Apoc. 1. Veniet, & videbit omnis oculus.

Matth. 25.  
ad Rom. 14.  
apoc. 1.

*Tertia diffic. Erit ne de istis iudicium?*

CONCLUSIO.

**N**on erit. Et ratio est: quia iudicium constat accusatore, reo, & iudice: & cū nullus accusetur propter demeritum alienum: sed proprium, & paruuli nullum habeant demeritum proprium, non accusabuntur: & ex consequenti quāuis sint in loco iudicij, non iudicabuntur. Nihilominus tamen condemnabuntur illa sententia: nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Nam poena dānā vera damnatio est.

loc. 3.

Scot. vbi. 3.

*Quarta diffic. Erunt ne eorum corpora impassibilia?*

CONCLUSIO.

**E**runt. Et ratio à simili est: quia sicut corpora damnatorum in poenā conseruantur incorruptibilia; ita: & istorum corpora, non propter dotem impassibilitatis: sed ex beneplacito diuino absque corruptione conseruabuntur. Hinc, neque fomes peccati in illis vigebit: quia erunt impeccabiles actualiter: nam si ceciderit lignum, &c. in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

Append.

Eccl. 11.

*Quinta diffic. Habebunt ne in die iudicij cognitionem finis supernaturalis, nempe, quòd erant beatitudinis capaces, sicut & ceteri?*

CONCLUSIO.

**H**abebunt. Et ratio est: quia in valle Iosaphat videbunt Christum, & ceteros electos in aere existentes, & intelligent se esse eiusdem speciei cum illis, quibus dicitur. Venite benedicti: quare intelligent etiam se esse finis supernaturalis, scilicet, visionis beatificæ capaces: sicut, & ceteri, & ex consequenti agnoscēt se priuatos illa beatitudine,

pro-



propter peccatum Adæ, & quia non fuit sibi remedium baptisimi applicatum.

*Sexta diffic. Patientur ne tunc aliquam tristitiam propter dictam priuationem?* Scot. vbi. 5.

### CONCLUSIO.

**N**ullam ob hanc causam patientur tristitiam. Quia, vt Scot. ait, erunt cõteti de suo statu: quoniam sic Deus hoc disposuit. Et confirmatur: quia ratio præcisa, quare damnati acerrimam patientur tristitiam propter beatitudinis priuationem, est; propterea quòd intelligunt propter demerita propria se illa carere, iuxta illud. Quid nobis profuit superbia, &c. Pueri autem cū solo originali morientes intelligent se beatitudine priuatos: quia Deus noluit, vt sibi, sicut & cæteris remedium applicaretur. Et ideò non contristabuntur: nam si contristarentur, possent conqueri, & murmurare aduersus Deum, eò q̄ sine actuali culpa, & sine proprijs demeritis eos beatitudine priuauerit. Et cū nullū sperent remedium; possent etiam præ nimia tristitia, sicut cæteri damnati, in Deum blasphemare, & ex consequenti actualiter peccare, quod est erroneum. Morientes enim absquẽ actuali, de cætero erunt impeccabiles, iuxta illud. Si ceciderit lignum, &c.

Hinc, opinio Soti vbi sup. parum habet virium. Nam dicit, Deum non reuelaturum illis ob peccatum Adæ exulari à regno cœlorum: ne nimia tristitia absorbeantur. Nò enim quàmuis illis reuelaretur suæ damnationis causa, contristarentur: quia cū sint impeccabiles peccato actuali, beneplacitum diuinum, scilicet, nullum fuisse adhibitum illis remedium, minimè displicebit.

*Septima diffic. Quo in loco pueri isti post diem iudicij erunt?*

**C**VM nihil de hac re ab ecclesia sit definitum: vt in principio quæst. diximus, trahit sua quemquẽ voluntas, nec

D. Aug.

2. 1. 1002

voto vivitur vno. Quidam enim affirmant splendore Solis super faciem terræ fruturos. Alij in limbo futuros, quod vifus est docere D. August. quando dixit. Duo esse loca vitæ peremnis, scilicet, supra terram, & sub terram. Lege can. nulla de consecrat. d. 4. & can. ad limina. 30. q. 1. Qui quidē locus nō erit illis tristitiæ causa. Tum quia nō est datus talis locus in pœnam: sed quoniam melior illis non debetur, sicut, & patres ibi ante adventum Christi existebant. Tum etiam quia locus ille non est animabus separatis impedimento, ne suis intellectualibus operationibus verè uti possint. Vbi autē sit limbus ex floribus. 4. lib. in. 2. p. in quæst. de receptaculis animarum, dub. 1. intelliges. Hactenus de peccato originali, quod solus Christus ex lege, & sanctissima eius Mater ex privilegio, non contraxerunt.

2. q. 2

## Magist. Sent. Distinct. XXXIII.

**I**N hac distinct. aggreditur Magister disputationē de peccato actuali. Nā cum peccatum prima sui diuisione in originale, & actuale diuidatur, explicato originali, sequitur necessariò actualis peccati expositio, & diffinit Magister in hac dist. vnam q. f. Vtrum peccatum sit à principio bono, tanquā à causa, &c. Cui respondet cum D. Aug. Peccati duplex est principium, quorum primum natura rationalis, angeli, scilicet, vel hominis est. Non enim peccaret, si rationalis non esset. Et hæc natura est bona: quia est opus Dei bonū. Alterum principium est mala voluntas.

D. Aug.

Append. 102

Hinc colligit Magister peccatū trahere originē à bono bonitate naturali, & à malo malitia morali, s. à mala voluntate.

## Magist. Sent. Dist. XXV.

D. Aug.

**P**Lures in hac distinct. proponit Magister peccati definitiones. Quarum caput est illa D. Aug. contra Faust. Manichæum, scilicet. Dicitum, factum, vel concupitum contra legem Dei. Altera definitio est, peccatum est corruptio, vel priuatio boni. Anima enim priuatur gratia, & hominis natura vulneratur. De quibus vulneribus supra egimus, & infra etiam disputabimus.

1007

Magist.

*Magist. Sent. Distinct. XXVI.*

**S**ententia huius dist. (in qua Magister tractat. An vnum peccatum sit alterius peccati poena) tribus propositionibus comprehenditur. Et prima est. Quædam sunt peccata, & poena alterius peccati, de quibus B. Paul. ad Rom. 1. Propter quod tradidit illos Deus, &c. Secunda. Quodcunque peccatum est poena, & tamen non alterius peccati. Est enim poena non in quantum peccatum: sed quoniam, permittente Deo, homo labitur in illa, & natura corrumpitur. Nam eius bonum vulneratur. Quod B. Paul. ad Roma. 1. docuit. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominie, hoc est, in peccata ignominiosa, quæ furatur intellectum sapientis cuiusmodi sunt peccata libidinis. Tertia est. Quæuis omne peccatum sit poena, eò qd naturam vulnerat: non tamen omne peccatum est poena peccati, sed solum illud, quod à peccato, quod per poenitentiam non deletur causatur: eò quod suo pondere in aliam trahit.

*Ad Rom. 1.**Ad Rom. 1.**Magist. Sent. Dist. XXVII.*

**Q**uarit in hac dist. Magister. An Deus sit peccati causa? Et respondet, nullo modo, etiam pro materiali esse peccati causam. Et ratio illius est, quia materia peccati non est res. Verum nemo Magistrum in hac parte sequitur. Nam actus res quædam est.

*Magister  
caute legendus.**Flores tractatus de peccato Actuali.*

**D**e hoc tractatu præter D. Bona. Ricard. Scot. & alios scholasticos doct. super prædictas distinct. 24. &c. copiosissime disputant Alexand. Alen. in 2. p. à quæst. 107. vsquæ ad finem eiusdem partis per multas q. & S. Tho. 1. 2. à quæst. 71. vsquæ ad. 89. Castro verbo peccatum contra hæreses. Literam istarum distinctionum, aliquot positis quæstionibus, declarabo: ordinem tamen Magistri non sequar: quia à methodo, quam hactenus obseruauimus, recessit.

Alex. Alen. *Quest. I. De essentialibus peccati actualis.*

q. 107.

S. Tho. q. 71.

art. 6.

S. Bona.

Scot.

Ricard.

Durand. &

alij dist. 35.

Alex. Alen.

vbi. S. m. 1.

& 2.

Alex. Alen.

m. 1. vbi. S.

Artic. I. De nomine, & diuisionibus actualis pecc.

**H**ic artic. merito præponitur: quia cum peccati nomen multiplex sit, variæq; eius diuisiones, non posset perfecte definitio peccati tradi, si hæc non præcognoſcerentur.

*Prima diffic. Est ne vnicum peccati actualis nomē?*

### CONCLUSIO.

**N**on vno, sed varijs nominibus in sacris litteris peccatum appellatur. Probat per sequentes propositiones.

#### *Prima Propositio.*

Peccatum dicitur macula, vitium, crimen, culpa, scelus, nephas, Primùm appellatur macula, quatenus dicit de formi tatem partis superioris, vel inferioris animæ, & ita ponit gratiæ defectum. Vitium, prout ponit defectum boni naturæ: quia peccatum significat etiam conuersionem ad apparens bonum, quod non est bonum. Crimen verò, & culpa respiciunt ad id, quod exterius est. Nam crimen est peccatum accusatione dignum. 81. distinct. can. Apostolus. Culpa verò est peccatum pœnæ obligatorium. Scelus verò, & nephas aggrauationē super peccatum indicant. Nam scelus dicitur, quod specialiter in Dei iniuriam est, cum maximè Deus offenditur. Nephas autem, quando maximè est personæ illicitum. Phas enim idem est, quod licitum.

Lewit. 20.

#### *Secunda Propositio.*

Appellatur etiam peccatū auersio, siue elongatio à Deo, & offensa, & iniquitas, & impietas. De auersione infra latius. Dicitur offensa, quia peccans mortaliter constituit vl-

timum

timum finē in creatura, spreto Deo, quod est maxima Dei  
offensa. Nominatur iniquitas à B. Ioan dicente. Omnis, qui  
facit peccatum, iniquitatem facit. Et peccatum est iniquitas:  
quia fit contra æquitatem, siue debitum, quo omnis creatu-  
ra suo creatori obligatur. Impietas quoque nūcupatur: quia  
fuit contra affectum amoris, & gratitudinis Deo: vt patri, de-  
bitum. Licet aliquando strictē pro infidelitate capiatur: vt  
D. Gregor. lib. 25. moral. c. 13. docet. Quo in sensu intelligitur  
illud psalm. Non resurgunt impij in iudicio. Quandoque  
verò pro omni peccato apud Ierem. vsurpatur.

*1. Ioan. 3.**D. Greg.**Psalm. 1.**Ierem. 3. 18.**Et. 33.**Tertia propositio.*

Peccatum, vel significat culpam, idest, legis transgressionē,  
& actum rectē rationi dissonum, de quo D. Paul. ait. Vbi nō  
est lex, nec preuaricatio, scilicet, culpa, vel peccatum, hoc est,  
offensa Dei. Sumitur etiam peccatū abusiue pro hostia pro  
peccato oblata: ita frequenter in veteri testamento vsurpa-  
tur. Et B. Paul. more Hebræorum appellauit Christum pec-  
catum dicens de patre cœlesti. Eum, qui non nouerat pecca-  
tum (scilicet Christum, qui culpam non fecit) pro nobis pec-  
catum fecit, idest, hostiam pro peccatis. Et alibi, de peccato  
damnauit peccatum in carne. Accipitur tertio peccatū pro  
eo, quod est effectus, vel sequella, seu pœna peccati, vel quod  
trahit, aut allicit, vel inclinat ad peccatum. Consuetum nā-  
que est, & in scriptura, & in communibus nostris colloquijs:  
vt effectus nominibus causarum, & è contra appellentur. Et  
hoc modo vocauit D. Paul. concupiscentiam carnis peccatū:  
propterea q̄ est effectus, & pœna peccati: vel quia trahit, &  
inclinat ad peccatum: non autem quod eam crediderit verē  
esse peccatum idest, diuini mandati transgressionem: vt co-  
piose docuit D. August. multis in locis, præcipuē in lib. de  
nupt. & concupiscentia contra Valerium. Et. 1. de ciuit. c. 24.  
& lib. 14. c. 10. Et, vt supra diximus, fuit hoc definitum in cō-  
cil. Trident. sess. 5. can. 5.

*Castro verbo  
præceptum  
contra here-  
ses, heresi. 4.**Ad Rom. 4.**Vega lib. 11.**super concil.**Trid. c. 15.**2. Cor. 5.**Ad Rom. 8.**ad Roma. c. 7**D. Aug.**Append.*

Hinc, à prima tantum acceptione peccati, scilicet, quate-  
nus accipitur pro culpa, dicitur homo peccator: quia hæc  
propria peccati significatio est: non autem à secunda. Quia  
Christus,



Christus, licet à B. Paul. appelletur peccatum, id est, hostia, & oblatio pro peccatis: non tamen vocatur peccator: neque iustus à concupiscentia carnis vocatur peccator, quamuis concupiscentia peccatum nominetur. Quoniam secundo, & tertio modo peccatum improprie sumitur.

Alex. Alen. *Secunda diffie. Quæ, & quot sunt peccati actualis*  
*ubi. s. s. 2.* *diuisiones?*

S. Tho. infra  
*in q. de diuisionibus pec-*  
*cati.*  
 1. diuisio.  
**P**Rætermiffa prima omnium diuisione, qua peccatum in originale, & actuale diuiditur, de qua multa in distin. 4. de pœn. ferè per totum tractatur, proponam varias diuisiones actualis peccati, de quo nunc disputatur.

Primò diuiditur actuale peccatum inueniale, & mortale. Hæc diuisio habetur de pœn. distinct. 1. can. medicina. §. 3. & peccatum, quatenus sic diuiditur, potest describi: ita ut dicatur peccatum in meritum pœnæ. Nam vtrumque est meritum pœnæ. Mortale quidem æternæ. Veniale verò temporalis. Quam descriptionem vocat Alex. magistralem.

2. diuisio.  
 Matth. 5.  
 Peccatorum tria sunt genera. Vnum est factorum, vt non occides, non mechaberis, &c. Alterum est dictorum Matth. 5. Qui dixerit fratri suo Racha, reus erit cõcilio, &c. Tertium est concupiscentiæ: vt est desiderium, siue propositum peccandi, quamuis non sequatur actus. De quo Matthæ. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Similiter duobus vltimis præceptis decalogi prohibetur concupiscentia, quâuis nõ sequatur actus. Et ad Rom. 7. Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces.

Tam latè patet hæc diuisio: vt ad hæc tria genera omnia peccata reducantur: etiam omissionis, quæ sunt, non facere, non dicere, aut non concupiscere, quæ lex diuina facienda, dicenda, & concupiscenda esse præcipit. Et vno verbo fit diuisio in peccata cogitationis, siue cordis, oris, & operis.

Append.  
 D. Aug.  
 Hinc, D. August. volens integrè definire peccatum cõtra Faustum (vt artic. sequenti explicabitur) posuit in definitione omne genus peccati, quod in sacra scriptura reperitur, dicens. Est dictum, &c.

Pecca-

Peccatum, vel est ex infirmitate, quod commisit Petrus, quando dum mori timuit, vitam negavit. Vel est ex ignorantia, quod peccabat Saulus, quando ecclesiam Dei persequebatur. Misericordiam Dei consequutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Vel est ex certa malitia, siue ex industria, quod genus peccati fecit Iudas, quando Magistrum suum, Redemptorem nostrum, vendidit.

3. diuisio.

1. Timor. 1.

Peccatum omne, vel est ex concupiscentia carnis, vel oculorum, vel ex superbia vitæ. Hæc diuisio colligitur ex B. Ioã. dicente. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

4. diuisio.

1. Ioan. 2.

Peccatum, aliud ex timore malè humiliante, & aliud ex amore malè accedente. Timor enim, & amor sunt dispositiones efficientis causæ, secundum quas producit peccatū.

5. diuisio.

Peccatum, aliud in Deum, aliud in proximum, aliud in se ipsum. Hæc de diuisionibus, quæ latius infra declarabuntur, alijs interim diuisionibus omisis, ne multitudinem diuisionū ingenium obruatur.

6. diuisio.

*Artic. II. Quidnam est peccatum?*

Alex. m. 1.

S. Tho. q. 71.

**M**ltis, varijsq; definitionibus natura, & essentia peccati à s. Patribus declaratur, quas refert, & perpendit noster Alexand. copiosè, vt solet.

art. 6. alij. d.

35.

Peccatum est conuersio voluntatis indebita ad commutabile bonum. Hæc est D. August. Item in lib. de lib. arbit. Peccatum est, spreto incommutabili bono, adhærere commutabili bono. Tertio definitur à D. Ambro. Peccatum est præuicatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum. Quarto à D. August. in lib. de vera relig. Peccatum est appetere, quod Christus cõtempnit, vel fugere, quæ Christus instituit. Quinto idem August. in lib. de lib. arbit. Peccatum est affectio mala voluntaria. Sexto ab eodem dicitur actus incidens ex defectu boni. Septimo à D. Anselmo definitur. Carentia debitæ iustitiæ ex propria voluntate procedens. Quæ vltima parte distinguitur ab originali, quod est

1. definitio.

D. Aug. in

lib. de vera relig.

D. Ambro.

lib. de paradiso.

D. Aug.

D. Ansel. in

lib. de cõcep.

virginali.

D. Aug.

Ierem. 2.

1. Nota.

2. Nota.

3. Nota.

carantia iustitiæ debita; sed aliunde, & non propria voluntate contractum. Octauo, peccatum est voluntas retinendi, aut exequendi, quod vetat iustitia, & est D. August. Nono. Definitor peccatum. Est auersio à dilectione, & obsequio Dei, & conuersio ad dilectionem creaturarum. Hæc definitio colligitur ex sacra scriptura. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: en tibi auersionem. Et foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere nõ valent aquas, Ecce conuersionem. Et paulò antè in eodem capite. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis; quia elogauerunt se à me, vides auersionem. Et ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt: en tibi conuersionem. Hinc igitur colligitur decima definitio, quæ est bona, & physica. Quippe quæ datur per partes essentielles componentes totum; quemadmodum ista homo est compositus ex corpore, & anima rationali. Partes enim componentes peccatum sunt auersio, & conuersio, de quibus in sequenti difficultate. Ijs positis definitionibus, notanda sunt duo ad pleniorẽ huius articuli intelligentiam.

Regula, qua mensurari debent actiones humanæ: vt bonæ esse dignoscantur, est duplex. scilicet, rectum rationis dictamen, & lex superioris. Vnde quotiescumquẽ operatio voluntatis non est vtriquẽ harum regularum consona, mala cõsetur, & ex consequenti peccatum.

Actus; vt sit peccatum, debet esse humanus, & malus. Humanus, inquam, id est voluntarius, elicitus, siue imperatus. Et ratio est; quia si non esset voluntarius, non esset liber, & si nõ esset liber, nõ imputaretur nobis. Illa enim quæ in potestate hominis non sunt, nullatenus ad culpã imputantur. Malus autẽ esse dignoscetur ex regula in proximo notabili posita.

Quodcũquẽ actuale peccatum habet suam genus, & differentiam. Et genus est materiale, nempe, actus peccati, utpote, volitio furandi, extensio manus ad alienum. Differentia autem est formale peccati, hoc est, illud, quod constituit actum in esse peccati. Nam, vt forma in vnoquoq; ente est, quæ dat esse specificum rei, cuius est forma: ita forma, siue formale in peccato actuale est, quod ipsum peccatum constituit in esse

esse peccati. Et hæc differentia, siue forma, seu formale peccati est transgressio legis. Ait enim Apostolus. Vbi non est

*Ad Rom. 4.*

lex, nec præuaticatio.

C O N C L U S I O.

Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Hæc definitio est D. August. contra Faustum Manichæum. Et refertur à Magistro dist. 35. & est optima. Et ratio est; quia tam pro formali, quam pro materiali conuertitur cum suo definito: omne enim genus peccati comprehendit. Et vt omnia peccata ad hæc tria genera peccatorum reducantur, vt habes in. 2. diuisione. 2. difficultatis. 1. art. ita hæc definitio omnia genera peccatorum definiuntur. Continet hæc diuisio reliqua omnia peccata suo ambitu continet. Et constat etiam genere, & differentia constitutiua, quæ est legis transgressio. Ideo enim dicitur contra legem Dei. Et particula hæc, contra legem Dei, amplectitur vtramque legem diuinam, scilicet positiuam, & naturalem. Vtraque enim est diuina. Atque etiam complectitur legem positiuam humanam. Et ratio est; propterea quod, qui operatur contra legem positiuam humanam, operatur etiam contra legem diuinam, præcipientem legem humanarum obseruantiam. Ait enim Apost. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et paulo inferius. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi dånationem acquirunt. Lege attentè sequentes difficultates, & perfectam huius quæstionis intelligentiam tibi comparabis.

*D. Aug. lib. 22. contra Faustū c. 22.*

*D. Bernard. in act. de præcepto, & ordinatione.*

*Ad Rom. 13*

*Prima diffic. Peccatum pro formali est ne pura priuatio, vel aliqua entitas positiuæ.*

*Duran. d. 14 q. 2.*

**D**Uæ sunt opiniones contrariæ, alijs interim prætermis-  
sis. Vna affirmat peccatum secundum suam rationem  
formalem esse aliquid positiuum. Altera quid priuatiuum esse probare contendit. Difficilis est explicatu hæc  
difficultas; sed nota, quæ sequuntur; vt quò ad fieri poterit,  
facilis tibi reddatur.

Formale

## 1. Nota.

Formale cuiuscumque peccati est duplex, scilicet, conuersio per amorem illicitum circa aliquam creaturam, & auersio ab ipso Deo id est, recessus ab eius amore, & obsequio. Hincque peccatum definiiri solet. Auersio ab incommutabili bono, scilicet, à Deo, & conuersio ad bonum mutabile. Quod quidem insinuauit Dominus Ierem. 3. dicens. Nunquid uidiisti, quæ fecerit auersatrix Israel? abijt sibi met, &c. Ecce conuersionem. Et cap. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te.

Ierem. c. 3.

Ierem. c. 2.

## 2. Nota.

Malum bifariam dicitur, scilicet, malum morale, & malum simpliciter. Malum morale pro formali est entitas positua à parte rei. Est enim actus uiciosus, ut furtum, blasphemia, &c. Et ratio est: quia contrariè opponitur uirtuti: ut auctor est Aristot. in post prædicamentis, cap. de oppositis dicens, bonum, & malum esse contraria. Et cōtrarietas formalis, id est, propriè dicta, non est nisi inter entitates posituas: & ut uirtus est entitas positua, similiter, & uicium. Aliter enim non essent contraria, quod est error in philosophia. Lege eūdem Arist. cap. citato, & 2. ethic. c. 7. Et tandem quia malum est conformitas, siue commensuratio, & similitudo actus interioris, uel exterioris ad rationem dictantem de illo actu propter malum finem sub specie boni. Quoniam nullus operatur ad malum aspiciens, id est, sub specie mali, sed sub specie boni uilis, aut delectabilis, &c. Et hæc commensuratio actus ad malum finem est relatio positua realis: quia, cessante omni operatione intellectus, infurgit similitudo inter extrema. Distinguat ne similitudo hæc inter extrema, uel idemptificetur cum extremis, nihil refert. Exempli gratia; sumo istū actum uiciosum, nempè, uolo retinere alienum: ut sine labore uictui, & uestitui necessaria habeam. Actus iste est malus, non ob aliud: nisi quia est conformis huic dictamini intellectus, uile est mihi retinere alienum, ut otiose, & sine labore uiuam.

## 3. Nota.

Malum simpliciter est priuatio conformitatis eiusdem actus ad rectam rationem, dictantem illum actum esse malū. Est etiam priuatio conformitatis eiusdem actus ad regulam diuinam, scilicet, ad uoluntatem Dei, & recessus ab eius amore, & ob-



& obsequio. Quod, vt clariùs intelligatur, nota cum Aristot. 7. Ethic. syllogismum incontinentis habere quatuor propositiones, quarum duæ priores sunt vniuersales, & prima omiſſa, ex ſecunda inferit conſiſionem. Ita enim philoſophatur. Omne adulterium eſt cauendum, omnis delectatio eſt amplectenda, & poſt habita propoſitione prima, omne adulterium, &c. ſubſumit minorem, & hæc eſt delectatio; ergo hæc eſt amplectenda. Nunc ſic. Iſte actus, ſiue delectatio hæc elicità à voluntate, quatenus eſt conformis malo fini apprehenſo per rationem, nempe, illi maiori, omnis delectatio eſt amplectenda, eſt malum morale, & quatenus idem actus eſt deformis alteri vniuerſali, ſcilicet, omne malum eſt cauendum, eſt malum ſimpliciter; quoniam eſt priuatio conformitatis huius actus ad rectam rationem.

Hinc, multa colliguntur discrimina, quibus malum ſimpliciter, & malum morale inter ſeſe diſtinguntur. Et primò malum ſimpliciter eſt ſecundum eſſentiam malum: quia eſt contra rationem; malum verò morale non eſt ſimpliciter, & ſecundum eſſentiam malum, ſed ſecundū quid, id eſt, huic tantū eſt malum. Quia eſt contra rectam rationem, & alteri eſt bonum; quia eſt ſecundum rationem. V. g. homicidium commiſſum à iudice; quia habet autoritatem occidendi, eſt bonum; alteri autem eſt malum; quia contra rectam rationem. Inſtar caloris, qui igni eſt bonus ſecundum eſſentiam: aquæ autem eſt malus. Secundò differunt, quia malum morale eſt entitas poſitiua; nani eſt (vt diximus) ſimilitudo actus ad rationem errantem; malum autem ſimpliciter eſt ſolū priuatio rectitudinis, & conformitatis ad vtramquè regulam. Vnde ſequitur tertium diſcrimen, quòd poſitiuum, quòd eſt in malo morali, eſt à Deo, vt infra dicitur. ſiquidem habet cauſam efficientem; malum autem ſimpliciter, cum ſit pura priuatio, & priuatio tantū habet ſolū cauſam deficientem, atquè non fit à Deo, vt latiùs infra declarabitur. Quartò diſſident, eò quòd malū ſimpliciter præſupponit morale. Non enim eſt peccatum, niſi ſit actus alicui virtuti poſitiuæ contrariuſ. Quintò differunt, propterea quòd malum morale eſt immoderata conuerſio ad alicuius

Append.

1. diſcrim.

creaturæ amore; malum verò simpliciter est auersio à re-  
ta ratione, & à Deo. Conueniunt autem; quia vtrumque  
malum vocatur à doctoribus inordinatio, deformitas, & ma-  
litia, & vtrūque est de ratione peccati; vt ex quarto, & quin-  
to discrimine constat.

C O N C L V S I O I.

Peccatum, quatenus est malum morale, & conuersio ad  
aliquam creaturam, per inordinatum amorem, est entitas  
positiua. Et ratio est; quia opponitur virtuti, tam habitualiter,  
quàm actualiter contrarie. Idem enim est iudicium quò  
ad contrarietatem de habitu, & de actu, & contrarietas inter  
entia positiua est, vt in secundo notabili explanauimus. Et  
quia actus malus moraliter suscipit magis, & minus (vnus  
enim est altero iniustior) priuatio verò non intenditur, vel  
remittitur.

C O N C L V S I O II.

Peccatum, quatenus est malum simpliciter, & auersio, id  
est priuatio rectitudinis, & transgressio legis diuinæ, non est  
entitas positiua. Ratio est; quia priuatio non est ens, siue en-  
titas positiua, & peccatum; vt est malum simpliciter, est pri-  
uatio. Deinde confirmatur; nam si peccatum, vt sumitur in  
conclusionem, esset entitas positiua, esset à Deo, quia omnis en-  
titas, & natura positiua est à Deo, quod, vt infra dicitur, est  
blasphemum. Et affirmare aliquam entitatem positiuam non  
esse à Deo, esset incidere in hæresim Manichæorum. Hanc  
conclusionem multis in locis docuit D. August. in quibus ni-  
hil aliud dicit esse peccatum, quàm nihil, & boni priuatione;  
vt videre licet super illud Ioan. Sine ipso factum est nihil,  
id est peccatum; quia est priuatio boni. Et lib. 83. quaest. vbi  
inquit. Malum autem nihil est, nisi priuatio boni. Et alibi;  
nulla natura mala est; sed boni amissio mali nomen accepit.  
Et contra Manichæos ait. Illud, quod dicimus malum,  
nihil aliud est, quàm corruptio boni. Lege etiam in Enchi-  
rid. Hæc conclusio est de sententia S. Thom. in 1. p. quaest.  
48. artic. 1. & 2. quaest. 18. & quaest. 109. artic. 2. ad 2. & 3.  
contra gent. cap. 7. & Scot. & Magistri hac dist. Et tandem  
omnes doctores ferè tenent peccatum de formali, & essen-

*Hæresis Ma-  
nichæorum.*

*Ioan. 1.*

*D. Aug. lib.*

*83. q. 9. 6.*

*& 21. lib. 11*

*de ciuit. Dei*

*c. 9. & 29.*

*lib. 2. contra*

*Manichæos*

*c. 11. 12. &*

*13.*

iali

tiali ratione esse carentiam rectitudinis debite in esse. Et hoc modo opiniones istae conciliantur.

*D V B. Cuius boni peccatum est corruptio, siue S. Bona. dist. 35.*

*Scot. vbi. s. Gabr. d. 35. q. vnica.*  
Circum hoc dubium sunt quatuor modi dicendi, ex quibus tres priores tribus prioribus propositionibus per se refutabuntur. Et in vltima propositione quare, qui verus est, declarabitur.

*Prima Propositio.*

Bonum, cuius peccatum est priuatio, siue corruptio, non est potentia, siue voluntas peccantis. Et ratio est; quia sequetur post multa peccata voluntatem posse corrumpi, quod est erroneum. Naturalia enim post peccatum manent integra.

*Secunda Propositio.*

Neque est bonum, quod priuatur gratia. Et ratio est; quia hinc manifeste colligeretur secundum, & tertium, & sequentia mortalia commissa ab existente in mortali, non esse peccata. Siquidem nihil corrumpere. Tum etiam quia cum possit dari medium inter gratiam, & peccatum; vt si homo in puris naturalibus crearetur, non opponeretur gratia, & peccatum priuatiue. Quoniam inter priuatiue opposita non datur medium. Atque ita peccatum non erit priuatio, siue corruptio gratiae.

*Tertia Propositio.*

Neque est bonum, cuius peccatum est priuatio, habitus studiosus acquisitus. Et ratio est; quia habitus virtutis acquisitae non corrumpitur per vnum actum contrarium; & ab vno actu, siue vna omissione mortali dicitur aliquis vere peccator.

*Quarta Propositio.*

Peccatum est priuatio boni, scilicet, rectitudinis, non quae Scoti est.

præfuit ante peccatum; sed rectitudinis, quæ deberet inesse; non ipsi actui: sed voluntati tempore, quo peccat. Et ratio Scoti est; quia voluntas creata debet conformare se in volendo diuinis præceptis, siue diuinæ voluntati; & quando peccat, discordat ab hac regula; atque ita peccatum est priuatio huius conformitatis, & rectitudinis. Quæ quidem rectitudo non est entitas absoluta; sed est relatio conformitatis ipsius voluntatis cum ratione. V.g. tempore, quo quis vult adulterium committere, deberet potius velle non committere, iuxta rectum dictamen rationis, & diuinum præceptum; non tamen vult; & ideo hoc peccatum est priuatio rectitudinis, quam voluntas deberet eligere.

S. Tho. 1. 2.  
q. 72.  
Scot. d. 35. q.  
2.

*Secunda diffic. Vtrum sit magis de ratione peccati conuersio ad creaturas per inordinatum amorē? an auersio, & recessus à Dei obsequio?*

*Animaduersio.*

**A**D Intelligentiam tituli huius difficultatis animaduerte cum Scoto, hominem à Deo auerti, esse ab eius amore, & obsequio recedere, quod fit bifariam. Formaliter, scilicet, & virtualiter; quia auersio, vel est formalis, vel virtualis. Formalis est, vel quando quis actu non diligit Deum, cum teneatur actum dilectionis habere; vt qui non conuertitur tempore, quo tenetur contritionem habere. Quia contritio actualis dilectio est; vel quando quis habet actuale odium Dei, vt damnati habent. Nam isti duo modi auersionis formalis opponuntur actuali dilectioni Dei, primus negatiuè, secundus contrariè. Virtualis autem auersio est, quādoquē aliquis transgreditur quodcūquē mandatum à primo, ratione cuius recedit virtualiter à Dei amore. Et dicitur recessus iste, siue auersio virtualis: quia licet actualiter non dicat, nolo ire ad gloriam, vel nolo Dei amicitiam; factis tamen illud affirmat. Quia non obseruando præcepta, quæ sunt media ad finem, ex consequenti non vult finem. Et confirmatur à simili; quia sicut infirmus, qui nō vult potionem ama-

amaram necessariam ad salutem, virtualiter non vult salutem, & qui negat conclusionem, ex consequenti non vult concedere principia, ex quibus colligitur; ita à simili, qui non seruat præcepta, quæ sunt media necessaria ad assequendum visionem obiecti beatifici, iuxta illud Matthæ. 19.

Matth. 19.

Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, ex consequenti non vult finem, scilicet, beatitudinem. Et hæc auersio virtualis sequitur ex quocunque peccato. Iam sensus tituli est. Cum ad quodcunque peccatum concurrat duplex malitia, auersio, scilicet, & conuersio, quæritur: quæ istarum sit deterior, & sit magis de ratione peccati? Duæ sunt opiniones. Vna Scot. qui affirmat, esse magis de ratione peccati auersionem, siue recessum formalem, aut virtualem, quàm conuersionem ad creaturam per eius inordinatum amorem. Cui adhæsit Gabriel distinct. 35. quæst. 1. Altera opinio omninò contraria est S. Thom. docentis, esse magis de ratione peccati conuersionem ad creaturam, per inordinatum amorem.

Gabriel.

Vltima ratio constitutiua peccati est auersio. Et probatur; quia, demus, quàmuis fieri non possit; vt homo conuertatur ad creaturas, & non auertatur à Deo, tunc talis conuersio non esset peccatum; ergo vltima ratio constitutiua peccati est auersio.

1. Fundam.

Peccatum, quatenus est conuersio, solùm est malum morale. Et ratio est; quoniam est contra aliquam virtutem moralem; quatenus autem auersio addit supra morale, esse malum simpliciter; quia est inobedientia, & priuatio rectitudinis.

2. Fund.

Conuersio ad creaturam per inordinatum amorem respectu auersionis est materiale peccati. Et ratio ex supra dictis est; quia cum omne peccatum sit contra aliquam virtutem moralem, præsupponetur prius natura malum morale, quod est conuersio ad creaturam, &c. Et cum præsupponatur conuersio auersioni, erit eius materiale. Illustro rem exemplo. v.g. sensibile in definitione hominis substãtia corporea, animata, sensibilis, rationalis, respectu vltimæ differentie rationalis, est illius materiale; quia præsupponitur prioritate natura sensibile rationali.

3. Fund.



## CONCLUSIO.

Auersio magis est de ratione peccati, quàm conuersio. Probat̃ur primo: quia forma magis est de natura, & ratione, siue essentia rei, quàm materia. Quoniam dat esse rei, & est differentia constitutiua: vt rationalitas magis est de ratione hominis, quàm animalitas, quæ est communis homini, & bruto, & sapit rationem materia. Et auersio est formale peccati, conuersio autem materiale, vt ex fundamentis iactis constat. Deinde, sit ita, quòd conuersio sit formale peccati, vltima tamen forma est magis de ratione cuiuscumque rei, vt in homine magis est de eius ratione intellectiuum: quia est vltima forma. Et auersio vltima forma, & ratio respectu conuersionis est; vt in fundamentis positus fuit declaratum. Vltimò; quia conuersio est solùm malum morale, id est, secundum quid, hoc est, huic homini particulari malum, non autem iudici: atuerò auersio est malum simpliciter: atque ira erit magis de ratione peccati, quòd est malum simpliciter. Quæ restant huius difficultatis in lib. controuersiarum inuenies. Interim nota ad argumenta contrariæ opinionis soluenda, nos in præsentia non agere de peccato, quatenus malum morale est, quo quidem modo consideratum, diuiditur in varias vitiõrum species: sed quatenus malum simpliciter. Eatenus enim cum sit pura priuatio rectitudinis, non habet species, in quas diuidatur.

*Tertia difficult. Vtrum peccatum, eo ipso quòd est contra rectam rationem naturalem, sit etiam Dei offensiuum, & ab ipso Deo auertat, & separet?*

**P**eccatum, quatenus auersio est, duplicem habet malitiam. Est enim contra rectam rationem, & obedientiam diuinam. Hac vna re notata, quòd titulus huius difficultatis querit, est. An sufficiat, vt sit peccatum contra obedientiam diuinam, esse tantum contra rectam rationem? An, præter hoc, requiratur, vt sit aliqua lege reuelata à Deo prohibitum?

Deus,

Deus, quatenus est finis noster, consideratur dupliciter. *Nota.*

Primò, vt est finis naturalis nostrarum operationum, quatenus per illas intendimus cum Deo naturaliter, & non per fidem cognito, amicitiam cōtrahere. Quo quidem modo, erat finis philosophorum moralium rectè viuentium: vt B. Paul. ad Roma. 1. testatur. Ibi enim reprehendit morales philosophos, Qui cum Deum cognouissent, &c. glorificauerūt; suas omnes operationes in eius gloriam, & honorem referentes: sed potius gloriam humanam venantes. Vel consideratur secundò Deus, vt est finis supernaturalis nostrarum operationum, quatenus per ipsas cum Deo clare viso, prout fides Catholica docet, amicitiam contrahere intendimus. Et hoc modo est finis Christianorum.

*Ad Rom. 1.*

### CONCLUSIO.

Peccatum, eo ipso q̄ est contra rectam rationem, & virtutem moralem, est etiam Dei offensiuum, & contra eius amicitiam, etiam omni reuelatione, & lege diuina positua seclusa. Et ratio est; quia peccatum est contra rectam rationem, & quicquid est contra rectam rationem, est contra finem naturalem hominis, & impedit amicitiam Dei, qui est finis hominis. Et confirmatur: quia omnis peccans constituit vltimum finem in creatura, iuxta illud. Quorum Deus venter est. Et cum nemo possit habere duos fines vltimos: offendet profectò omnis peccans Deum, tanquam finem naturalem, præponens illi alium finem, nempè, vitium, quod ipse eligit. Quid? quòd philosophi solo naturali lumine illustrati, intellexerunt peccata esse Dei offensiuua. Et patet exemplo apud Vergil. vbi legitur dixisse Achatē Didoni reginæ Carthaginis volenti classem Troianorum subuertere. Si genus humanum & mortalia temnitis arma. At sperate Deos me mores fandi, atque nefandi. Hoc est, iusti, & iniusti, interprete Seruio.

*Ad Philip. 3**Vergil. 1.**Ency.*

Hinc, ratione naturali cognosci potest peccatum esse Dei offensiuum. *Append. 1.*

Hinc, omnis mortaliter peccans, plus creaturam, quam Deū diligit; quia in ipsa vltimū finē constituit. Et quāuis verbo tenus dicat, se & nosce, & diligere Deū: factis tamen negat. *Append. 2.*

*Ad Titum*

*Quarta diffic. Est ne ita de ratione peccati esse cōtra legem Dei: vt cessante omni lege naturali, & diuina, & positiua humana, nullum sit peccatum?*

**V**T Titulus clariùs intelligatur, animaduerte duplicem esse legem. Vna enim est imperatiua, quæ autoritatiuè per verbum imperatiui modi proponitur: vt non furtum facies, non mœchaberis, &c. Altera est indicatiua, quæ solùm malitiam, aut bonitatem alicuius rei indicat, & per verbum indicatiui modi proponitur; vt bonum est non furari. Ijs ita positis, quod quæritur in hac difficultate, est. Si nulla esset lex imperatiua; sed sola indicatiua. An furtum esset malum, & peccatum?

Duæ sunt circa hanc difficultatē extremæ sententiæ. Vna est Gregor. Arim. dist. 34. quæ comprehenditur duabus propositionibus. Prima, cessante lege imperatiua, adhuc esset peccatum; quia posset quis contra legem indicatiuam peccare. Secunda, quàmuis per impossibile non esset Deus in rerum natura; nihilominus esset peccatum agere contra legem indicatiuam. Altera opinio est magistri Victorij, asserentis; quòd si nulla esset lex imperatiua diuina, vel humana, etsi per impossibile non esset Deus, nullum esset peccatum, quàmuis homo operaretur contra rectam rationē, id est, contra legem indicatiuam. Ad difficultatem hanc, quæ nõ est de factò; sed de possibili, pleniùs intelligendam, animaduerte sequentia.

*Greg. Arim. dist. 34.*

*Vict. relect. vlti. p. 2. diu. bio. 3.*

*1. Animad.*

Vnus, & idem actus malus dicitur malum morale, peccatum, culpa, & offensa, diuersis tamē rationibus. Illastro rem hanc exemplo. Violatio ieiunij obligatorij dicitur malum morale, quatenus opponitur actui virtutis, scilicet, temperantiæ; appellatur, & peccatum, quatenus impedit consecutionem finis, id est, beatitudinis, ad quam homo destinatur, & præsertim quatenus est contra dictamen rationis: & est priuatio rectitudinis, vt suprà diximus. Vocatur, & culpa, quatenus ex natura rei cuiuscunquè malo aliqua pœna respondet. Postremò nominatur offensa, quatenus irrogatur Deo iniuria,

iuria, negando ei obedientiam, cui de iustitia tenemur obedire. Hæc ex S. Thom. 1. 2. q. 21. art. 1. lege Caiet. ibidem.

Quædam sunt mala solum; quia lege superioris, & non ex natura rei prohibentur; vt portare arma certa noctis hora, vel quid simile. Tale fuit etiam primum hominis peccatum. Si enim eius illius fructus non fuisset à Deo prohibitus, non fuisset malus. Quædam autem sunt prohibita; quia mala. Quæ quidem, cessante omni prohibitione, essent mala, eò quod ex natura rei dictamini rectæ rationis aduerfantur; talia sunt, quæ in præceptis decalogi prohibentur.

Regula, qua bonitas nostrarum operationum mensuratur; vel est temporalis, & hæc est recta ratio nostri intellectus; vel est æterna, quæ est voluntas diuina, cui subordinatur temporalis. Ideò enim aliquid est contra rectam rationem; quia est contra voluntatem Dei, quæ est regula æterna. Et defectus istarum regularum est vniuersa malitia nostrarum operationum.

Lex æterna potest bifariam considerari. Primò, vt est in Deo, antequam per reuelationem innotescat. Quo quidem modo neminem obligat; quia omnes illam inuincibiliter ignorant. Vel secundo potest considerari, quatenus nobis innotescit; aut per rationem naturalem, vt sunt præcepta decalogi, iuxta illud. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Aut per reuelationem, vt præcepta fidei. Priori modo obligant leges naturales, quàmuis Deum ipsum ignoremus. Non enim est de ratione legis naturalis cognitio legislatoris. Gentes enim ignorabant Deum; & tamen legibus naturalibus tenebantur. Notanter dicitur, legis naturalis; quia de legibus humanis positiuis aliter est asserendum; vt in floribus, 3. lib. in materia de legibus patebit.

2. Animad.

3. Animad.

4. Animad.

Psal. 4.

S. Tho. 1. 2.

q. 19. art. 4.

### CONCLUSIO I.

Opera intrinsecè mala, id est, quæ sunt prohibita; quia mala & in nullo euentu possunt fieri bona, ab exordio mudi fuerunt à Deo prohibita, & nobis non solum lege indicatiua, verum etiam imperatiua innotuerunt. Constat ad Roma. 2. Nã si gētes, quæ legem non habent, scilicet, scriptam, naturaliter

ea, quæ legis sunt, faciunt: profectò lex diuina imperatiua hominibus semper per lumē rationis innotuit. Oppositum huius conclusionis est contra B. Paulum.

### CONCLUSIO II.

Si per impossibile non esset Deus, essent tamen creaturæ rationales: vt pleriquē gentium opinabantur, opera intrinsecè mala, & quamuis non essent peccata: essent nihilominus moraliter mala. Ratio primæ partis conclusionis ex primo fundamento est; quia peccatum est actus malus, quatenus impedit affecutionem finis, & nullo Deo existente, nullus esset hominis finis. Atquē ita cum non impediret finis consecutionem, non esset peccatū. Ratio secundæ partis est; quia cum huiusmodi opera opponerētur actibus virtutum, essent moraliter mala.

### CONCLUSIO III.

Nulla lege imperatiua existēte, sed sola indicatiua, Deoq; etiam existente, opera intrinsecè mala essent peccata. Et ratio est, quia peccatum, vt peccatum, est actus impediens finis affecutionem, & nulla lege diuina imperatiua existēte, opera intrinsecè mala non essent in vltimum finem, scilicet, in Deum referibilia. Furtum enim adulterium, &c. nō possent in Deum referri: quare lege tantū indicatiua existente, essent peccata. Hæc, & secunda conclusio sunt ex sententia Gregor. Arimin. contra Victoriam.

### CONCLUSIO IIII.

Si nulla esset lex imperatiua, prohibens intrinsecè mala, quamuis huiusmodi mala essent mala moraliter: nullum tamen eorum esset malum culpæ, tametsi posset esse malum offensæ in Deum, & in proximum. De malo autem culpæ ratio est, quia malum culpæ est, cui aliqua pœna à legislatore instituta respondet, etsi nulla esset lex imperatiua, nulla esset pœna à legislatore condita. Atquē ita nulla tunc esset culpa. De malo offensæ probatur; quia offensa non solum est actus inobedienciæ, verum etiam est iniuria contra amicitiam, quam aliquis erga proximum, & superiorem tenetur habere. Et si nulla lex imperatiua existeret de amore in Deū, & in proximum, esset nihilominus odium Dei iniuria in ipsum



ipsum Deum: sicut furtum esset iniuria in proximū. Quare esset odium Dei offensa; quatenus iniuria; non tamen esset inobedientia talis actus: quia tunc nulla lege prohiberetur. Et confirmatur; nam modò iniuria irrogata proximo est ei offensa, quàmuis contra ipsum non sit actus inobedientia; propterea quòd inobedientia solùm est contra Deum, vel superiorem, iuxta illud. Tibi soli peccavi. Hæc de intrinsecè malis, nunc de malis, quia prohibitis.

*Psal. 50.*

## C O N C L U S I O V.

Omni lege imperatiua seclusa, nullum malum: quia prohibitum, est peccatum, aut offensa, & hoc ex natura rei, nulla habita ratione ad operantis intentionem; vt est afferre arma noctis tempore. Et ratio est; quia si huiusmodi actus nulla lege prohiberentur, nulla essent peccata; ergo tota ratio malitiæ est prohibitio; qua quidem cessante, nullum erit peccatum. Et animaduerte, q̄ huiusmodi actus non prohibentur, eò quòd mali, vel boni, vel indifferentes sint: sed quia ex huiusmodi actibus, aliàs non prohibitis, multi propter suã malitiam, sumunt peccandi occasionem: vt ex deportatione armorũ noctu patet. Sicut pulchritudo Beth-sabæ bona erat; fuit tamen Dauidi peccandi occasio, non data: sed accepta.

## C O N C L U S I O VI.

Loquendo de lege instituta à Deo, peccatum in sua ratione formali includit esse contra legem imperatiuam Dei, etsi esset solùm contra indicatiuam, non esset peccatũ. Quia lex indicatiua solùm est consilium. Probat̄ ex B. Paul. Vbi nō est lex, nec præuaricatio. Et confirmatur ex definitione D. August. peccatum est dictum, &c. contra legem Dei.

*Ad Rom. 4.**Alex. Alem.**tota q. 114.**q. 115. m.*

3.

*S. Tho. 1. 2.**q. 71. art. 5.**Duran. d. 35**q. 2. & m. 3.**d. 3. q. 2.**Quest. II. De essentialibus peccati omissionis.**Prima diffi. An omisio sit peccatum?*

**C**V M indies multa omissionis peccata committamus, ineptum esset quære. An sit omisio? Ideò, an sit peccatum? est declarandum.

CON-

*Alex. Alen.**vbi. s. m. 1.**Iacob. 4.**D. Aug.**Diuisio pec-  
cati.*

## CONCLUSIO.

Est quidem peccatum. Dicit enim B. Iacob. c. 4. Scienti bonum, & non facienti peccatum est. Et cum peccet ex non faciendo, peccabit omittendo, quod faciendum erat. Vnde D. August. in Enchir. ait. Duabus ex causis peccamus, aut nondum videndo, quid facere debeamus; aut non faciendo, quod debere fieri iam videmus. Et ratione confirmatur; quia peccatum generali diuisione in peccatum commissionis, & omissionis diuiditur. Quare omisio peccatum erit; quemadmodum brutum, in quod diuiditur animal, dicitur esse animal.

*D V B. Diuiditur ne omisio in venialem, & mortalem?*

## CONCLUSIO.

Potest in mortalem, & venialem diuidi. Et ratio est; quia si consideretur omisio proprie respectu debiti est mortalis. Propterea quod omittit quis facere id, quod sub pena peccati mortalis facere tenebatur. Si vero communiter respectu expedientis, siue vtilis sumatur, tunc erit omisio venialis: quoniam non fit, quod fieri expediebat.

*Alex. Alen. Secunda diffic. Quidnam est omissionis peccatum?*

*m. 1. & alij**vbi. s.*

## CONCLUSIO.

Omissionis peccatum est non dictum, vel non factum, vel non concupitum, contra legem Dei. Hoc est, non facere, non dicere, vel non concupiscere, quod lex Dei faciendum, vel dicendum, vel concupiscendum esse præcipit. Hæc conclusio colligitur ex secunda diuisione secundæ difficultatis primi artic. & ex probatione conclusionis. 2. artic. quæst. primæ proximè præcedentis. Hoc enim est potissimum discriminè inter commissionem, & omissionem, quod omisio est prætermittere faciendâ; commissio autem est facere prætermittendâ.

Tertia

*Tertia diffic. Utrum possit esse peccatum omissionis absq; aliquo actu positivo exteriori, aut interiori, prauo, siue concomitante.*

**T**Res sunt opiniones, duæ extremæ, & vna media. Prima est Durã. vbi sup. & Marfil. & Adriani, & Almayni, qui affirmant frequentissimè contingere peccatum omissionis absq; aliquo actu positivo. Secunda est omninò contraria, quæ tenet, omissionis peccatum nunquam euenire absq; aliquo actu positivo prauo, siue concomitante. Huius opinionis autor est Alexan. Alen. quem sequitur Capreolus. Tertia opinio, & media, quæ tribuitur D. Tho. dist. 35. continetur duabus propositionibus. Prima, nō est aliquis actus de ratione peccati omissionis. Secunda, moraliter loquendo, impossibile est peccatum omissionis contingere ex intentione operantis, sine actu positivo prauo, vel concomitante omissionem ipsam. Prima opinio, quam sequitur, & latissimè tractat Gabriel, est cæteris communior.

Dupliciter potest aliquis cadere in peccatum omissionis: vel ex proposito iniquo, sciens, & volens omittere opus ex præcepto faciendum: vt si quis omittat aliquam horam canonicam, volens illam omittere: vel secundo ex obliuione, quando nullis peculiaribus præpeditis occupationibus; vel quia laborat ignorantia culpabili, aliquis omittit actum, ad quem ex præcepto tenebatur, vt audire missam in die festo.

C O N C L U S I O I.

Nullus actus positius præcedens, siue concomitans est de essentia, seu quidditate peccati omissionis. Et ratio est; quia circumstantiæ præcedentes, siue concomitantes actum aliquem, etiam si, sine illis talis actus esse nequeat, de eius essentia, & quidditate non sunt. Propterea quod accidens, quãuis inseparabile, non est de quidditate substantiæ: & cum huiusmodi actus positius accidat peccato omissionis, non erit de illius quidditate.

C O N C L U S I O II.

Quotiescūq; aliquis actum ex præcepto faciendū omittit, & hoc

Duran. d. 35  
q. 2.  
Marfil. in. 2.  
q. 21. art. 2.  
Adria. in. 4.  
q. 3. de euch.  
ad. 3. princi-  
pale.  
Almayn in  
suis moral.  
trac. 3. c. 25.  
Alex. Alen.  
vbi. s. m. 2.  
Capreo. d. 35  
q. vnica ad  
argumenta.  
Gabrie. d. 41  
q. vnica.  
Dub. 3.  
Nota.

& hoc ex proposito, sciens se ad talem actum teneri, impossibile est moraliter loquendo, talem omissionem non procedere ex aliquo actu positivo. Et ratio est; quia ita omittens opus faciendum, vel habet actualem volitionem omittendi opus debitum, vel suspendit voluntatis actum, neutraliter se habendo. Si primum, iam omissio est ab actu positivo voluntatis, si secundum, id est; si neutraliter se habet. & recordatur operis faciendi, similiter procedit ab actu positivo. Propterea quod impossibile est hominem suspendere ex industria voluntatis actum debitum, cuius recordatur; quin actualiter velit suspensionem ipsam, dicendo intra se; volo istam suspensionem. Et confirmatur, quia cum suspensio non sit nolita, erit necessario volita. Non enim est dare medium inter volitum, & non volitum.

## CONCLUSIO III.

Quando opus ex præcepto faciendum omittitur ex ignorantia culpabili, siue ex obliuione, talis ommissio nullo actu positivo præiudiciale, siue comitante, potest esse. Verbi gratia, si quis ex obliuione, aut ex ignorantia culpabili cõpletorium, aut alicuius sancti commemorationem prætermittat. Et ratio est, quia cum obliuio non sit actus posituus: sed pura negatio, ommissio, quæ ex sola obliuione orietur, nullum actum posituum: sed puram negationem præsupponet. Et confirmatur conclusio; quia quando aliquis alicuius sancti commemorationem, vel restitutionem contractus vsurarij, vel quid simile, quod culpabiliter ignorat, prætermittit, talis ommissio nullum planè actum posituum mediatum, vel immediatum præsupponit: sed puram negationem. s. negligẽtiam interrogandi doctores. Hæc est S. Tho. ubi sup. cõtra aliquos Thomistas.

*D V B. II. Qui in die festo ex obliuione tantum non audit sacrum, peccabit ne?*

**R**atio dubitandi est; quia, durante obliuione, nõ potest obliuiosus vitare peccatum, & nemo in eo, quod vitare non potest, peccat.

CON-

CONCLUSIO.

Imputabitur illi peccatum. Et ratio est; quia si diligentiam adhibuisset, obliuionem relegasset. Si enim fuisset sollicitus eorum quæ Dei sunt, recordaretur diei festi, & se ad interfendum sacris obligatum. Et ideo hæc sacrorum omisio imputabitur sibi; propterea quòd fuit volita in sua causa negativa, scilicet, in negligentia recordationis. Et licet aliquando, posita causa, non possit vitari peccatum: erit nihilominus tale peccatum liberum, & voluntarium; quia in potestate nostra fuit, vitare eius causam. Sicut, posita superbia, non potest vitari inuidiæ peccatum; & est nihilominus inuidia libera, & voluntaria: quoniam eius causa, nempe, superbia poterat vitari.

*DVB. III. Quando omisio erit voluntaria dicenda, & ad culpam imputanda?*

*S. Tho. 1. 2. q. 6. art. 3.*

CONCLUSIO.

**V**T Omisio sit voluntaria, & ad culpam imputetur, tres conditiones sunt necessariae, nempe, vt quis, & teneatur, & non faciat. Et ratio est; quia non satis est facultas, & libertas faciendi, & non facere, vt amissio sit voluntaria, & ad culpam imputetur. Quod confirmo, positis exemplis, vt si duo gladijs se feriant, potenti illos componere magno cum discrimine, & non facienti, non erit hæc omisio voluntaria; quia non tenetur cum tanto periculo. Neque erit ad culpam imputanda; esset tamen voluntaria iustitiæ ministro. Quoniam ei ex officio incumbit tales lites componere. Similiter videnti hominem è carcere fugientem, quem poterat detinere, & non detinuit, talis omisio nõ erit voluntaria; quia non tenebatur ex officio, sicut tenetur carceris custos. Perinde exienti ab ecclesia, & non claudenti ostium, cuius omissionis causa subsecutum est furtum, omisio non est voluntaria; quia non tenebatur. Esset tamen voluntaria respectu sacristæ, cui ex officio competit ecclesiã claudere. Tandem ex opposito sequeretur omnia peccata esse volita.



Append.

volita à Deo, & Deū vniuersis peccatis consentire: quia Deus potest impedire omnia peccata, & non impedit.

Hinc, non omnis omisio libera erit voluntaria. Nam ex dictis satis constat, multas esse omisiones liberas; quæ tamē voluntariæ non sunt.

**DVB. IIII. Potest ne esse aliquod peccatum cōmissionis absq̃ aliquo actu positivo?**

*Dionysi. Carthusiani.*

*Almayn in moralib. cap.*

30.

**A**lmayn. cap. 10. refert esse peculiarem opinionē Dionysi. Carthusiani, affirmantis, posse dari aliquod peccatum cōmissionis absque actu positivo: vt si quis adhibeat omnem voluntatis conatum, ad eliciendum odium contra patrem, quem non potest odio habere, eò q̃ recordatur beneficiorū, quæ à patre accepit, in tali casu, inquit, ille, est reus peccati commissiōnis, absq̃ aliquo actu. Quia conatus ille, qui est applicatio voluntatis secundum omnes vires suas ad eliciendum aliquem actum, quem non elicit, de sententia eiusdem, non est actus.

**CONCLUSIO.**

Impossibile est, esse aliquod peccatum cōmissionis, quin sit actus positius. Ratio à definitione peccati commissiōnis est: quia est facere, quod quis tenetur cauere, & facere, siue factio actus positius est. Tum etiam, quia conatus voluntatis actus positius est, cum sit, velle producere actum, amorem, scilicet, aut odium, & volitio producendi aliquid operatio voluntatis sit.

*Quarta diffic. Actus ille, qui præcedit, vel concomitatur omisionem, est ne peccatum?*

*Durā. vbi. 5. Capreol. dist.*

35.

**D**væ sunt opiniones, quæ videntur contrariæ: sed si diligenter perpendantur, non sunt. Prima est Durandi vbi sup. tenentis, non esse peccatum. Secunda est Capreoli asserentis, esse peccatum. Cæterum, quæ sequuntur considera.

Causa

Causa peccati est peccatum. Quia causa ex. 2. Physic. est *1. considera-*  
agens ex intentione: vt si quis consulat alicui flagitium hoc *tio.*  
animo, vt illud committat, & tunc peccat, teste Apostol. qui *Arist.*  
loquens de his, qui consentiunt alienis flagitijs; & tamen ea *ad Roma. 1.*  
non prohibent, cum possint, ait. Digni sunt morte, nō solum  
qui ea faciunt; sed etiam qui cōsentiunt facientibus. Propter  
quod in excusabilis es, o homo, omnis, qui iudicas, scilicet, ap-  
probando, vel consulendo eorum fascino.

Occasio etiam peccati est peccatum. Est autem occasio *2. consider.*  
agens præter intentionem. v. g. si quis rem aliquam licitam  
efficiat, quæ sibi, vel alteri sit ruinæ occasio, & vocatur scan-  
dalum pusillorum; vt si quis infirmitate, siue ægritudine la-  
borans, tempore quadragesimæ carnibus publicè vesceretur,  
in hoc euentu, ignorantibus eius ægritudinem esset ille cibus  
ocasio ruinæ, & ex consequenti peccatum, quāuis aliàs es-  
set licitus. Et probatur. 1. Corint. 8. Si esca scādalizat fratrem *1. Cor. 8.*  
meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem  
meum scandalizem. Et loquitur de illis Christianis, qui pu-  
blicè edebant carnes idolis immolatas, ex quorum facto im-  
becilliores ecclesiæ sumebant occasionem venerandi idola,  
existimantes aliquid diuinitatis latere in idolis. Propterea  
quod maiores ecclesiæ carnibus idolis immolatis vescaban-  
tur. Et ad Roma. 14. Noli cibo tuo fratrem tuum perdere, *ad Roma. 14*  
pro quo Christus mortuus est. Et erat proculdubio licitum  
comedere carnes idolis immolatas. Cæterum quia imbecil-  
liores ecclesiæ sumebant inde idolatranti ansam, erat absq;  
dubio illarum carniū esus mortale peccatum.

Contingit sæpissimè præ amore alicuius rei, aliàs licitæ, di- *3. confide.*  
uinum præceptum violare, & talis, teste D. August. fuit pri- *D. Aug.*  
ma Adæ præuaricatio. Peccauit enim ne contristaret delicias  
suas, nēmpè, suam, quam plus æquò diligebat.

Hinc, etiam frequentissimè accidit; vt religiosi præ nimio *Append. 1.*  
litterarum amore, nolint contemplationi vacare, quando fi-  
bi à prælatis præcipitur.

Actus cōcomitans omissionem, vel est causa omissionis, vt *4. confide.*  
si quis non alia de causa, nisi, vt vacet ludo, aut studio die do-  
minico prætermittat sacris interesse; vel non est causa omif-

tionis, vt si quis prius statuatur apud se non audire missam, & postea, vt otium fugiat, placet sibi studio indulgere.

### CONCLUSIO I.

Quando actus, concomitans omissionis peccatum est causa, siue occasio peccandi, nempe, omittendi, quod quis facere tenetur, peccatum est. Constat conclusio ex considerationibus positis. Quicquid enim est causa, vel occasio peccandi, est peccatum; ergo quotiescumque aliqui, prae amore alicuius rei omittunt ex praecepto facienda, res illa erit causa, vel occasio praeuaricandi legem, & ex consequenti erit peccatum.

**Append. 2.**

Hinc, studium illius, qui amore litterarum, vt vacet studio, conscius diei dominici omittit missam, erit mortale, & confitendum.

**Appen. 3.**

Hinc, si amore ludii, vel alicuius rei licitae omittat praeceptum de audienda missa, cum tales actus sint occasiones omittendi praecepti obseruantiam, erunt peccata.

**Appen. 4.**

Hinc, quoque inordinatus amor erga creaturas est peccatum; quoniam est occasio violandi praecepta diuina: vt constat exemplo primi parentis Adae. Et cum huiusmodi inordinatus amor sit peccatum, erit quidem confitendum. Quod est confessarijs, & poenitentibus maxime notandum.

*Nota confessarijs.*

### CONCLUSIO II.

Quando actus concomitans omissionis peccatum non est causa, vel occasio peccandi, non est peccatum. Patet ex considerationibus positis. Tum etiam, quia illi, qui statuit non audire missam, commodius, & vtilius est alicui rei licitae operam dare, quam otio vacare. Tandem, quia si interim dum omittitur praeceptum, nihil prorsus liceret facere, tunc omnis actio esset peccatum, scilicet, comedere, studere, ege-  
no subuenire, &c. quod est omnino absurdum.

**D** V B. V. Sacerdos, qui postea quam statuit non persolvere diuinum officium, proiecit breuiarium in mare, peccat ne? similiter, qui emisso voto ingrediendi religionem, mutaret sententiam, & postea duceret vxorem, peccaret ne?

**R**atio dubitandi est; quia in his duobus casibus, isti actus, nempe, proiectio breuiarii, & contractio matrimonij non sunt omissionis officij diuini, neq; fractionis voti causa; cum iam antea decreuerit sacerdos non soluere diuinum officium, & alter non seruare votum. Et actus concomitans tunc est peccatum (vt modò diximus) quando est peccandi causa, vel occasio. Respondeo. Vterq; peccat, non quod vterq; actus sit omissionis causa; sed quia vterq; recludit sibi respiscendi viam. Duodecim enim horæ sunt diei. Et qui proiecit breuiarium, est impotens ad soluendum officium diuinum. Et qui duxit vxorem, reddit se impotentem ad votum adimplendum, & insuper est reus voti. Votum enim religionis in se votum non nubendi includit.

*Ioan. 11.  
Lege flor. 4.  
q. de impedi-  
mento voti  
art. 3. diffi.*

Hinc, qui se impotentem reddit ad actum obligatorium in futurum adimplendum, peccat. Quia absque dubio Spiritui sancto viam recludit.

*Append. 1.*

Hinc, qui teneretur ex præcepto dare eleemosynam, si ludo illam amitteret, peccaret. Quia constituit se in periculo impotentiz adimplendi præceptum; & de alijs similibus simile est iudicium.

*Append. 2.*

*Quinta diffi. Vtrum actus, qui est causa omissionis, sit peccatum numero distinctum ab omissione?*

**V**etustiores Theologi nihil de hac difficultate tradiderunt: inter recensiores autem quidam partem affirmatam, quidam verò negantem defendunt. Sunt autem duo; vt difficultas magis perspicua reddatur, prius adnotanda.

Vt peccata numero distinguantur, non satis est actus pro

*1. annot.*

materiali esse plures, si formale est vnum, nequè è contra sufficit formale esse multiplex, si actus pro materiali est vnus: sed requiritur vtrumq; copulatiuè. Voco autem materiale peccati actum ipsum in genere entis, siue naturæ: formale autem ipsam inobedientiam. Illustro adnotationem hâc exemplis. Sint, verbi causa, duo actus distincti, vnus interior, alter verò exterior, nihilominus erit vnum peccatum numero; quia inobedientia est vna. Est enim vna numero transgressio vnus tantum præcepti, & non multiplex. Quare non sufficit actus esse plures, vt sint peccata numero distincta, si formale est vnum. Nequè è contra; nam in sacrilegio cum moniali est duplex in obedientia pro formali, scilicet, transgressio duorum præceptorum, vtpote non fornicandi, & nõ accedendi ad consecratam per solemne votû. Possunt quoq; esse transgressiones plures; nam si est virgo, est quoquè strupum, & si sacrilegus est coniugatus, est etiam adulterium. Præterea erit, & incestus, si fuerint consanguinei. Et tamen est vnum numero peccatum; quia vnus actus; quoniam naturale est vnum, & eundem actum plures habere circumstantias.

Append. 1.  
Dub.

Hinc, soluitur quæstio illa, scilicet, quando aliquis per annum integrum habuit propositum occidendi aliquem, sit tantum vnum peccatû? vel sint tot numero peccata distincta, quot habuit volitiones interruptas? Et respõdetur, peccatum multiplicari ad multiplicationem volitionum interruptarû propter adnotationem positam. Multiplicabatur enim peccatum materialiter simul, & formaliter: quoniam insurgebat noua inobedientia numero, à præcedenti distincta.

Adnota. 2.

Actus, qui concomitatur omissionē, & est causa illius; vel est aliàs prohibitus, vt si quis propter fornicationem omittat missam; vel non est prohibitus; vt si quis propter studium licitum non audiat in die festo missam.

### CONCLUSIO I.

Actus, qui est causa omissionis, & illam concomitatur, si est aliàs prohibitus, est peccatum, numero ab omissionis peccato distinctum. Et ratio est; quia formale, & materiale est duplex: vt ex prima annotatione constat.

CON-



**C O N C L U S I O** **II**  
Si talis actus concomitans omissionem, non est aliàs prohibitus; & fuit omissionis causa, erit proculdubio vnum numero peccatum; vt si quis in ore studij omittat missam. Et ratio ex annotatione prima est; quia tunc, licet sint duo materialia distincta, scilicet, studere, & non audire missam, quorum vnum est positium, & alterum negatiuum; formale tamen est vnicum, vel vnica inobedientia, & vnus præcepti transgressio, illius, scilicet, de audienda missa die festo.

Hinc, quando actus, qui est occasio, siue causa omissionis est contra idem præceptum, quo prohibetur omisio, & est simul cum ipso peccato, peccatum erit vnica transgressio, & non multiplex: vt ingressus ad domum concubinæ, & accessus ad ipsam est vnicum peccatum, quàmuis ingressus sit occasio. Eodem enim præcepto, quo prohibetur actus, prohibentur etiam occasiones ad actum prohibitum inducentes.

Hinc, satis erit tunc confiteri omissionem, quàmuis eius causam quis minimè confiteatur.

Append. 2.

*Sexta diffic. Vtrum, omisio, quæ non est in potestate omittentis tempore, quo fit: fuit tamen antea, sit peccatum?*

**V**erbi gratia, si quis die dominico hora. II. omittat audire missam: quia inebriauit se. An talis omisio sit peccatum? Dux sunt opiniones circa hanc difficultatē.

Prima est Marfilij; affirmantis, omnem omissionem etiã à causa inculpabili procedentem, esse peccatum: quàmuis tempore, quo fit, non sit in nostra potestate. Vnde infert posse aliquem sine culpa sua incidere in ebrietatē, & dū est ebrius, nō audire missam, & peccare mortaliter, & perdere gratiam. Quæ quidem sententia est erronea; nam ex ea sequitur aliquem obligari ad impossibile: vt non audiens missam ex infirmitate, & qui inter dormiendū absq; culpa sua polluitur.

Marfil. in. 2. q. 21. art. 2. propositione 2. Marfil. caute legendus.

S. Tho. d. 35.  
art. 5.

Hæc enim procedunt à causa inculpabili, & tempore omiſſionis ſunt inevitabilia. Altera opinio, & contraria, & vera eſt Alexand. Alen. & S. Thom. Aut omiſſio emanat à cauſa inculpabili, vt ſi quis abſq; culpa ſua incidat in ebrietatē; quoniam ignorabat vini potentiam, & ſuam imbecillitatem; vel ſecundo procedit à cauſa culpabili, vt frequenter vſuuenit. Hæc diuiſio eſt S. Tho. 2. 1. q. 79. art. 3. ad. 3. & q. 150. art. 4.

CONCLVSIO.

Qui culpabiliter contrahit impedimentum, quò minus, tempore debito, præceptum poſſit adimplere, abſq; dubio peccat omittendo; ſi verò inculpabiliter, non peccat. Probat̃ vtrumquē; quia cùm in caſu huius dubij omiſſio ſit peccatum, nō quia eſt volita in ſe, ſed in ſua cauſa; erit proſectò iudicanda ſecundum ſuam cauſam. Atq; ita ſi cauſa fuerit culpabilis, omiſſio erit peccatum, ſin minus nullum erit peccatum.

Obiect. ſolutio.

Hinc, inferes, ergo qui ex culpa ſua incidit in infirmitatē, vel eſt carceri mancipatus, peccabit non audiendo miſſam? Reſpondeo. Neuter peccat miſſam omittendo, propterea q̃ impotentia non audiendi miſſam, non oritur immediatē ex culpa; ſed ex poena culpæ, ſcilicet, ex carcere, vel ex infirmitate, quorum vtrumquē eſt inuoluntarium.

*Septima diffic. Peccatum omiſſionis imputabitur ne tempore. v. g. quo erat audienda miſſa? An tempore, quo data fuit cauſa omiſſionis?*

Alex. Alen.  
m. 7. q. 114.  
Adria. in. 4.  
q. 3. de Euch.

**V**erbigratia, ſi demus omiſſionem procedere à cauſa inculpabili, vt ſi quis primo mane die dominico fuerit inebriatus, & non audierit miſſam. Quæritur tūc, quo tempore imputabitur omiſſionis peccatum? &c. Duæ ſunt de hæc opiniones. Quarum prima eſt Alexand. Alen. & Adriani, aſſerentium, mala inevitabilia in ſe ipſis; voluntaria tamen in ſua cauſa, imputari ad culpam non tempore, quo fiunt; ſed tempore, quo datur cauſa. Secunda autem opinio eſt

est S. Thomæ in hoc art. 5. q. 71. 1. 2. & in. 2. 2. in quaestionibus *S. Tho. vbi. s*  
 proximæ difficultatis, qui tenet huiusmodi peccata non so-  
 lum imputari, quando datur causa; verum etiam quando pa-  
 trantur, vt ebrius peccat, quando inebriatur, & quando præ-  
 nimia ebrietate hominem interficit; quamuis tale homici-  
 dium non sit voluntarium in se; sed in sua causa. In hac diffi-  
 cultate aliter loquendum est de illo, qui dedit causam pecca-  
 to ineuitabili, si tamen poenituit, antequam effectus seque-  
 retur, vt qui propinauit alicui venenum, & antequam alius  
 biberet, poenituit; & aliter de eo, qui antea non poenituit. *Nota.*

## C O N C L U S I O I.

Quando alicuius dedit causam peccato, si antequam eue-  
 niat, illum poeniteat causæ, quam dedit patrandi malum fu-  
 turum, sibi ad culpam non imputabitur. V. g. si ex libidino-  
 sa cogitatione in vigilia, vt sæpissimè cõtingit, in somnijs oria-  
 tur nocturna pollutio, si antequam somnum capiat, eum de  
 lectionis poeniteat, futura pollutio in somnijs ei non im-  
 putabitur. Et ratio est; quia huiusmodi pollutio iam non est  
 volutaria nec in se, cum sit in somnijs: nec in sua causa, cum  
 iam sit nolita, & per poenitentiam remissa.

Hinc, qui clerico venenum propinaret, si antequam bibe-  
 ret, vel moreretur, poeniteret, iam nõ esset quò ad Deum ex-  
 communicatus; licet, quò ad ecclesiam, quæ non iudicat de  
 occultis, pro excommunicato habeatur.

Hinc, omnes, qui præsertim cum mulieribus, ne dicam  
 cum mulierculis interdiu sæpissimè tractant, ne pollutio in  
 somnijs contingens, illis imputaretur, alijs interim omisis  
 causis, deberent singulis noctibus, cum volunt ire dormitum,  
 actum contritionis elicere.

## C O N C L U S I O II.

Peccatum interiùs omissionis pro formali imputatur ali-  
 cui tempore, quo dedit peccato causam, exterius autem tem-  
 pore commissiois, siue omissionis imputatur. Ratio primæ  
 partis huius conclusionis est; quia cum non habeat aliam ra-  
 tionem culpæ, nisi in sua causa, tunc erit planè pro formali im-  
 putanda. Nam tunc fuit transgressio interior, & inobedièn-  
 tia ex eo tantum: quia tunc constituitur quis in certissimo

periculo omittendi inevitabiliter rem, quam facere tenebatur; aut committendi rem, quam tenebatur fugere. Ratio secundæ partis est; quia actus exterior imputatur ad culpam, quando ex mala voluntate libera procedit. Et in casu huius difficultatis actus exterior, vel homicidium ab ebrio commissum ex mala voluntate libera nempe, à voluntate in ebriandi se, procedit. Atque ita tempore, quo fit, peccatum imputabitur. Quamvis (vt diximus) non sit pro formali distincta inobedientia ab ebrietate. Et hoc modo est doctrina S. Thom. intelligenda vbi sup. quæst. 79. nempe, quod tunc imputatur pro materiali tempore, quo fit, quantum ad actum exteriorem: quia quantum ad formale imputatur tempore, quo fuit data causa omissioni: propterea quod tunc fuit omisso voluntaria; & non quando actu fit, vt Alexand. & Adria. docent.

Alex. Alen.  
m. 2. vbi. 5.

*Octava diffic. An semper homo quantumlibet perfectus omittat?*

**D**Vplex est debitum. Vnum ratione accepti beneficij. Alterum ratione præcepti.

### CONCLUSIO I.

Nemo in hac vita ita perfectus est, quin ratione debiti accepti semper omittat. Et ratio est; quia ratione accepti quantum quis potest, tantum debet. Et cum nemo possit tantum facere, quantum debet, semper planè omittet. Homo enim non est perfectus in diligendo, dum est in via: quia non potest diligere omnino ex toto corde, & tota anima, & ex tota mente. Lege D. August. in lib. de perfectione paulò ante medium.

### CONCLUSIO II.

Ratione debiti ex præcepto vir perfectus non semper omittit. Et ratio est; quia cum omisio propriè sumpta non respiciat debitum ex accepto; sed ex præcepto, poterit vnusquisq; facere, quod debet ex præcepto; atq; ita non omittet. Non enim omisio respicit circumstantiam; sed genus actionis, quatenus in præcepto est.

Nona

Nona difficult. Omissionis gravitas penes quid erit attendenda?

Positis quibusdam propositionibus, erit perspicuum, unde gravitas omissionis sit colligenda.

Alex. Alen. ubi. s. m. 6. Almayn in suis moral. tract. 3. c. 26

Prima Propositio.

Sumenda est ex comparatione affirmationis, cui opponitur. Nam cum omisio sit pura negatio, ex comparatione ad affirmationem, cui opponitur, erit eius malitia, & gravitas colligenda.

Hinc, quando affirmatio, cui opponitur peccatum omissionis, est præstantior, omisio est deterior. Append. 1.

Hinc, gravius peccat omittens sumptionem Eucharistiæ, quando est sub præcepto, quam omittens missam die dominico. Quia cõmunio sacramentalis præstat auditioni missæ. Append. 2.

Hinc, deterior omisio erit non corripere, &c. quam non dare eleemosynam. Quia multo melior actus est corripere. Append. 3.

Secunda Propositio.

Quando omisio non est voluntaria in se; sed in sua causa, tunc eò omisio est peior, quò causa est deterior.

Hinc, qui omittit missam ratione ludi, gravius peccat, quàm qui illam ratione studij omittit. Append. 4.

Hinc, gravius peccat, qui omittit corripere fratrem, ut illum tristitia afficiat, quam qui metu mortis correptionem omittit. Append. 5.

Tertia Propositio.

Gravius peccat omittens præceptum ex industria, & ex voluntate, quam omittens ex obliuione, aut ex ignorantia culpabili. Et ratio est; quia habet plus voluntatis quod est volitum in se, quàm quod in sua causa, & per consequens plus malitiæ. Hæc propositio est contra quosdam Thomistas recentiores.



*Quarta Propositio.*

Quantò maior est præcepti obligatio, tantò deterior est eius omisio. Grauius enim peccat, qui non subuenit extreme indigenti, quàm qui non soluit viginti ducatos creditori; quia maior est prima obligatio.

*Quinta Propositio.*

Grauitas vno verbo omisisionis attendenda est ex materia, & alijs circumstantijs, sicut grauitas commissiois de quibus infra erit sermo.

*D V B.* Est ne grauior omisio cum actu, quàm sine actu?

**Q**uidam dixerunt grauiorem esse in infinitum, quæ est cum actu.

*Propositio.*

Non est grauior. Et ratio est; quia cum illa volitio, vel nolitio, quæ est causa omisisionis nõ sit mala, nisi propter omisisionem, non erit peior, quàm omisio. Nolle si quidem audire missam de se non est malum, vt patet: quando non tenemur illam audire; quare si est malum, erit malum ratione omisisionis. Tandem cum confessarij non inquirant sollicitè de huiusmodi volitionibus, aut nolitionibus, non augebunt in infinitum omisisionis malitiam.

*Alex. Alen.*

9. 116. & *Quæst. III. De varijs distinctionibus specificis, ac diuisionibus peccatorum.*

117. & 146

et 157.

*S. Tho. 1. 2. q*

72. & 76.

77.

*S. Bon. d. 41.*

art. 1. & d.

**H A E C Q V A E S T.** Nonnullis articulis expositis, absoluetur.

Artic.

*Artic. I. Vtrum peccata distinguantur specie penes specificam obiectorum distinctionem? An penes specificam distinctionem habituum, siue rectitudinum, quibus opponuntur?*

**E**st tituli sensus. An distinguantur specie, penes conuersionem ad creaturas? An penes auersionem à recta ratione, & à Deo? Duæ sunt opiniones extremæ. Prima S. Thom. qui dicit, distingui penes conuersionem ad creaturas, quam amplectuntur omnes eius discipuli. Est enim maximè probabilis. Altera, & contraria opinio est Scoti d. 35. notab. ex ista solutione patet, &c. asserētis, peccata distingui penes auersionem à recta ratione, & à Deo. Scoto adhæserūt Gabriel d. 35. in fine q. & alij nominales.

#### CONCLUSIO.

Peccata specie distinguuntur penes specificam distinctionem habituum, rectitudinumquæ, quibus opponuntur. Hæc conclusio est de sententia Scoti. Et prima ratio ex supradictis est, quia priuationes distinguuntur specie ad distinctionem tantum habituum, quibus opponuntur, autore Aristot. vt cecitas, & surditas differunt specie, propterea quod visus, & auditus, quibus opponuntur, specie distinguuntur. Et peccatum priuatio rectitudinis, quæ debuit inesse actui, est; atq; ita distinguetur vnum ab altero, ad distinctionem rectitudinum, quibus opponuntur, & non aliter: vt furtum, & fornicatio differunt specie, quia furtum opponitur iustitiæ, & est illius priuatio, & fornicatio temperantiæ, &c. Secundâ ratio, & efficacior est; quia eadem differentia constitutiua alicuius rei, est eiusdem distinctiua: vt rationale constituit hominẽ, & illum à bruto distinguit. Et cum sola priuatio rectitudinis, recessus; à Deo, constituat aliquem actum in esse peccati, sola etiam distinguet tale peccatum ab alijs. Nam in peccato, vt ex supra dictis constat, est conuersio ad creaturam, & auersio à Deo, quæ nihil aliud est, quàm priuatio rectitudinis, & amicitie diuinæ. Tertiâ ratio. Demus quempiam conuerti

42. dub. 2.  
Ricard.  
Scot. & alij  
d. 35. & ali-  
bi.

S. Tho. 1. 2.  
q. 71. art. 6.  
& q. 72. art.  
1.  
Scot. et Gab.  
d. 35.

Arist.

uerti ad creaturam per inordinatum amorem, si per impossibile non auerteretur à Deo, talis conuersio non esset peccatum: ergo sola auersio constituit peccatum in esse peccati, & ex consequenti sola distinguet vnum peccatum ab alio.

Quarta ratio est; quia distinctio specifica rerum non prouenit ex parte materiæ, in qua cõueniunt; sed ex parte formæ, in qua differunt. Homo enim, & brutum non differunt ex parte animalis, quod materiale in illis est; sed ratione formæ.

Et in peccato materiale est conuersio ad creaturas, formale verò est auersio à Deo; quare distinguetur vnum peccatũ ab alio penes formale, hoc est, penes auersionem. Quinta ratio; quia actus humani non sunt mali, nequè peccata, quatenus sunt entitates naturales; alioquin Deus esset causa peccati, & vbicunquè talis actus inueniretur, esset malus, & peccatum.

Quare erunt mali, & peccatum, quatenus sunt defectus, & priuationes rectitudinis debitæ inesse, & ex consequenti distinguentur penes priuationem rectitudinum, &c. Qui plura de hac re videre uoluerit, legat lib. controuersiarum.

Alex. Alen.

q. 108. & q.

111.

S. Tho. 1. 2. q.

72. art. 5. et

q. 88.

S. Bon. d. 42.

art. 2.

Scot. ibidem.

Duran. q. 6.

et alij eadem

distin. 42. et

21. et 35. et

in. 4. d. 21.

Veg. lib. 14.

sup. cõc. Tri.

Nota. 1.

Artic. II. De diuisione peccati in mortale, & veniale?

**H**ic articulus, in quo bellum nobis est cum hæreticis futurum, difficilis videtur explicatu: fiet tamẽ facilis, præpositis titulo articuli aliquibus difficultatibus.

Prima difficult. Quidnam est mortale, & veniale peccatum?

**D**el hac difficultate differunt Alex. Alen. q. vbi sup. m. Castro hæresi. in. & Vega cap. 1. 2. 3. & 4. S. Thom. & alij vbi supra.

Verũm cum multa sint peccati venialis, & mortalis accipiõnes, commodum erit prius statuere in qua significatione in presentia à nobis mortale, & veniale accipiatur. Veniale peccatum trifariam dicitur. Primò ab euentu, quomodo quod.

quodcūque peccatum quantumcūq; graue, si illius venia obtineatur, veniale appellatur. Et hac ratione dixit B. Ambro. mortalia omnia fieri per pœnitentiam venialia. Hinc D. August. & Chrysofto. iniquitatem remisibilem vocant venialem. Et Magister dixit, Adam credidisse suum peccatum esse veniale, cum tamen esset mortale: quia credidit se veniam consecuturum; vt illi de facto accidit. Secundò dicitur veniale ex causa, quia, licet sit mortale; habet tamē aliquam causam suæ veniæ annexam: quomodo peccata quæcūq; ex infirmitate, vel ignorantia commissa, dici possent venialia, id est, digna quadam tenus venia. Et ita peccata B. Paul. ante baptismum, tametsi grauissima, dici quæunt venialia. Misericordiam, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci. Tertiò dicitur veniale ex propria natura, & est peccatū, quod suapte natura leue, exiguum, & minutum est, & rectæ rationi parum dissonum, neque mortem inferens, sed omninò venia dignum, quod supra in. 3. genera à nobis fuit diuisum. Mortale peccatum totidem modis dicitur. Nam quot modis dicitur vnum oppositorum, tot dicitur, & reliquum. Primò mortale ab euentu dici potest, quod nunquam habiturū est veniam. Secundò ex causa mortale est, quodcūque peccatū ex malitia, & de industria commissum. Tertiò mortale ex propria ratione est; quodecūque graue peccatum rectæ rationi vehementer dissonum, ac proinde de se venia indignū, & mortem animæ inferens, siue primam, quæ priuatio gratiæ est, siue secundam, quæ est æterna damnatio. Et ex his venialis & mortalis peccati acceptionibus, solæ, quæ tertium obtinent locum, sunt nobis in hoc articulo vsui. Priores enim duæ venialis, & mortalis acceptiones à nostro proposito sunt alienæ. Non enim nunc, quæ peccata habitura sint veniam, & quæ non tractamus; sed quomodo ex propria natura distinguantur in hoc articulo inquirimus.

CONCLUSIO I.

Mortale peccatum est, quod aufert gratiam, quæ est vita anime. Et ratio prima ab etymologia est, quia mortale à morte culpæ & à morte gehennæ nominatur. Et secunda ratio est, quia, sublata gratia, recedit statim Deus ab anima, in qua

Vega. 3. 2.  
vbi. 5.  
B. Amb.  
D. Chrysoft.  
D. Aug. 2. 1.  
de ciuit. Dei  
c. vlt. & in  
lib. de vera  
& falsa pœ-  
nitent. c. 18.  
S. Tho. q. 88.  
1. 2. art. 2.  
1. ad Tim. 1.  
2. Nota.

Alex. Alen.  
m. 1. q. 111.  
Vega & Ca-  
stro vbi. 5.

*D. Aug.* habitat, & inde continuò sequitur mors. Vnde *D. Aug.* ait: Vita corporis tui est anima tua, vita animæ tuæ est Deus tuus. Quo modo ergo moritur corpus, amissa anima, quæ vita est eius; sic moritur anima, amisso Deo, qui vita est eius. Hæc *D. August.* Et hæc est illa mors, quam Deus minatus est primo parenti, quando post prohibitum esum ligni scientiæ boni, & mali, dixit ei. In quocumquè die comederis ex eo, morte morieris. Non enim Adam eò die, quo comedit de ligno vetito, statim morte corporali mortuus est. Sed morte spiritali animæ statim mortuus fuit, quia statim iustitiam, gratiamquè amisit, & per consequens Deum.

*Append. 1.*

*Sap. 16.*

*Jerem. 31.*

*Ezech. 8.*

*Psal. 48.*

*Apoc. 20.*

*Append. 2.*

*Sap. 15.*

*Alex. Alen.*

*q. 108. art. 1*

*2. & 3. &*

*alij vbi. 5.*

*Prov. 24.*

*Iacob. 3.*

*1. Ioan. 1.*

Hinc, solū peccatū mortale est illa malitia de qua Salomō ait. Homo enim per malitiam occidit animam suam. Et de qua Ierem. inquit. Vnusquisq; in iniquitate sua morietur. Et dominus per Ezechielem. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Dicitur quoq; mortale propter aliam mortē, quæ animā, & corpus deuorat. Et hæc est gehenna perpetua, de qua regius Propheta ait. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Et Ioa. in Apoc. ita scribit. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

Hinc, igitur mortale peccatū appellatur. Quia peccator, qui illud committit, nisi pœniteat, morte punietur æterna. Malorum enim amatores, inquit sapiens, digni sunt morte.

## C O N C L U S I O I I.

Veniale peccatū est, quod nō aufert gratiam, quæ est vita animæ. Et ratio est; quoniam est cōpatibile cū gratia, & charitate, quod scriptura sacra multis in locis docet. Septies in die cadit iustus, & resurgit; impij autem corruent in malum. Oportet ergo; vt sit aliquis casus peccati, qui iustitiam nō tollat, & hic est veniale peccatū. Et Iacob. 3. In multis offēdimus omnes. Etsi dixerimus, quoniam peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et isti apostoli intelligunt etiam seipfos, & erant cōfirmati in gratia, nec poterāt mortaliter peccare; ergo per peccatū, & offensam veniale peccatum intelligunt: quare veniale peccatum non aufert gratiam, quæ est vita animæ, sicut mortale illam aufert. Hinc, enim veniale peccatū, quod venia dignū sit, appellatur.

Secunda



Secunda diffi. Quomodo peccatum veniale, an mortale sit, agnoscemus? *Vega. c. 12. vbi. 5.*

**C**ognoscere, quæ sint venialia, & quæ mortalia peccata, non facile est explicare; triplex tamen inuenitur via dignoscendi, quæ in hac difficultate petuntur. Vna est per sacram scripturam. Altera est per ecclesiæ doctrinam. Et tertia per proprium cuiusq; lumen naturale, iuxta illud. *Psal. 4.* Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine.

### Prima Propositio.

Quæ in sacris litteris abominabilia, execranda, Deo exosa, digna morte, aut causam mortis, vel mortem inferre, vel excludere à regno cœlorum dicuntur, & ea, quibus vel æternas pœnas, vel saltem mortem corporalem cõminatur, vel quando ponitur comminatio væ, proculdubio crede, peccata mortalia esse. Confirmo hæc propositionem inductione aliquorum locorũ. Prou. 6. sex sunt, quæ odit dominus, & septimũ detestatur anima eius, oculos sublimes, &c. vsq; ad eum, qui seminat discordiam inter fratres. Omnia illa flagitia erunt mortalia. Et ad Roma. 1. Enumeratis multis peccatis, subditur. Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte; quare peccata illa erunt mortalia. Similiter erunt mortalia, quæ recensentur ad Galat. 5. vbi dicitur. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundicia, &c. Nam concludit. Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Perinde erunt mortalia flagitia, quæ enumerat Ezechiel. c. 18. vbi dicitur. Quod si genuerit filium latronem, &c. *Prouer. c. 6. ad Roma. c. 1. ad Gal. 5. Ezech. 18. Leuit. 24.* Quia in fine pœna mortis corporalis imponitur: nã legitur. Cũ vniuersa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Idẽ cõsẽdũ est de peccato blasphemie Leuit. 24. Qui blasphemauerit nomẽ domini, morte moriatur. Nec secus iudicadũ est de delictis, quibus apponitur væ: vt in multis locis noui, & veteris testamẽti videre licet. Præsertim Isa. *Isa. c. 5.* c. 5. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum, &c.

Hinc, quotiescũq; in sacra scriptura absq; aliquo dictorum *Append. 1.* signo-

- Matth. 12.* signorum peccata interdiciuntur, sunt censenda venialia. Tale est verbum otiosum, de quo legitur *Matthæ. 12.* Dico autem vobis; quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Similiter concupiscentia carnis, aut rei alienæ per violentiam auferendæ, ante consensum voluntatis, erit venialis. Legitur enim *Iacobi. 1.* Concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò, cum cōsumatum fuerit, generat mortem. Vnde colligunt omnes doctores concupiscentiam ante deliberatum consensum patrandi actum, vel delectandi se in cogitatione actus, solum esse veniale peccatum; quia ante illum consensum, non generat mortem. Perinde etiam ad *Ephesi. 5.* D. Paul. admonens christianos fugiendam esse fornicationem, &c. vt doceret, quæ ex illis peccatis essent mortalia, adiunxit. Hoc enim scitote, intelligentes, q̄ omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod est idolorum seruitus) non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei; quare cætera, quorum postea non meminit, nec illis dictam comminationem, vel aliam ex prædictis opposuit, erunt tantum venialia. Quòd si hac via non poteris, sit ne peccatum mortale, vel veniale discernere, sequentem considera.

### *Secunda Propositio.*

Traditio ecclesiæ, & doctorum est secunda via, qua censendū est, & iudicandū de peccato, sit ne mortale, aut veniale?

Et ratio est; quia quotiescunque in aliquo libro catholico, & ab ecclesia approbato, aliquid tanquam mortale, vel tanquam veniale damnatur, ita esse opinandum admonet scriptura diuina. *Iob. 12.* vbi dicitur. Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Vbi per iumenta, & volatilia cœli intelliguntur prælati, & sapientiores ecclesiæ, quos Deus in Christianorum detrimentum errare patietur nunquam. Et si ijs duabus vijs non successit, tertiam ingredi, quæ ex lumine naturali est.

### *Tertia Propositio.*

Quæ ex directo, & grauius charitati Dei, & proximi repugnant,

pugnant, ea mortalia censentur, quæ verò rationi quidem dissonant, & à lege nobis tradita exorbitant; non tamen tantopere, vt grauius charitatem, quam Deo, & proximis nostris, & nobis ipsis debemus, lædant, ea venialia existimantur. Nam sicut ex lumine naturali constat, vnã esse magnã iniuriam, vel ægritudinem; aliam verò paruam; ita etiam hæc esse grauem offensam, illam verò paruam, facile intelligitur. Hanc viam omnes doctores lumine naturali admonitos, perpetuò amplexos, & hac eadẽ crediderim vsos fuisse, quotiescũquẽ nequẽ ex scripturis, nequẽ ex definitione ecclesiæ, satis certò scire poterant, qualia essent censenda, & quo in loco, & gradu essent reponenda, quæ certò videbant esse peccata: nequẽ tamen vsquẽ adeò grauiã, vt verisimile esset, ea impedire, vel dirimere diuinã amicitiam.

Hinc, nata est distinctio peccati venialis supra posita.

Hinc, doctrina illa communis emanauit, qua docemur circa quæcumquẽ præcepta dupliciter posse contingere peccatum veniale, nempe, ex surreptione, vel ex paruitate materiæ.

Hinc, quoties iudicio omnium aliqua iniuria est grauis in Deum, vt infidelitatis peccatum, vel in proximũ, vt si graue detrimentum cõtra bona spiritualia, vel corporalia, vel temporalia, inferatur, erit absquẽ dubio mortale peccatum; si autem non fuerit grauis iniuria, erit venialis, vt subitus infidelitatis motus, furtum leue, vel paruam, concupiscentia alienæ vxoris indeliberata, cuiusmodi sunt frequentissima peccata venialia in materia intemperantiæ, vt immoderatus excessus in cibo, & potu; non tamẽ vsquẽ ad ebrietatem; sed absq; necessitate; sola tamen delectatione potãdi vinum, vel aquã. Accidunt etiam hæc venialia in excessu somni, & confabulationis, pro quibus vitandis deprecatur ecclesia in hymno quadragesimali, quando dicit. *Vt tamen ergo parcius verbis, cibis, & potibus, &c.* Quam ob rem, Ricard. in fine tract. de differentia venialis à mortali constanter affirmat, peccatum mortale esse, quod non potest à quoquam committi, sine grã di corruptione sui, aut cõtemptu Dei, aut graui læsione proximi, & reliqua omnia esse venialia.

II. Part.

S

Hinc,

*S. Tho. 1. 2.*

*q. 88. art. 2.*

*et Caiet. ibi-*

*dẽ, et in sum.*

*et Durã. q. 2.*

*vbi. 5.*

*Append. 2.*

*Append. 3.*

*Append. 4.*

*Ricard. de S.*

*Vict.*

Append. 5.

Hinc, qui voluerit rectè venialia à mortalibus separare, charitatem ob oculos ponat. Hæc enim est huic proposito certissima, & apertissima regula, & tunc oblata quacumque operatione, aut omissione humana, diligenter aduertat, aduertetur ne illa directè charitati, an non? Si non aduertatur, sciat ibi nullum esse peccatum; si autem aduertatur, perpendat rursus, grauiter ne, an leuiter aduertetur? Si viderit inde charitatem grauiter lædi, mortale peccatum, si leuiter veniale subesse agnoscat.

*Tertia diffiç. Peccatum veniale est ne peccatum simpliciter? an secundum quid?*

S. Tho. 1. 2.  
q. 88. art. 1.  
& Caiet. ibi-  
dem.

**O**PINIO Caietan. fuit non esse peccatum simpliciter, sed secundum quid. Et eam fuisse S. Thom. aliqui colligunt ex eo, quòd dixit, diuisionem peccati in mortale, & veniale, esse analogi in analogata.

Durand. q. 2.  
vbi. 5.  
Vegalib. 14.  
citato c. 13.  
1. Ioan. 1.

**C**ONCLUSIO I.  
Peccata venialia propriè, & simpliciter, sunt peccata. Et probatur, quia in Scriptura sacra simpliciter, & absolute nominantur peccata. 1. Ioann. 1. Si dixerimus; quia peccatum non habemus, &c. & loquitur de iustis, quorum peccata sunt tantum venialia. Et sub nomine peccatorum à Christo comprehenduntur, cum dicit. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: aliàs clauès sacerdotales non se extenderent ad eorum remissionem; nequè eorundem confessio esset sacramentalis. Quorum contraria in floribus. 4. in tractatu de pœnitentia luculenter docuimus. Et confirmatur ratione; quia sunt actus mali simpliciter, quippè, qui voluntarij, & circa materiam indebitam, & à recta ratione deuiant, ac dissentiant, & pœna, atquè repræhensione digni iure apud omnes censentur. Si tamen placet dicere esse imperfectè peccata, nihil moror. Nam sicut ani malia, quæ per putrefactionem generantur; vt mures, formicæ, & alia id genus animalia, licet sint animalia imperfecta, sunt nihilominus simpliciter ani-

animalia, quàmuis imperfecta; ita, & venialia, quàmuis quò ad malitiam non sint ita consumata, sicut mortalia; simpliciter tamen erunt peccata, præsertim quando ex plena deliberatione committuntur; vt sunt venialia ex genere.

Hinc, cautè legendus erit D. Bonauen. qui negat veniale esse Dei offensam, cum sit vera, & simpliciter offensa, & peccatum; quia offensa est iniustitia irrogata Deo. Propterea quòd denegatur sibi obedientia debita, & veniale est, aetius inobedientia, quàmuis leuis, & est contra præceptum; vt statim dicemus.

D. Bonau. cau  
iè legendus  
dist. 42. art.  
2. q. 2. ad vlt.

*Quarta diffic. Est ne veniale peccatum contra legem? an præter legem?*

S. Tho. vbi s.  
q. 88. art. 1.  
& 2. & in  
2. d. 35. cum  
Magist. ibid.  
& Caiet. eod.  
art.

**D**efinitum cum sit peccatum veniale esse peccatum simpliciter, meritò queritur. An sit contra legem: quia peccatum simpliciter cum D. August. definitum est in prima quæst. huius tractatus, dictum, velle factum, &c. contra legem Dei. D. Thom. locis citatis, & eius sectatores tenent, peccatum veniale, non tam esse contra legem, quàm præter legem; ita sanè, vt sicut, qui tenetur ire ad alicuius circuli centrum, si paululum circa circumferentiam ipsius immoretur, nequè progredi dicitur, nequè retrocedere, aut contra iter rectum ire, sed præter; ita qui obligati sumus, per viam mandatorum ad regnum cœlorum contendere, si peccemus venialiter, nequè retrocedere, nequè contra, vel secundum iter rectum progredi dicemur; sed præter, & ex consequenti, nequè contra: sed præter mandata, agere. Durand. tamen, & alij permulti hanc sententiam impugnant, affirmantes peccata venialia esse contra mandata. Et hæc opinio videtur modo in scholis communior.

Vega c. 13.  
vbi s.

Duran. q. 2.  
vbi s.

CONCLUSIO.

Veniale peccatum est contra legem. Probatur Ecclesi. 7. nolle velle mentiri omne mēdacium. Ecce legem prohibētē quodcūq; genus mendacij, etiam veniale, cuiusmodi est mēdaciū iocosum, aut officiosum. Deinde Matt. 5. inter dicitur omne genus iuramenti. Sic enim legitur. Audistis; quia dictū

Ecclesi. 7.

Matthæ. c. 5.



est antiquis, non periurabis, &c. Ego autem dico vobis non iurare omninò, &c. Et tamen si quis absque rationabili causa iurauerit, dummodò non sit mendacium, peccabit solum venialiter, & non ob aliud, nisi quia est reus huius præcepti; ego autem dico vobis non iurare omninò, &c. & Matthæ. etiam. 12. Prohibetur omne verbum otiosum, quod solum ex se est veniale, de quo reddendam esse rationem in die iudicij docuit ibidem Christ. dominus. Et ratione confirmatur; quia est peccatum, & peccatum pro formali est contra rectam rationem, eique aduersatur, & omnis ratio, cui quis dissentiens peccat, vim habet legis, vel certè est legis significatio. Animaduerte tamen ad reconciliandas istas opiniones, si placet, dupliciter posse aliquem agere contra legem. Primò agendo contra legem, & eius finem, qui quidem finis, teste B. Paulo est charitas. Et hoc modo agit contra legem, qui mortaliter peccat; quia per quodcumque mortale peccatum vinculum charitatis in Deum, & proximum dissoluitur. Secundò agendo contra legis obedientiam; non tamen contra eius finem, quia non violatur charitas. Et agunt contra legem isto secundo modo, qui venialiter peccant. Quoniam agunt contra obedientiam Dei; non tamen contra eius charitatem. Nam vt inter homines stat non obedire amico, & offendere illum, non tamen dissolui amicitiam, quoniam offensa est leuis; ita etiam in diuinis, licet culpa leui, nempè, veniali offendatur Deus, & contra eius legem agatur, non tamen amicitia, & charitas dissoluitur.

Hinc colligitur interpretatio, & vera intelligentia auctoritatum Sacræ scripturæ, quæ à Thomistis in suum fauorem inducuntur. Sunt enim intelligendæ de illo, qui agit contra legem, & finem legis, vt est, qui mortaliter peccat. Ijs difficultatibus expositis, quæ sunt velut præludia ad titulum huius artic. perfectiùs explicandum, superest, vt tituli explicationem aggrediamur.

Quinta diffie. Est ne diuisio peccati in mortale, & veniale bona.

## CONCLUSIO.

**N**on solum optima est talis diuisio; verum etiam fide tenenda. Et probatur primo auctoritate Sacrae scripturae. Multis enim in locis expresse distinctio haec in peccatum mortale, & veniale proponitur. Et praeter loca in praemisissis difficultatibus huius articuli citata, vnū, atq; alterū proponam. Matth. n. 5. dixit Saluator noster Christus. Omnis, qui irascitur fratri suo, reus est iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio, qui autem fatue, reus erit gehennae ignis. In quibus verbis tria describuntur peccata, quorum duo priora leuia sunt, tertium verò est illis duobus multò grauius. Quae quidem differentia aperte colligitur ex diuersitate poenarum, quibus peccata illa punienda esse dicuntur. Nam pro mensura delicti, vt lex diuina ait, erit, & plagarum modus; cum igitur ex tribus illis peccatis solum tertium, & vltimum dicatur gehenna ignis puniendum, id est, morte perpetua, & nullum duorum priorum ad talem poenam: sed ad aliam multò leuiorem damnetur, conuincitur inde apertissimè solum tertium ex illis esse mortale; reliqua verò duo esse venialia. Hunc esse verum huius loci sensum docuerunt D. Chrysostomus homilia. 16. super Matthe. haec verba interpretans, & D. Gregor. lib. 21. moral. capit. 5. Est, & alius locus Matthae. c. 12. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc saeculo, neq; in futuro. Ex quibus verbis apertissimè constat esse aliqua peccata, quae in hoc saeculo remitti possunt, alia quae in futuro, at peccata mortalia non remittuntur in futuro saeculo; quia illa ducunt hominē ad mortē aeternā. Lignū enim quod ad Aquilonē ceciderit, ibi manebit. Peccata ergo, quae in alio saeculo dimittuntur, necessariò sunt venialia: propterea quòd haec sola sunt, quae igne purgatorij consumuntur. Fuit etiam haec distinctio canonizata in concilio Trident. sess. 6. cap. 11. vbi docens fideles: quae ad salutem sunt necessaria, haec ait:

II. Part.

S 3

Licet

Doctores  
vbi. 5.

Vega à c. 2.

vsq; ad. 5. et

à c. 12. vsq;

ad finem lib.

14. super cō-

cil. Trid. &amp;

Castro locis

in principio

art. citatis.

Matth. 5.

Deut. 25.

D. Chrysof.

D. Greg.

Matth. 12.

Ecc. 11.

Licet enim in hac mortali vita, quantum inuis sancti, & iusti in leuia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia peccata dicuntur, quandoquæ cadant, non propterea desinunt esse iusti, &c. Et in eadem sels. c. 15. ita definitur. Aduersus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modò infidelitate, per quã, & ipsa fides amittitur, sed etiam quocumq; alio mortali peccato, quàmuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti diuinæ legis doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed etiam fideles, quoq; fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosquæ omnes, qui lethalia committunt peccata, à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur. Hactenus concilium. Quid? quòd nouimus ecclesiam ab ipsis propè modum illius primordijs constituisse aliqua remedia pro remissione venialium. Quæquidem nunquam credidit sufficere ad remissionem mortalium. Et inter illa vnum fuit aqua benedicta, quam scimus fuisse in ecclesia saltem à tempore Alexandri huius nominis primi, qui quintus à B. Petro pontificatum tenuit. Et in hunc usum, & alios à sacerdotibus mandauit benedici de consecrat. dist. 3. can. aquam sale. Sunt, & alia multa remedia; nam delentur per dominicam orationem, per eleemosynæ largitionem, & pectoris tunctionem, & per ieiunij castigationem. De pœnit. dist. 1. can. medicina. §. proximi. Item per Eucharistiæ dignam sumptionem. de pœnit. dist. 2. ante finem, & can. panem de altari. Tandem per episcopopi, vel presbyteri benedictiones. dist. 28. can. presbyterum. Sanctorum patrum testimonia, quibus conclusio corroboratur, apud Castrum, & Vegam vbi supra inuenies. Tandem ipso luminis naturalis instinctu, verissimam esse distinctionem mortalis, & venialis peccati, intelligitur. Nam sicut scimus quasdam esse leues proximorum offensas, & quæ ex se non sufficiunt ad impediendum, vel dirimendum amorem, quem nobis mutuò debemus; alias verò esse graues offensas, præpter quas non immeritò rescinduntur amicitia: ita scintilla

tilla rationis nobis indita theologatur, & à nobis eò conscendit, vt credat, & doceat, quædam esse graui peccata, quibus Deus legislator, ac rector vniuersi, sic grauiter offenditur; vt eos, qui illa patrant, ex cælo habeat, & leuere suo loco, & tempore corripiat; alia verò ita leuia, vt Deus propter illa inuisum habeat neminem.

*Sexta difficult. Quonam pacto mortale, & veniale peccatum inter se differunt?*

**C**VM constet diuidi peccatum in mortale, & veniale, explicemus oportet, quo pacto inter se differant. Sunt autem variæ opiniones, & multæ, circa modum distinguendi hæc peccata ad inuicem. Prima opinio, quæ S. Thomæ tribuitur, tenet, hoc differre mortale peccatum à veniali, quòd mortale sit circa, vel contra finem, vt est infidelitas, ocium Dei, &c. quæ immediatè sunt contra ipsum Deum; venialia vero, quæ circa, vel contra ea, quæ sunt ad finem, id est, contra media ad finem: vt quòd est cõtra obedientiam prælati, vel charitatem, vt furtum, &c. Secunda opinio est Scoti, affirmantis, distinguim mortale peccatum à veniali, eò quòd mortale sit contra præceptum; veniale autem contra consilium. Tertia opinio est Gerfo. & Alma. afferentium venialia & mortalia non differre ex natura rei; sed tantum ex diuina misericordia, eò quod placuit Maiestati diuinæ imputare ad pœnam æternam mortale; veniale autem ad temporalè. Vtrumquè tamè ex natura sua, cum sit in Deum, esse dignum pœna æterna. Quarta opinio tenet distinguim hæc ex genere, & ex natura sua, & non ex reatu. Quinta opinio: vt supra diximus, est eiusdem S. Thom. nempe, quòd differunt veniale, & mortale ex eo, quòd mortale est contra legem, & diuinum præceptum.

**CONCLUSIO I.**

Peccatum mortale, & veniale non differunt, quòd mortale sit contra finem, veniale autem contra media ad finem. Et ratio est; quia peccata, quæ sunt contra proximũ, vt furtũ,

S. Tho. 1. 2. q. 72. art. 5. & q. 88. art. 1. & 5. & Caiet. ibidè. Vega c. 12. vbi. 5. Scoti. d. 21. q. 1. Gabr. d. 22. q. 1. art. 3. dubio. 1. Gerson in 3. p. suæ Theologie titulo de Vita Spirituali lect. 1. S. Tho. 1. 2. q. 72. art. 2. & q. 88. art. 2. Vega vbi. 5. S. 4 &c. c. 13.

*Ad Gal. 5.*

&c. non sunt immediatè contra finem; sed contra media. Et tamen sunt mortalia; propterea q̄ excludunt à regno Dei, vt autor est Apostol. ad Galat. 5. Deinde subitus infidelitatis mortus est immediatè contra finem, scilicet, contra Deum; & tamè est veniale peccatum. Hæc est contra primam opinionem.

### CONCLUSIO II.

*1. Cor. 7.*

Nec distinguntur eò, quòd mortale sit cõtra præceptum: veniale verò contra consilium. Et ratio est; quia velle ducere uxorem, non est peccatum: & tamen est cõtra consilium de virginitate. Ait enim B. Paul. Si nupserit virgo, nõ peccabit. Perinde etiam furtum in materia leuè est cõtra præceptum, non furtum facies, & est veniale tantum. Hæc conclusio est contra secundam opinionem.

### CONCLUSIO III.

*Psal. 73.*

*Eccl. 11.*

*Vega. c. 14.*

*G. 15.*

*16. vbi. 5.*

Neq; separantur ad inuicem eò, quòd ex sola diuina misericordia pœna æterna mortali, & veniali temporalis pœna respondeat. Et ratio est; quia, etsi daremus, Deum instituisse, vt nullum peccatum pœna aliqua puniretur: nihilominus tamen latissimum esset inter vtrumquè peccatum discrimen. Fides enim catholica testatur, damnatos frequentissimè mortaliter peccare, iuxta illud; Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: & tamen illa peccata ad nullam pœnam imputantur. In quocunquè enim loco ceciderit lignum, ibi erit. Deinde; quia Deus prior est ad miserendū, quàm ad puniendū, & amicitia cum ipso Deo multò fortior est, quàm cum hominibus: & cum inter homines sint aliæ quæ offensæ, quæ ex natura rei non dirimunt amicitiam, licet amico displiceant: vt sunt leues iniuriæ: multò magis erunt tales offensæ ex natura rei inter nos, & ipsum Deum, & non solùm ex misericordia Dei, &c. Hæc est contra tertiam opinionem.

*Alex. Alen.*

*q. 108. m. 2.*

*D. Bona. d.*

*42. art. 2. G.*

*3.*

### CONCLUSIO IIII.

Neq; differunt quantum ad conuersionem ad creaturas, scilicet, quantum ad speciem malitiæ moralis. Et ratio est; quia, vt supra diximus, veniale, & mortale possunt esse eiusdem



dem speciei in genere moris; vt furtum mille ducatorum, & vnus oui, quæ sunt eiusdem speciei specialissimæ iniuriantia.

CONCLUSIO V.

Peccatum mortale, & veniale solum differunt quantum ad auersionem ab ipso Deo. Et ratio est, quoniam mortale auertit omninò à charitate, & amicitia Dei, & constituit peccantem filium gehennæ: veniale autem minimè, quàmuis Deo displiceat, & per illud Deus offendatur. Quare totalis differentia, prout insinuat D. Paulus supra citatus, erit penes displicentiam vsquè ad auersionem, quam facit mortale, & penes displicentiam absquè auersione, quam facit veniale. Et confirmatur à simili: quia sicut infirmitatum corporalium vna dicitur mortalis; quia tollit principium vitæ, scilicet, humidum radicale; altera verò non, sed reddit corpus debile; ita inter infirmitates spirituales, quæ sunt peccata. Vna dicitur mortalis, quæ tollit charitatem, & gratiam, quæ est principium vitæ æternæ, iuxta illud Ioann. 6. Qui biberit ex hac aqua, fiet in eo fons vitæ, &c. scilicet. charitas. Altera non, vt venialis, quæ solum facit hominem tepidum circa diuina, & minus Deo gratum. Ex hoc articulo colligitur confutatio multarum hæresum. Prima est Ioann. Vuicleph, affirmantis, peccatum veniale, & mortale solum differre ex parte peccantis, qui si fuerit prædestinatus dicebat ille, omne eius peccatum erit veniale, id est, veniæ consecutum; sin minus erit mortale. Quoniam præficti irreparabiliter erunt æterna morte puniendi. Quæ quidem distinctio est etiam blasphemæ. Legimus enim adulterium Dauidis, negationem Petri, & flagitiosa Magdalenæ peccata; & tamen hi omnes fuerunt prædestinati. Et Saul fuit reprobus, quo non fuit aliquando in Israel melior; filius vnus anni, &c. 1. Regum. 13. Et tamen nemini dubium est; quin tempore, quo fuit in gratia, venialiter peccauerit. Cum nemo sit, qui aliquando venialiter non peccet. Secunda hæresis est Philippi Melanthon, asserentis, illa tantum esse venialia peccata, quæ ex ignorantia crassa; non tamen affectata, committuntur.

Ioan. 4.

Hæreses.

Thom. Vuicleph. lib. de sacrament. c.

154. & 155

1. Reg. 13.

Hæresis.

1. ad Tim. 1. Quod est contra D. Paul qui ad Timot. 1. affirmat, se extra gratiam Christi fuisse, eò q̄ ex ignorantia persequebatur ecclesiam Dei. Ait enim ignorans feci in infidelitate, &c. Et. 1.
1. ad Cor. 14. ad Corint. 14. damnat omnē ignorantiam culpabilem dicēs. *Herefis.* Ignorans ignorabitur, id est, reprobabitur. Tertia hæresis est Caluini, qui docuit, omne peccatum esse mortale, & nullum veniale. Contra quem supra in hoc art. sunt multa diuinæ scripturæ testimonia citata. Et sit præter illa, quod. 1. ad Corinth. 3. legitur, vbi dicitur. Si quis autē superædificat super fundamentum hoc (scilicet Christum) aurum, argentum, lapides prætiosos, ligna, fœnum, stipulam, &c. ipse autem saluus erit; sic tamen quasi per ignem. Et per hæc vltima verba intelligit apostolus peccata venialia, quæ quatenus peccata, sunt igne purganda; quatenus autem venialia sunt, à regno Dei non excludunt; si quidem talia perpetrantes salui erunt. Lege Vegam c. 3. vbi sup. & Castrum verbo peccatum hære. 11. Quarta hæresis fuit Lutheri, qui nullum esse peccatū mortale præter incredulitatem docuit. In quem sunt multa loca sacræ scripturæ, quæ in hoc artic. adduximus, quibus, præter infidelitatem, multa esse mortalia peccata apertissimè demonstratur. In quem agit Castro, verbo fides hæresi secunda.

*Vega.*  
*Castro.*

8. Tho. 1. 2. 9. *Artic. III. Vtrū peccata distinguantur specie ad  
72. art. specificam distinctionem causarum?*

**C**VM causa peccati sit multiplex, nempe, ignorantia, infirmitas, & diabolus, quæritur in hoc artic. Vtrū peccata ad distinctionem istarum causarum, &c. exempli gratia fornicatur quis ex ignorantia culpabili, ita quòd si sciret, non fornicaretur; alius autem fornicatur ex infirmitate, est quæstio. Vtrū fornicationes istæ specie distinguantur, eò q̄ causæ ad peccatum inducentes, sunt specie differentes. Et ad maiorem intelligentiam huius art. cuius cognitio est confessarij, & poenitentibus necessaria, quæ sequuntur animaduerte.

1. *Animad.* Inter operationes naturales, & liberas hoc inter alia est discrimen

discrimen; quod naturales ad differentiam specificam principiorum differunt specie. Calefactio enim differt specie à frigeactione; quia principia calidum, scilicet, & frigidum, unde proficiuntur, sunt specie distincta. At uero operationes liberae non differunt ad distinctionem principiorum actiuorum; quia furtum ex timore paupertatis ortum, & furtum ex auaritia sunt eiusdem speciei. Sunt enim actus iniustitiae, licet, cause efficientes, scilicet, amor pecuniarum, & timor paupertatis, sint diuersae.

Hinc, operationes humanae liberae ex parte causae finalis; ut sapissimè haecenus cum Arist. docuimus, erunt distinguendae. Et ratio est; quia quod vnus actus sit vnus, vel alterius virtutis, ex fine intento ab operante, vel ex fine ipsius operis oritur. Ieiunium enim propter adimplerionem praeccepti ecclesiae factum est actus obedientiae, propter extinguedam libidinem est continentiae actus.

Causa motiua à finali causa hoc distat, quod finalis est causa praecisa; at uero motiua non est causa praecisa, sed solum inducit hominem ad operandum. V. g. dat aliquis eleemosynam pauperi, ut illi placeat, non tamen tamquam propter causam finalem; quia, licet, illi placere non intenderet, eleemosynam nihilominus largiretur. Haec complacentia est causa motiua, quae à quibusdam impulsua nominatur. Effet autem finalis causa, si cessante complacentia, eleemosyna cessasset.

Hinc, regula physica, & moralis, scilicet, cessante causa, cessat effectus, est vera in actionibus liberis, de causis tantum finalibus; in agentibus autem naturalibus est vera de causis efficientibus.

Causa finalis, & obiectum formale sunt idem quatenus utrumque est causa praecisa, quae mouet efficientem ad operandum. V. g. pecunia à parte rei est finis mercenarij, quatenus autem eadem pecunia cognita, & intenta mouet mercenarium ad operandum, est causa finalis.

### CONCLUSIO.

Peccata non secundum causas efficientes, sed penes causas finales specie distinguuntur. Et ratio est; quia operationes liberae, cuiusmodi sunt peccata, sumunt speciem malitiae à fine;

vt ex.

Append. 1.

Arist. 7.

Ethic.

2. Animad.

Append. 2.

3. Animad.

vt ex prima animaduersione constat. Et confirmatur, quia si à causa efficienti malitiæ speciem sortirentur, omnia peccata essent eiusdem speciei, siquidem omnia ab vno principio efficiendi, scilicet, à voluntate libera, & à superbia proficiscuntur, iuxta illud. Initium omnis peccati superbia.

*Eccl. 10.*

*Appen. 3.*

Hinc, mulier, quæ fornicatur cum laico, hoc sine præcisè, vt habeat ad sacerdotem accessum, committit sacrilegium, in confessione necessariò explicandum.

*Appen. 4.*

Hinc, qui iurat falsum, vt alium in pretio alicuius mercis decipiat, non solum peccatum periurij, verum etiam peccatum iniustitiæ committit, quod est in confessione, etiam si non fuerit subsecuta deceptio, declarandum.

*Append. 5.*

Hinc, iudex, qui criminofum titulo iustitiæ, & etiam vindictæ punit, peccatum iræ in confessione necessariò aperendum patratum est.

*Append. 6.*

Hinc, si iudex criminofum puniat, vt inimicis criminofum blandiatur, vt ab ipsis beneficium ecclesiastici cum cōsequatur, sacrilegium committit, & de similibus simile esto iudicium.

*Regula.*

*Matth. 6.*

Notanda autem est sequens regula vniuersalis, nēpè, quoties finis est peccatum, totum opus est etiam peccatum, iuxta illud. Si oculus tuus nequā fuerit, totum corpus tuum te nefrosū erit. Vbi per oculum intelligitur finalis intentio operantis. Secus autem si fuerit causa impulsua, & ideo prudens confessarius debet interrogare pœnitentem. An, celsante illa causa, patrasset peccatum. Et si respōderit. Patrassem. Erit causa impulsua tantum, sin minus erit finalis causa.

*Append. 7.*

Hinc, si milites sancti Ioannis emittunt continentiaē votū, propter diuitias obtinendas, tanquā propter finalem causam, potiùs sacrilegium committunt, quā votum, quod est actus religionis, emittunt. Et idem est iudicium de reliquis cruciferis. Animaduerte autem in hoc artic. & in sequētibus huius q. non agi de peccato, quatenus est auersio à Deo. Nam eo modo iam in principio huius tract. egimus; sed quatenus est conuersio ad creaturam per inordinatum amorē, & prout est malum morale, & vitium, alicui virtutū morali oppositū. Tum etiam nota, qd vt eadē virtus: vt saepe haecenus diximus potest

potest diuersis rationibus considerata ad diuersas species referri, ita, & idem vitium diuersis rationibus, sũptũ sub diuersis speciebus contineri, & hoc modo conclusio. i. huius q. huic conclusioni non contradicit.

*Artic. IIII. Vtrũ peccata differant specie, eò quòd sint contra diuersa præcepta?*

**V**erbi gratia, furtum est contra legem naturalem, & diuinam, quæritur si superuenerit lex positiua prohibens furtum. An sit grauioris, & deterioris malitiæ, eò qd sit contra diuersa præcepta. Nota ad pleniorẽ explicationem huius art. quæ sequuntur. Præcepta, nisi de actibus virtutum moralium, vel theologiarum, non dantur. Et probatur; quia præcepta affirmatiua dantur de actibus positiuis virtutum, vt restitues alienum, est præceptum affirmans, de actu iustitiæ. Præceptis verò negatiuis prohibentur vitia virtutibus contraria; vt non furtum facies, est præceptum negans de iniustitia cauenda. Vnus, & idem actus aliquando vna lege, siue præcepto, aliquando pluribus ad vnam, & eandem virtutem spectantibus præcipitur, aut prohibetur. Illustro rem exemplo. V.g. non furtum facies prohibetur lege naturali, & diuina, & positiua, ad eandem virtutem iustitiæ spectantibus. Itẽ non adulterabis duplici lege diuina prohibetur, quarum prior pertinet ad virtutem temperantiæ, vt non fornicaberis; posterior verò spectat ad iustitiam, scilicet, non accedes ad alienam. Fit enim eius coniugi iniuria. Præcepta, quæ dantur de actu eiusdem virtutis, vel dantur de eodem actu numero, vel de diuersis actibus numero distinctis; eiusdem tamen speciei. Patet de eodem actu, vt ieiunium quadragesimale præcipitur ab ecclesia, & fratribus minoribus in sua regula, vbi dicitur. Sed aliam, scilicet, quadragesimam, vsquẽ ad resurrectionem domini ieiunent. De diuersis autem actibus; vt si contingat vno, & eodem die esse ieiunandum. Tum quia est vigilia alicuius sancti. Tũ etiam, quia est ieiunium quatuor temporũ, sunt tunc duo præcepta de duobus ieiunijs numero

1. Nota.

2. Nota.

3. Nota.



3. Nota.

numero distinctis, accidit autem, ut eodem die occurrerent. Inter leges superuenientes circa eandem materiam, quedam transferunt materiam prioris legis ad aliam virtutem; ut si quis voueat continentiam, lex voti superueniens transfert fornicationem ad materiam religionis. Fornicatio enim, que ante votum erat contra virtutem temperantiæ, post votum est contra virtutem religionis, quæ est peculiaris virtus, inclinans ad colendum Deum, quatenus est supremus Dominus, cui debetur latriæ adoratio, voti redditio, &c. Quædam verò non transferunt materiam ad aliam virtutem. Exempli gratia, ut lex, siue præceptum decalogi de non furando, non transfuit materiam furti ad aliam virtutem, quam ad illam, quæ erat in lege naturali, scilicet, materia, siue virtus iustitiæ. Distinguntur autem leges istæ adinvicem; quòd primæ mutant transgressionis speciem, & inducunt nouam obligationem; secundæ verò neutrum horum faciunt.

## C O N C L U S I O.

Quando lex superueniens transfert materiam legis præ-existentis ad aliam virtutem, tunc species peccati mutatur; species, inquam, quantum ad nouam malitiam mutatur; ut si iustitia, quæ est materia non furandi à prælato virtute obedientiæ præcipiatur, tunc furtum erit alterius speciei. Quia non solum erit contra iustitiam; verum etiam contra virtutem religionis. Quæ quidem virtus inclinatur ad obediendum prælatis, eò quòd gerunt personam supremi Domini, nempe, Dei, & ex consequenti hæc circumstantia erit in confessione exprimens. Et ratio ex notabilibus positis est; quia præcepta solum dantur de actibus virtutum; & cum in casu huius conclusionis actus nouæ virtutis præcipiatur, & materia prioris legis in nouam virtutem transferatur, noua oritur obligatio; & ex consequenti, cum peccatum ratione legis superuenientis sit contra aliam virtutem, erit peccatū à præcedenti peccato specie distinctum.

Append. 1.

Hinc, si lex superueniens non transfert materiam legis præcedentis in aliam virtutem; neque species mutabitur, neque noua obligatio inducetur. Et ratio est: quia si non præcipitur noua virtus, non erit nouum præceptum.

Præcisa

Præcisa enim ratio mutationis speciei est, quando nouus actus alterius virtutis præcipitur.

Hinc, homicidium, quod sub excommunicationis sententia prohibetur, est alterius speciei ab alijs commissis, seclufa excommunicatione. Et ratio est; quia homicidium ante excommunicationem erat peccatū folius iniustitiæ: post excommunicationem verò est sacrilegium contra obedientiam ecclesiæ, & opponitur virtuti religionis, quæ inclinat (vt modò diximus) ad colendū Deū, & eius ministros, aliquid præcipientes. Nam qui vos audit, me audit, &c. Et idem est iudicium de alijs sub excommunicationis sententia prohibitis, vel præceptis.

Hinc, fornicatio post votum est alterius speciei. Quia est sacrilegium.

Hinc, sententia theologorū, qua dicitur, illas circumstantias esse necessario cōsitendas, quæ mutant peccati speciem, est intelligenda, quando mutant speciem vitij. Quod fit duobus cōcurrētibus. Quorū primū est, q̄ imponatur nouum præceptum. Secundum est, q̄ tale præceptum trāsferat materiam prioris legis, ad aliam virtutem; ita quòd peccatū sit vitium alterius speciei: vt patet in exemplis modò positis. Nec satis est prohibitio eiusdem peccati, si peccatum in aliud genus vitij non trāsferatur.

Hinc homicidium, furtum, & cætera peccata contra secundam tabulam, non sunt grauiora post legē diuinam scripturam, quam antea in lege naturali. Et ratio est; quia lex diuina non trāsfulit materiam præceptorū naturalium ad aliam virtutem; & ex consequenti non induxit nouā obligationē.

Hinc, femina ad monachum accedēs, nō grauius peccat, quam ad simplicē sacerdotem accedendo. Et ratio est; quia vtrobiq; committitur sacrilegium contra solemne votū continentiæ. Et vtrumquē peccatum est eiusdem speciei; quoniam est contra eandem virtutem religionis.

Hinc, si quis supra votum solēne continentiæ addat simplex de eadem, vel in alia religione iterum solemniter cōtinentiam voueat, & si de nouo se obligare intendat, non manebit absq; dubio noua obligatione ligatus. Quoniam secundum votum solū est confirmatio prioris. Nō enim secūdo voto.

Append. 2.

Luc. cap. 10.

Appen. 3.

Appen. 4.

Append. 5.

Append. 6.

Append. 7.

Nauar.  
Caiet.  
Cordoua.  
Soto.  
Append. 8.

voto promittitur nouus actus virtutis; & ita nõ inducitur noua obligatio. Et hoc sentire videntur Nauarro in additione ad cap. 6. sue summe. Et Caiet. 2. 2. q. 186. art. 9. & Cordoua. q. 3. Hispano sermone. Contrariam tamen sententiam defendit Soto de iustitia, & iure, lib. 8. q. 2. art. 5. in solut. ad. 5. principale, & in. 4. sent. distinct. 18. q. 2. art. 4. conclusione. 7.

Hinc, tandem colligitur, vnum actum peccati posse esse sub diuersis speciebus vitiorum, si pluribus preceptis ad diuersas virtutes spectantibus prohibeatur. Vt si aliquis conjugatus accedat ad monialem, tunc ille actus erit intemperantie; quia fornicatio. Erit, & iniustitie; quia adulterium. Erit, & sacrilegij peccatum; quia cum consecrata ad Dei cultum, &c.

Alex. Alen.

in. 2. p. q. 96.

m. 2. art. 3.

Q. 4. Q. in

4. p. q. 18. m.

4. art. 2. §. 9.

Q. art. 3. per

totum.

S. Tho. 1. 2. q.

18. art. 3. 10

Q. 11. Q. q.

72. ar. 9. alij

d. 17. 4. lib.

lege etiã. 23.

q. 8. c. occidit

Q. de pœn.

d. 5. can. con-

sideret.

1. Animad.

Alex. Alen.

art. 2. §. 9.

Artic. V. *Vtrum per quamcumq; circumstantiam peccata specie differant?*

**D**E hoc articulo multa in floribus. 4. lib. in q. de confessione art. 4. diffic. 5. 6. & 7. Sed; vt plenam, & perfectam de circumstantijs peccatorum cognitionem habere possis, animaduerte, que sequuntur. Circumstantia respectu humani actus est, vel ut accidens respectu subiecti in naturalibus. Vnde dicitur circumstantia esse eadem, quod extra substantiam actus. V. g. substantia eleemosynę est pecunię largitio, circumstantia superueniens huic largitioni est persona, nempe, vt detur egeno, & non diuiti, & sanctiori, si indigentia fuerit æqualis, & tempore, & loco, & fine debito. Hęc enim omnia sunt accidentia eleemosynę, sicut quatuor qualitates sunt accidentia substantiæ; sed de eleemosynę circumstantijs lege flores. 4. in tractatu de eleemosyna.

Hinc, circumstantia poterit describi. Accidens cõueniens actui libero, vt sit perfectus, studiosus, & laudabilis. Circumstantiæ sunt septem, quæ hoc versu continentur. *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.* Has enumerant Alex. Alen. S. Thom. 1. 2. q. 7. art. 3. ex Aristot. 3. Ethic. cap. 1. ex Cicerone in sua rethorica. *Quis, nempe, vt sit agens liberum.*

Hinc,

Hinc, non vtens ratione, vt ebrius, furiosus, dormiens; fe- Append. 2.  
bricitans, non dicetur studiose, vel vitiose agere. Quid, spe- 2.  
ctat ad obiectum materiale, nempe, vt res volita sit licita, &  
non prohibita.

Hinc, elemosyna ex alieno est mala. Quoniam obiectum Append. 3.  
scilicet, pecunia aliena respectu elemosynæ est rationi di- 3.  
scōnueniens, & prohibita. Vbi pertinet ad circumstantiam  
loci, vnde celebrare extra ecclesiã sine facultate superioris;  
propter defectum huius circumstantiæ, erit malum, vel quan-  
do locus ratione alicuius actionis interdicitur. Quibus auxi- 4.  
lijs. Vnde si quis virtute alicuius superstitionis conetur habe-  
re sanitatem, aut inuenire rem perditam per iudicarium, aut  
scire rem occultam per incatorem, aut soluere maleficium  
conjugum per dæmonis ministerium, aut appetere dignita-  
tem, aut officia ecclesiastica, vel prælationem per ambitio-  
nem, vel simoniam, est opus malum. Cur. Est circumstantia  
finis.

Hinc, iudex ex vindicta latronem suspēdens, peccat; quo- Append. 4.  
niam finis est malus. Quomodo, id est, diligenter, aut negli- 4.  
genter aliquid facere.

Hinc, tepide, & cum tardio persoluens officium diuinum, Append. 5.  
peccat. Quādo, spectat ad tempus actioni accommodatum; 5.  
vt ieiunium in .6. feria, & non in die dominico fieri debet. 7.

Actus moralis sumit virtutis, vel vitij speciem ab obiecto 3. Animad.  
formali, & materiali. Dicitur autem in præsentia obiectum  
materiale res ipsa à parte rei volita; vt pecunia aliena est ob-  
iectum furti; propria verò obiectum elemosynæ. Cibum in  
mediocritate consistens obiectum temperantiæ. Et obiectum  
formale est finis, gratia cuius aliquid fit, id est, ratio præcisa,  
quæ mouet voluntatem ad operandum; vt appetitus con-  
gregandi diuitias est finis mouens vsurarium ad fœnus exer-  
cendum.

Hinc, si quis furetur, vt habeat, vnde meretrici stipēdium  
soluat, actus iste ex parte obiecti materialis erit sub specie in-  
iustitiæ; ex parte autem obiecti formalis sub specie intem-  
perantiæ continebitur.

Circumstantiarum quædam sunt puræ, & propriæ, quæ  
II. Part. T quidem

quidem nunquam mutant speciem, augent tamen, vel minuunt malitiam ipsorum actuum intra eandem speciem; vt furtum paruum, & magnum. Vtrumque enim est sub specie eiusdem iniustitiæ. Et delectatio intensa, & remissa est sub eadem specie libidinis; sicut albedo intensa, & remissa sunt eiusdem speciei calor.

**Append. 5.**

Hinc, circumstantiæ puræ, cum non mutant speciem; sed sint semper circa eandem speciem, erunt veluti accidentia actus. Aliæ circumstantiæ sunt non puræ, eò q̄ aliquando mutant speciem, aliquando verò non; sed intra eandem speciem auget, vel minuunt actus malitiam; vt circumstantia loci, aliquando intra eandem speciem auget actus malitiam. Nam iniuria, quæ fit alicui priuato coram iudice sedente pro tribunali, est grauior illa, quæ fit in loco priuato, & vtraque est eiusdem speciei, quoniam est contra iustitiam. Si autem fiat in loco sacro, vt si quis in ecclesia aliquem percutiat, tunc mutatur species actus; quoniam est sacrilegium. Et tunc temporis non est circumstantia, sed potius substantia actus: propterea quod est peccatum contra virtutem in religionis. Quærenti autem, quando circumstantia mutet speciem? respondebis.

*S. Tho. 1. 2. q.*

*18. art. 5. 10*

*Et. 11. q. 1.*

Quandocumq; habet rationem peculiaris obiecti. Percontati rursus, quando habet rationem peculiaris obiecti? dices. Quando transfert actum ad aliam virtutis, aut vitij, speciem; vt circumstantia loci sacri, aut personæ Deo per votum consecratæ, transfert actum ad speciem religionis; vt si quis fornicetur in loco sacro, aut cū persona Deo consecrata. Ipsa constituitur, lege modo diffie. flor. 4. lib. in principio art. citatas.

**D V B.** *Tenebitur ne confessarius scire omnes species vitiorum, & virtutum: vt possit species omnium peccatorum distinguere?*

**R**espondeo. Satis erit, si sciat omnia genera vitiorum, quamuis ignoreret species. v. g. satis erit, sciat, quæ peccata sint contra naturam; vt est pollutio extra vas, quæuis nesciat



nesciat esse peccatum mollitiæ, quæ est species contenta sub peccatis cõtra naturam. Eritquæ etiam satis, eum scire aliàs circumstantias cõmunes, vt loci sacri, voti, incestus, &c. Alioquin, si teneretur scire omnes species specialissimas omnium vitiorum, deberet philosophiam moralem omninò scire.

Quest. III. De comparatione peccatorũ ad inuicẽ.

Hæc. q. explicatis nonnullis difficultatibus, absoluetur, in qua de peccato, vt est malum morale præcipuè disputatur.

Prima diffi. Vtrũ omnia vitia sint connexa?

MULTI ex sanctis Patribus dixerũt vniuersa vitia esse inter se connexa, præsertim D. Gregor.

CONCLUSIO I.

Impossibile est omnia peccata, & vitia esse actualiter, vel habitualiter, cõnexa. Et ratio est; quia impossibile est cõtraria esse cõnexa, & simul eidẽ subiecto habitualiter, vel actualiter in esse (mutuò enim se expellũt) sed pleraq; vitia sunt contraria ad inuicem (extrema enim virtuũ moralium sunt vitia contraria, vt prodigalitas, & auaritia respectu liberalitatis) ergo hæc non poterunt simul inesse, &c. Quare impossibile est, &c. Hinc, non oportet; vt qui habet vnum peccatum, ex necessitate habeat omnia peccata.

CONCLUSIO II.

Connexione actuali aliqua vitia sunt cõnexa. Et ratio est; quia quãdo aliquis transgreditur per vnum actũ diuersa præcepta diuersarum virtutum, peccata actualiter colligantur, & connectuntur. Patet in adultero, qui peccat contra castitatem, & contra iustitiam, & in religioso, qui fornicando peccat contra castitatem, & contra votum.

CONCLUSIO III.

Dispositiuè omnia peccata sunt connexa, id est, vna est dispositio, & radix, vnde omnia vitia generantur, nempe, superbia. Initium enim omnis peccati superbia. Et quando ex vno peccato trahitur alterum; vt ex ebrietate nascitur impu-

Alex. Alen. 3. p. q. 57. m.

3. m. 1. 1. p. S. Tho. 1. 2.

q. 73. S. Tho. vbi. 5.

art. 1. D. Greg. 3. r.

moral. c. 3. 1.

Arist. 2. 2. 6.

5. Eth. c. 7.

Append.

Eccl. 10.

dicitia, & ex superbia inuidia, & ex septem vitijs capitalibus innumerosa proles peccatorum generatur. Et in hoc sensu B. Gregor. & alij patres asseruerunt peccata esse connexa. Vel possunt dici connexa quò ad remissionem: quia vnum peccatum mortale sine alio non remittitur. Impium enim est à Deo dimidiam sperare veniam.

*Alex. Alex.*

*Alex. Alex.*

*q. III. m. 4.*

*& in. 3. p. 2.*

*vbi. s.*

*s. Tho. vbi s.*

*art. 2.*

*Duran. q. 2.*

*dist. 42.*

*Castro verbo*

*peccat.*

*Heresi. 8.*

*Heresi.*

*Deut. 25.*

*Ioan. 19.*

*Lege can. quæ*

*admodum &*

*quatuor c. se*

*quent. 32. q.*

*7.*

*Secunda diffic. Vtrum peccata omnia sint paria?*

**S**ensus est. Vtrum sint æqualis malitiæ offensæ, & de meriti? Hic bellum est nobis cum Stoicis, & Cicerone in lib. de paradoxis, & Iouiniano hæretico, qui dixerunt omnia peccata esse paria.

**C O N C L U S I O I.**

Omnia peccata non sunt paria. Hæc conclusio est de fide. Et colligitur ex varijs sacre scripturæ locis, ex quibus vnum, atque alterum tibi proponam. Legitur enim Deuteronom. 25. pro mensura peccati erit, & plagarum modus; quare cum peccata non sint eiusdem mensuræ, non erunt planè æqualia; Et veritas ipsa Christus Iesus dixit Pilato. Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet; ergo si maius fuit peccatum Iudæorum, peccatum Pilati non fuit peccato Iudæorum æquale. Et ratione confirmatur, quia grauius est conuitium illatum imperatori, quàm duci, & duci, quàm militi ratione personarum. Hinc, confutata manet hæresis Iouiniani.

**C O N C L U S I O II.**

Quatenus auersio opponitur gratiæ contradictoriè, & priuatiuè, hoc modo peccata sunt paria. Et ratio est; quia hoc modo auersio est non amicitia, quæ est pura negotio gratiæ. Quæ quidem non recipit magis, & minus. Minimum enim mortale ita reddit hominem non amicum Deo, sicut maximum.

*Tertia diffic. Vtrum grauitas peccatorum ex diuersitate obiectorum varietur?* *S. Tho. 2. bi. s. art. 3.*

**A**D intelligentiam huius articuli sunt aliqua præmittenda. Mensura perfectionis nostrarum operationum est lumē rationis. Vnde quantō humana actio fuerit minus commensurabilis rationi, id est, minus æqualis, tantō erit deterior. Quemadmodum ægritudo corporalis eō est deterior, quō quatuor humores fuerint in minori æqualitate. Dices. Quando aliquod peccatum erit magis contra rationem? Respondeo. Quō peccatum aliquod est contra altiore, & perfectiorem mem. & obiectum, eō est magis contra lumē rationis. Magis si quidem rationi aduersatur odium in Deū, quā in aliquam creaturam. Patet à simili in ægritudinibus corporis: nam vt illa est deterior, quæ est contra principalius membrum, vt contra caput, cor, latus: propterea quōd facilius aufert vitam, & arguit maiorem humorum inæqualitatem: ita illud peccatum est magis contra rationem, quod est contra præstantiorem finem, vel obiectum.

1. Nota.

Dub.

2. Nota.

### CONCLUSIO I.

Grauitas peccatorum secundum varietatem obiectorum variatur. Et ratio est; quia illud peccatum est grauius, quod magis aduersatur rationi, vt cōstat ex primo notabili; magis autem aduersatur rationi, & est contra illam, quod est cōtra excellentius obiectum, vt blasphemia in Deum est deterior, quā in regem; quoniam Deus excellentius obiectum est, quā creatura. Quare ex diuersitate obiectorum grauitas peccatorum variabitur.

Hinc, inter peccata, quæ sunt contra Deum, primum sibi vendicant locum; quia est principium vitæ nostræ, & finis vltimus. Quæ verō contra proximum sunt; vt homicidium secundo succedunt loco; quia vita hominis est finis istarum rerum. Omnia enim ad vitam hominis ordinantur. Deinde sequitur fornicatio, qua homo in corpus suum peccat. Et tandem furtum, quod circa res alienas versatur.

Append. 1.

## CONCLUSIO II.

Nonnunquam peccatum minus graue ratione obiecti est grauius alio ratione nocuenti, siue alicuius circumstantiæ. v.g. furatur aliquis mille aureos ex particulari homine: alius verò ex loco sacro cassulam valentem duodecim ducatos, ex parte nocuenti deterius primus, quam secundus, peccat. Similiter deterius peccaret ratione nocuenti occidens regem, quam interficiens sacerdotem, vel blasphemus. Et probatur ex primo notabili; quia mensura humanarum actionum est recta ratio, & hæc dicitur peccata ratione maximi nocuenti esse grauiora alijs, quamuis illa alijs sint grauiora ex obiecto, aut ex genere, quod idem est.

Appen. 2.

Hinc, in grauitate peccatorum semper ponenda sunt cætera paria. Contra conclusionem istam arbitrantur aliqui Thomistæ blasphemiam à tota specie esse deteriorem; quia obiectum blasphemix præstat vitæ regis, & nullam esse circumstantiam, quantumcumque pessimam, quæ possit adæquare grauitatem obiecti.

Alex. Alen.

3.p.q. 57.m.

3.

S.Tho. vbi s.

art. 4.

Nota. 1.

*Quarta difficul. Vtrum grauitas peccatorum per comparisonem ad virtutes quibus opponuntur, consideranda sit?*

**O**ppositio inter virtutem, & vitium est duplex. Vna est directa, quando, scilicet, virtus, & vitium sunt circa idem subiectum, & mutuo ab illo se expellunt; quia sunt incompensabilia, vt iustitia, & iniustitia respectu rei alienæ, quæ est materia vtriusque extremo communis. Qui enim reddit alienum domino, seruat iustitiam, & qui aufert illud ab inuito domino, committit iniustitiam; & de aliarum virtutum oppositionibus similiter est censendum. Altera oppositio est indirecta, quando, scilicet, virtus, & vitium non sunt circa idem subiectum; sunt tamen contraria ex parte effectus; quoniam imperant contrarios effectus. Quod quidem modo omnia vitia opponuntur indirecte charitati. Iniustitia enim inclinat ad auferendum alienum, charitas verò contrarium imperat.

Quando

Quando virtus, & vitium directè opponuntur, sumunt bonitatis, & malitiæ gradualè speciem ab ipso met obiecto, circa quod opponuntur, ita q̄ quātō obiectū, siue res, circa quā operari cōtingerit, fuerit excellentior, tātō virtus excellentior, & vitium deterius iudicabitur. V.g. præstantior est reuerentia, & honor Deo, quàm regi exhibitus, quia obiectū est dignius, & ex consequēti conuiuium in Deum erit deterius, quàm in regem. Et ratio est, quia virtus est operatio secūdam rectam rationem, & vitium contra rationem; ergo quō obiectum est excellentius, eō operatio recta circa ipsum est magis rationi consona, & melior; & opposita operatio magis rationi dissona, disconueniens, & deterior.

## CONCLUSIO I.

Quando vitium directè alicui virtuti opponitur, eius grauitas per comparationem ad virtutem oppositam dignoscetur; ita vt saltem ex parte obiecti tantō vitium sit grauius, quātō virtus opposita fuerit præstantior. Hæc conclusio est Aristot. 8. Ethicor. dicentis, p̄ssimum opponi optimo. Et cū in moralibus optimum sit maxima virtus, p̄ssimū erit maximum peccatum; vnde maxima virtus opponetur maximo vitio, & erit mensura cognoscendi oppositi vitij grauitatem. Opposita enim iuxta se posita, magis elucescunt. Et ex secundo notabili constat veritas conclusionis. Et quia rectum est iudex sui, & obliqui, & virtus quid rectum, & peccatum obliquum est.

## CONCLUSIO II.

Quando vitium nō opponitur directè virtuti; sed indirectè, tunc grauitas peccati, per comparationem ad virtutem indirectè oppositam, non est consideranda. Et ratio est; quia tunc omnia peccata essent æqualia. Siquidem omnia indirectè opponuntur charitati, & non ob aliud; nisi quia charitas omnium virtutum actus imperat.

## CONCLUSIO III.

Peccata aliquādo sunt sibi inuicē secūdū quid grauiora, & minus grauia. Et ratio est; quia alia sunt alijs grauiora: propterea q̄ præstantiori virtuti opponuntur: sunt, & minus graua ratione alicuius circumstantiæ.



Append.

Hinc, odium contra amicum, ex parte virtutis oppositæ, scilicet, amicitia, est deterius odio aduersus inimicum; quia illud opponitur amicitia, quæ est virtus specialis; hoc autem opponitur amicitia generali, aut iustitia generali tantum. Ex parte autem alicuius circumstantia erit odium inimici deterius, vt si ex illo graue dispendium publicum sequeretur, veluti si propter inimici occisionem aliqua res publica periret. Et de similibus simile esto iudicium. Peccata enim quadoq; & aggrauantur circumstantijs, & alleuiantur: vt habetur. 40. dist. can. homo. &. 50. dist. quia tua. & de pœniten. dist. 5. §. 1. in principio, & 15. q. 1. can. inebriauerunt.

*Alex. Alen. Quinta diffie. Vtrum peccata carnalia sint spiri-*  
*9. 154. m. 6. tualibus deteriora?*

7. &amp; 8.

*S. Tho. vbi s̄.**art. 5.*

2. Cor. 7.

*D. Greg. lib.**moral. c. 3.**peccatorum di-**uisio.*

**D**iuisio peccatorum in carnalia, & spiritualia colligitur ex D. Paul. vbi inquit. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus. Lege D. Gregor. qui docet ex. 7. vitijs capitalibus duo tantum esse carnalia; reliqua vero spiritualia. Sunt autem carnalia luxuria, & gula; quia istorum duorum delectatio est tantum in carne; delectatio vero ceterorum est tantum in voluntate. Et ideo dicuntur spiritualia, quamuis omnium peccatorum, tam carnalium, quam spiritualium consensus sit in voluntate.

## CONCLUSIO:

Quamuis peccata carnalia sint, ceteris paribus, leuioris culpa, quam spiritualia; sunt tamen maioris infamia. Conclusio est D. Gregor. vbi supra. Et probatur prima pars, nempe, quod sint leuioris culpa. Primo ex parte subiecti; quia spiritualia deturbant spiritum, in quo subijciuntur, qui est prestantior corpore, in quo carnalia sunt subiecta. Secundo ex parte obiecti, id est, materia; quoniam spiritualia sunt immediatè contra dilectionem Dei, & proximi; carnalia vero contra corpus nostrum sunt. Dicente B. Paul. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Et tertio; quia proficiscuntur ex maiori occasione, & motiuo peccandi.

1. Cor. 6.

Sug-

Suggestio enim carnis, cum sit hostis domesticus animæ, acrius opprimit spiritum, quàm cuiuscunquè inimici, mundi, scilicet, & diaboli suggestio. Notanter dicitur, cæteris paribus: quia ratione al' cuius circumstantiæ multa peccata carnalia sunt quibusdam spiritualibus multò deteriora. Adulterium enim ratione iniustitiæ est furto deterius, & peccatū nefandum deterius est blasphemia. Quoniam est contra naturam. Ratio secundæ partis, nempè, quòd sint maioris infamiæ, est; quia sunt nobis cum brutis communia, & aciem intellectus extenuant. Animaduerte in hoc artic. opinionem S. Thom. Affirmat enim auersionem habere magis rationē culpæ, quàm conuersionem.

*Sexta diffc. Vtrum peccatorum grauitas ex parte cause consideranda sit?*

Alex. Alen.  
& S. Thom.  
vbi. s.

**P**eccati causa, vel est efficiens, vt voluntas mala, prout testatur per methaphoram veritas Matthæi. 7. Non potest arbor mala bonos fructos facere: vel est finalis, vt motiua, siue obiectum, quod est idem.

Matth. 7.

#### CONCLUSIO I.

Quantò causa efficiens fuerit maior, ac peior, tantò peccatum erit deterius, & grauius. Et ratio est; quia quantò voluntas fuerit deterior, per maiorem affectum, & desiderium peccandi, quæ est causa efficiens peccati, tantò peccatum erit intensius, & vehementius. Et quantò intensius, tantò deterius. Peccatum enim ideò malum, quia voluntarium, quere quò plus habebit voluntatis, eò erit grauius, vt febris cuius causa est cholera, eò erit maior, quò fuerit cholera abundantior.

#### CONCLUSIO II.

Quantò finis malicia fuerit maior, tantò peccatum erit grauius. Et ratio est; quia, vt sæpe diximus, peccatum sumit speciem à fine operantis, vel operi; & cum res, cuius finis malus est, teste Arist. sit mala, quantò finis erit deterior, tantò erit peccatum grauius.

Arist.

Append. 1.

Hinc, furtum cuius finis operis est iniustitia, erit grauius, quàm ambitio honoris, cuius finis est amor sui, & inanis gloria, quæ ad intemperantiam pertinent.

CONCLUSIO III.

II. q. 1. §. 1.  
 & cap. seq.  
 vsq; c. mulier.

Quando ignorantia est peccati causa, quantò fuerit maior, tanto peccatum erit leuius. Et ratio est; quia cùm ignorantia minuat volūtarium, quoniam si sciret, non peccaret, minuet etiam malitiam peccati, & ex consequenti peccatum erit leuius. Ideò enim est peccatum; quia voluntarium; ergo quò minus erit voluntatis in peccato, minus erit malitiæ. Quæ enim ex ignorantia cõmittuntur, faciliè dimittuntur. 25. dist. cap. vnum orarium. §. criminis.

Append. 2.

In florib. 4. q.  
 de cõfess. art.  
 4. diffi. 4.

Hinc, circumstantia finis, quæ mutat speciem peccati, & quæ notabiliter eius malitiam minuit, erit in confessione exprimenda. De circumstantia autem intentionis est grãdis difficultas: sed vno verbo, si intentio fuerit tanta, quæ possit verbis exprimi, vt si quis adeò concubinam diligit, vt paratus sit potius inferni pœnas subire, quàm illam relinquere, in tali casu erit intentio confitenda.

Alex. & S.  
 Tho. vbi. §.  
 art. 7. ad. 2.

Septima diffi. Virum maiori cū cõcupiscētia peccās, grauius peccet?

Cõcupiscētia duobus modis sumitur. Primo pro inclinatione potētix sensitix in suū obiectū; vt pro inclinatione carnis ad libidinē. Secūdo pro actuali appetitu voluntatis, & pro desiderio patrandi aliquod malum.

CONCLUSIO I.

Cõcupiscētia primo modo minuit peccati malitiam. Et ratio est; quia cadens ex grauiori tētatione, & inclinatione ad peccatū, minus peccat: propterea q̄ habet maiorem peccãdi occasionem. Est enim regula generalis cadentem per grauiorem tētationem, minus peccare. Quia grauis tētatio minuit libertatem, quæ est de ratione peccati.

Append. 1.

Hinc, senes libidinosi grauius peccāt, quàm iuuenes; quia imbecilliores tētationes patiuntur.

Hinc,

Hinc, cholericus minus peccat, appetentes vindictā, quā Appendix. 2.  
pituitosi, siue phlegmatici, propter eandem rationem. Ma-  
iorem enim tentationem patiuntur, & maior est in illis oc-  
casio effervescentiæ sanguinis circa cor.

CONCLUSIO II.

Concupiscentia secundo modo sumpta auget peccati ma-  
litiā. Et ratio est; quia peccatum tantò grauius est, quantò  
cum maiori conatu voluntatis fuerit patratum. Propterea q̄  
est magis voluntarium.

*Octaua diffie. Vtrum grauitas peccatorū ex maio-  
ri nocumento augeatur?*

Alex. Alen.  
S. Tho. vbi 3.  
art. 8.

**D**ifficultas hæc utilis est, sed difficilis. Fiet autem faci-  
lis, si sequentia prænotaueris. Nocumentum, quod  
proximo per peccatum inferitur tripliciter potest con-  
siderari. Nam primò, vel est simul intentum, & præuisum;  
vt si quis sciens, & volens, furetur rem alienam, tunc nocu-  
mentum est præuisum à fure. Intelligit enim damnū, quod  
domino inferitur. Est etiam intentum, non q̄ finis furantis sit  
domino rei nocere; potius nā què suum cōmodum, quā alie-  
nū damnū intendit. Dicitur tamen intentum, quia volitū.  
Habet enim, eò q̄ sua interest nocēdi intentionē. Vel est se-  
cundò præuisum, & non intentum: vt si quis ad flagitium ali-  
quod perpetrandum pergens, transeat per segetes alienas: vt  
citius ad locum destinatum perueniat. Conculcando tunc se-  
getes præuidit damnū, sed nō intēdit illud, vt patet. Vel 3. no-  
cumentū nec est præuisum, nec intētū; vt si quis dās operam  
rei illicitæ, monachus, v. g. laudēs armis, noceret colluſori præ-  
ter intētionē, aut peccans publicè, si suo malo exēplo alios ad  
malum induceret. In ijs euentibus inferitur alteri nocumen-  
tū, neq; præuisum, neq; intentum, hoc est, à peccatore volitū.  
Hoc est inter nocumentum intentum, & non intentum di-  
scrimen, quòd intentum est volitum in se ipſo, vt furtum, ho-  
micidium, &c. non intentum verò, præuisum tamen, non est  
volitum in se: sed in sua causa. Ex hoc enim quòd quis voluit

1. Nota.

2. Nota.

compendiosius, vel citius ad fornicandum ire, ex consequenti voluit alienas segetes conculcare.

Quando fit peccatorum ex parte nocimenti comparatio, debet fieri inter nocimenta bonorum eiusdem ordinis; non autem diuersi. V. g. si fiat comparatio inter bona fortunæ, debet fieri furti ad furtum, & non furti ad nocimentum corporeale. Et probatur; quia ex opposito sequeretur truncationem digiti, pedis, aut leuem brachij percussionem, esse grauius peccatū, quàm expoliare publicū ærarium. Si quidē à tota specie bonum corporeum, in quo fit nocimentū, est præstantioris ordinis, quàm bonū fortunæ. Similiter inducere aliquem ad peccandum venialiter esset grauius peccatum, quàm occidere mille homines. Nam spirituale detrimentum, quantumq; minimū, deterius est quocūq; corporeo nocimento: quare cū hæc omnia sint absurda, debet profectò cōparatio peccatorum penes nocimenta inter mala eiusdem ordinis fieri. Notanter dixi, quando fit comparatio inter nocimenta; quia si peccatorum grauitas penes obiecta cōsideretur, vel penes virtutes, quibus opponuntur, benè potest comparatio penes mala diuersi ordinis fieri; vt si homicidium cum furto ex parte obiecti cōparemus, erit grauius homicidium. Quoniam obiectū, scilicet, vita corporea, est diuicijs præstantius.

#### C O N C L U S I O I.

Quando nocimentum est præuisum, & intentū, tūc tātò peccatū est grauius, quantò nocimentum, à peccante præuisum, fuerit maius. Et ratio est, quia, vt saepe diximus, peccatum sumit malitiam ab obiecto. s. à reuolita, circa quam peccatur, prout est rationi disconueniens. Et cū nocimentum illatum proximo sit obiectum peccati, & sit volitum, erit planè quantitas malitiæ ab ipso obiecto sumenda.

Hinc, inferens nocimentum in bonis animæ, grauius peccat, quā inferens in bonis corporis. Et inferēs in bonis corporis, quā in bonis famæ. Et famæ, quā pecuniæ. Hæc enim quatuor genera bonorū habēt inter se ordinem; vt in floribus. 4. & huius secundi non semel annotauimus. Hæc autem sunt vera, si hinc, inde sint cætera paria, & sint omnia intenta, & præuisa. Nam, qui damnum infert alicui spirituale, quò ad veniale

Append. 1.

Limitatio.



veniale dumtaxat, etiam si illud intendat, non ita grauius, atque ille, qui hominem occidit peccat. Similiter qui in re leui famam alterius denigrat, non ita grauius, sicut qui furatur, magnam pecuniæ quantitatem peccat. Et ratio (vt in tercio notabili diximus) est, quia quando fit comparatio nocu- menti debet inter bona eiusdem ordinis fieri; vel vno verbo, debet fieri inter summum malum vnus ordinis, & summū malum alterius; vel inter æqualia.

CONCLVSIO II.

Nocumentum præuisum; non tamen intentum ex parte peccantis aggrauat peccatum. Patet exemplo conculcantis fegetes; vt compendiosius ad locum fornicationis deueniat. Et ratio est; quia malum alienum fuit volitum, & intentum in sua causa, scilicet, in voluntate vehementi currendi ad peccatum, licet non in se. Et hoc est discrimen inter nocu- mentum intentum; vt in conclusione præcedenti, & non in- tentum, præuisum tamen; vt in præsentī conclusione. Quod illud est volitum in se; hoc autem in sua causa, scilicet, in vo- luntate peccandi velociter. Quam ob rem quanto malum, alienum fuerit grauius; quia fuit indirectè obiectum peccati, tantò peccatum, ex hac parte erit deterius.

CONCLVSIO III.

Quando nocumentum, nequè est intentum, neq; præui- sum, neq; ex natura rei sequitur ex tali peccato, quàmuis ex lege instituta sequatur, in tali casu nocumentum, quantum- cunquè magnum, non aggrauat peccatum. Et ratio est; quia nullo modo, neq; in sua causa fuit volitum. Si quidem tale no- cumentum non sequitur ex natura rei ex tali peccato. Et cō- firmatur, quia peccatum, ideò est malum, & culpabile, quia volūtariū, & nocumētū in præsentī casu, cū nō sit præuisum, non erit voluntariū, & ex consequenti neq; culpabile.

Hinc, peccatum Adæ quàmuis fuerit maioris nocumenti causa, quàm quodcunq; flagitium, postea com missum; non tamē fuit cæteris omnibus peccatis grauius. Propterea quod Adami neq; intendit, neq; preuidit, mala eius posteris secutura, neq; secuta sunt, ex malicia peccati Adæ; sed ex institutio- ne diuina; vt supra in materia de peccato originali diximus.

Immo;

*D. Aug.*

Immo fornicatio simplex est grauior Adæ peccato. Et ratio est; quia fornicatio est intrinsecè mala; eius autem ligni vetiti fuit malus; quia prohibitus; nõ autem prohibitus, quia malus. Vnde D. August. 4. super Gen. dicit, Adam credidisse suum peccatum esse veniale; quæ quidem ignorantia concomitata fuit eius peccatum.

*Appen. 3.*

Hinc, danti operam rei illicitæ nocumentum, præter eius intentionem, & præter naturam rei subsequutum, non erit imputandum ad culpam; bene tamen ad legalem pœnam.

## CONCLUSIO IIII.

*Appen. 4.*

Quãdo nocumentum nec est volitũ, neq; præuisum; sequitur tamẽ ex natura peccati, tunc peccatum ratione nocumẽti augetur. Et ratio est; quia tale nocumentum fuit volitum in sua causa naturali: quæ quidem causa est peccatum.

Hinc, qui publicè habet concubinã, vnde aliqui sumunt occasionem peccãdi, grauius peccat, quã qui occultè est cõcubinarius. Nam cùm id, quod exemplo fit, iure fieri putemus, ex peccatis publicis miseri multi peccandi sumunt occasionem. Diximus de nocumẽto, quod proximo infertur, nunc de illo, quod peccanti prouenit, agendum est.

## CONCLUSIO V.

Quando nocumentum, in quod peccans incidit, neq; est intentũ, neq; præuisum, neq; sequitur ex natura peccati, tũc non aggrauat peccatum. Verbi gratia, si quis ad homicidium patrandum currens, impingens lapidi, pedem frãgat, talis fractio neq; est volita in se, neq; in sua causa. Quoniam cursus non est per se causa fractionis pedis, quemadmodum solet ebrietas esse furis causa. Et ratio est; quia cùm tale nocumẽtum nullo modo sit volitum, neq; erit peccatum, neq; peccati malitiam augebit.

## CONCLUSIO VI.

*Luc. 12.*

Quando nocumentum est præuisum; non tamen intentũ, id est, volitũ, aggrauat peccatũ. Probatur Luc. 12. Dixit enim Christus dominus. Seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

Hinc,

Hinc, fidelis homicida grauius peccat, quàm infidelis homicida: quia fidelis homicida præuidit poenas inferni sibi infligendas, quas infidelis non prænouerat. Append. 5.

*D V B. I. Vtrum omnis, qui dat operam rei illicitæ, si inde homicidium, nec intentum, nec præuisum, sequatur, sit irregularis?*

**H**Oc dubium circa tertiam conclusionem hoc loco à doctoribus tractatur. Et est communis sententia Theologorum, & canonistarum in c. dilectus, & in c. continentur, & in c. ex literis. 2. de homicidio voluntario, quos sequitur Syluester, verbo homicidium. 2. §. 2. Fuit etiam hæc sententia D. Tho. in art. proximè citato, & Caiet. 2. 2. q. 68. art. 8. & Conradi, & aliorum. Nō defuerunt tamen ex Thomistis, qui oppositum defenderent, affirmantes nō omnem, qui dat operam rei illicitæ, cōtrahere irregularitatem, quàmuis inde homicidium sequatur. Quoniam requiritur, inquit: ut tale homicidium sit volūtarium. Lege glossam in c. sicut dignū, de homicidio. §. vltimo vbi breui compendio materiam irregularitatis absoluit. Lege etiam in floribus. 4. lib. de sacramento ordinis art. 4. de suscipientibus ordinis sacramentum, difficultate. 2. vbi abundè huic dubio satisfacimus.

*D V B. II. Vtrum conclusio secunda huius difficultatis sit vera?*

**R**atio dubitandi est multiplex. Nā inde sequatur mulier ornātē se, quæ præuidet se alijs futurā peccati occasionē, peccare mortaliter. Similiter, & canētē ad organa, & præudentē mulieres illū audientes eius amore captas fore. Perinde, & cōducētes domos meretricibus, & rēdētes lupanaria, & aliās huiusmodi res faciētes, peccare mortaliter. Huius dubij solutio est cōfessarijs, & poenitentibus scitu dignissima, & perneccessaria. Sed prius sunt aliqua animadu.

Effectus

Alex. Alex.

4. q. 1. ar.

2.

S. Tho. vbi S.

ad. 1. q. 9.

20. art. 5.

1. *Animad.*

Effectus malus tribus modis ex aliqua actione potest oriri. Primo per se, hoc est, ex natura rei, & in bona consequentia v.g. ex ædificatione synagoga Iudæorum sequitur per se, ibi blasphemandum esse Christum, dominum, ex venditione fuci meretricibus notis facta sequitur per se, illam fucum abufuram. Secundo non sequitur per se, & ex natura rei ex aliqua actione bona, sed per accidens, & est præuisus ab operante: non tamen intentus: vt si mulier nupta ornet se, non animo prouocandi alios ad libidinem; sed vt viro suo placeat: bene tamen conscia est, alios prouocandos esse ad sui amorem. Tertio oritur effectus malus ex aliqua actione bona per accidens, præuisus quidem, & intentus ab operante: vt qui canit organo, animo alliciendi sibi aliquam mulierem.

2. *Anim.*

Actio, ex qua malus euentus habet ortum, aliquando est licita, hoc est, nullo modo prohibita, simulquæ est expediens, id est, utilitati publicæ, vel priuatæ conueniens. Aliquando verò est licita, non tamen expediens: vt quòd mulier nõ nupta ornet seipsam. Ijs animaduersis, perpende sequentes propositiones, quibus, veluti regulis, erit ad multos casus soluedos vtendum.

*Prima Propositio.*

Quando ex aliqua actione sequitur ex natura rei aliquis effectus malus, quàmuis solum modò sit præuisus: non tamẽ intentus, talis actio est peccatum. Et ratio est: quia talis effectus est tunc volitus, & intentus in sua causa.

Append. 1.

Hinc, artifex ædificans officinam vsurarum, aut eam locans, & vendens fucum meretrici, & afferens epistolam ad amasiũ, &c. ex quibus actionibus peccatum mortale ex natura rei sequitur, peccat mortaliter. Propter rationẽ dictã.

Append. 2.

Hinc, ancilla aperiens ianuam; vt ingrediatür amasius, aut illum dirigens ad domum meretricis, peccat mortaliter. Quoniam sequitur ex tali actione malus euentus, &c. Et confirmatur. 1. ad Cor. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, &c. Et loquitur de carnibus immolatis idolis, ex quarum esu imbecilles Christiani scandalizabantur, quibus aliàs vesci erat licitum.

1. *Cor. 8.*

Secunda

*Secunda Propositio.*

Quando ex aliqua actione licita, & expediēti, hoc est, nō prohibita, & vtili, sequitur malus euentus, non ex natura rei; sed ex alterius malitia, tunc si nocumentum non fuerit ab operante intentum, quāuis fuerit præcognitum, talis actio non erit peccatum. Et ratio est; quia tunc talis euentus nec in se, nec in sua causa fuit volitus.

Hinc, ædificans lupanaria, vbi recipiantur meretrices, nō peccat, quāuis ibi exercendam esse libidinem præuideat. Et ratio est; quia talis effectus est per accidens; effectus verò per se intentus, aut intendendus est purgare rem publicam meretricibus, ne illarum malum exemplum sit honestis foeminis peccandi occasio. Quòd si effectus intentus esset solum, vt ibi libido exerceretur, proculdubio ædificare lupanaria esset peccatum.

Hinc, si mulier nupta sit conscia lapsus aliorum, non peccat, si se ipsam, vt placeat tantum viro suo, ornat. Ratio est; quia dat operam rei licitæ, & expediēti, ne eius vir aliarum amore capiatur.

Hinc, cantans ad organa, & conscius pronocandam esse mulierem, non peccat. Et ratio est; quia illud non intendit, & rei licitæ, & expediēti vacat.

*Tertia Propositio.*

Quando ex actione aliàs licita, nō tamen expediēti, per accidens sequitur malus euentus ex alterius tertij malitia, talis actio erit peccatum. v.g. licitum est mulieri linire faciem fuco, & hoc bono animo, ne turpis esse videatur; quia habet animum nubendi. Si tamen est benè conscia se ab aliquo adolescente, qui illam miserè amat, esse concupiscendam, ornādo faciem, mortaliter peccat. Probatum ex B. Paulo. Si esca scandalizat, &c. Ex quo loco hæc tertia propositio apertissimè colligitur. Et confirmatur ratione; quia ordine charitatis tenetur homo scandalum præuisum in proximum vitare, & bonum spirituale alterius bono temporali, aut corporali proprio, præferre.

Append. 4.

Appen. 4.

Append. 5.

1. Cor. 8.

II. Part.

V.

Hinc,



Append. 6.

Hinc, tenebitur talis mulier non apparere publicè ornata, sed occultare faciem, si probabiliter credit futurum esse hoc alicui infirmitas scandalum. Et in tali casu excusabitur à præcepto audiendi missam.

*Quarta Propositio.*

Quando euentus malus est præuisus, & intentus, hæc dubiè actio, ex qua talis euentus emanat, erit mala. Hæc propositio nulla indiget probatione.

Append. 7.

Hinc, præbens furioso gladium, & intendens malum euentum, peccat. De similibus simile esto iudicium.

*D V B. III. Circa quintam conclusionem. An sit vera.*

**E**T Ratio dubitandi est; quia nocumentum corporale, etius peccans est dominus; ut fama, in aliquo casu, vel bonorum fortunæ, non aggrauat peccatum.

*CONCLUSIO.*

Si nocumentum sit spirituale, aut corporeum, aggrauatur ratione nocumenti peccatum. Et ratio est; quia cum bonorum spiritualium homo non sit dominus, tenetur in his nocumentum futurum, si illud præuiderit, vitare.

Append.

Hinc, si peccando constituitur aliquis in periculo maioris peccati, aut in periculo mortis corporalis, mutilationis membrorum, ex ijs nocumentis aggrauatur peccatum; ut si quis ingrediatur ad non suam cum periculo mortis. Et ratio est; quia ex ordine charitatis tenemur magis diligere vitam corpoream propriam, quam proximi; peccaret autem mortaliter, qui proximum in periculo mortis corporeæ constitueret; quare multò magis peccabit seipsum in tali periculo constituens. Et de nocumento bonorum, quorum non est homo dominus, est quinta conclusio supra posita intelligenda.

**D. V. B. IIII.** *Virum inducens mulierem ad fornicandam, grauius peccet, quam, qui furtum, aut homicidium committit?*

**D.** *Ux sunt extreme opiniones circa hoc graue dubium. Prima est negans S. Tho. ubi sup. in sol. ad. 3. Secunda est Caiet. super art. citatum, qui conatur probare, grauius multo esse peccatum, inducere ad libidinem mulierem imperatam, quam sit peccatum homicidij.*

S. Tho.

**C O N C L V S I O.**

*Non est grauius, Et ratio prima est; quia lædēs hominem corporaliter, intendit eius nocumentum: lædens autem spiritualiter non intendit nocumentum spirituale; sed delictijs tantum modò frui. Secunda ratio est; quia spiritualiter alium lædens, non est causa efficiens læsionis: sed solùm inductiua, & indirecta. Non enim lædit alium efficienter, neq; lædere intendit, quin potius, qui persuasionibus consensum præstat, se ipsum lædit, & sibi est imputandum; sicut illi, qui diaboli, & carnis tentationibus consentit, peccatum imputatur. Nullus enim: vt autor est D. Chrysofom. nisi à se ipso læditur.*

D. Chrysof.

*Nona diffie. Virum peccatum sit grauius ratione personæ, in quam peccatur?*

Alex. Alen. 3.p.q. 57.m.

*V.g. si quis in prælatum, patrem, vel regem, &c. peccet.*

3.  
S. Tho. q. 73.

**C O N C L V S I O.**

*Peccatum grauius esse dicitur ratione personæ, in quam peccatur. Probatur. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio. Vbi Israelitis peculiari malitiæ tribuitur, quòd seruos Dei fuerint persequuti. Et Michææ. 7. Filius contumeliam facit patri, & filia cõsurgit aduersus matrem suam, &c. Vbi propheta, vt peccati grauitatem ostenderet, illas personas recenset. Lege. 12. q. 2. can. gloria, & 22. q. 1. can. mouet. 27. q. 1. can. nuptiarum.*

1. 2. art. 9.  
C. 11.  
Vegac. 23.  
lib. 11. in cõcil. Trid.  
3. Reg. 19.  
Michææ c. 7.

*D V B. V. Vtrum circumstantia personæ, in quam peccatur, sit in confessione dicenda?*

CONCLUSIO.

**C**Rauitas peccati, quæ ex conditione personæ, in quam peccatur, oritur, dum modò peccatum in aliam speciẽ transferat, vel peculiari præcepto prohibeatur, est mortale peccatum, & est confitenda. Et ratio est; quia nulla circumstantia est confitenda, nisi peculiari præcepto prohibeatur, vel mutet speciem peccati. Tũc enim est peccatum, aliàs non. Obedientia autem, & honor prælatis exhibẽdus, peculiari præcepto phibetur. Dixit enim Christus Iesus, qui vos audit, me audit, & qui vos sperint, me sperint. Et Exod. 22. interdicitur maledicentia superiorum in faciem, vbi dicitur. Principi populi tui non maledices. Et act. 23. cũ B. Paulus maledixisset Ananiam principem sacerdotum, increpatus à circumstantibus, quòd principem maledixisset, purgauit seipsum dicens. Nesciebam fratres, quòd princeps est sacerdotum. Scriptum est enim, principem populi tui nõ maledices S. Thom. est de malo q. 2. art. 8. ad. 5. & q. 7. & de veritate q. 23. art. 7. ad secundum.

*Luc. 10.*

*Exod. 22.*

*Act. 23.*

*S. Thom.*

*Append. 1.*

Hinc, circumstantia personæ, cui ex ordine charitatis aliquid debetur, erit cõfitenda: vt si in bello, vbi solet extrema necessitas imminere, posthabito propinquiore, quis extraneo subueniat. Et ratio est; quia nõ sola charitas: verũ etiam charitatis ordo est sub præcepto; vt habes copiosẽ tractatum in floribus de eleemosyna in p. p. florum. 4. lib. sent.

*Append. 2.*

Hinc; percutiens personam consecratam, tenetur talem circumstantiã confiteri; quia mutat peccati speciem. Est enim sacrilegium.

*Append. 3.*

Hinc, maledicens prælatum in facie, vel irrogans ei conuiuium, tenetur hoc confiteri. Quia peculiari præcepto: vt constat ex probatione conclusionis, prohibetur.

*Appen. 4.*

Hinc, detrahẽs prælato in occulto, & verè, nõ tenetur circumstantiam personæ cõfiteri. Quia solum prohibetur Act. 23. in faciem maledicere. Quoniam tũc esset grauis contẽptus; vt si quis prælato, aliquid præcipienti in faciem responderet.

Nolo.

Nolo. Est enim grauis irreuerentia. Et idem est de principibus secularibus iudicium. Dicitur enim ad Roma. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Et de similibus simile ferres iudicium.

Ad Rom. 13

Hinc, si grauitas peccati ratione personæ, in quam peccatur, solum aggrauet peccati malitiam venialiter, non erit necessariò exprimēda. Et ratio est; quia nec mutat speciem, nec peculiari præcepto prohibetur: vt v.g. ingratitude in patrem, magistrum, benefactorem, &c.

Append. 5.

**D V B. VI. Excellentia personæ peccantis aggrauat ne peccati malitiam?**

Doct. in principio diff. citati.

CONCLUSIO.

**A**ggrauat planè peccati malitiam. Probatur primò ex parte scientiæ. Seruus enim sciens volūtatem domini sui, &c. Secundò ratione ingratitude. Qui enim plura bona temporalia, & spiritalia à Deo suscepit, maiorem illi obedientiam præstare tenetur. Sap. 6. potentes enim potenter tormenta patientur. Tertiò ratione peculiaris præcepti, vt iudex, si agat contra iustitiam: vt si, durante officio, furtum, vel homicidium cōmittat. Dicitur enim ad Roma. 2. Inexcusabilis es, ò homo, omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, &c. Quarto ratione scādali, vt si sacerdos, vel prælatus publicè flagitium aliquod committat. Et confirmatur hæc conclusio ex iure canonico, vbi multis in locis expressè habetur, vt videre licet. 24. q. 1. can. contra, & 26. q. 5. can. contra idolorum. Etiam habetur extra de iure iurando cap. cum quidam. Lege omninò gloss. ibidem, vbi alij textus citantur.

Luc. 12.

Sap. 6.

Hinc, ex parte scientiæ grauius peccabat Iudæus, quàm Gentilis, & Christianus, quàm Iudæus, & Paganus in eodem genere peccati. 32. q. 4. can. in eo. & 40. dist. can. homo Christianus. Lege gloss. ibidem, & 6. q. 1. can. quæro.

Append. 1.

Hinc, etiam grauius peccat prælatus, quàm subditus ratione maioris scādali. Et habetur. 11. q. 3. can. præcipuè. Vbi legitur, prælatos grauius peccare; quia subditos prauo exēplo occidit.

Append. 2.

**D V B. VII.** *Sunt ne aliæ circumstatiæ, ex quibus grauitas peccati possit deprehendi?*

**CONCLUSIO I.**

**P**roest ex qualitate pœnæ colligi peccati grauitas. Hæc habetur. 24. quæst. 1. cano. non afferamus, vbi legitur, scelerius esse commissum, quòd grauius est punitù, & inst. de pub. iu. §. item. l. Iul. de vi. publ.

**CONCLUSIO II.**

Intelligitur quoq; peccati grauitas ex diurnitate, & frequenti iteratione. Hæc est canonizata de pœna. d. 5. §. 1. vbi multa, quibus peccatum aggrauatur, proponuntur. Et. 24. quæst. 1. schisma. Delicta enim iterata plus puniuntur. l. 3. in fi. C. de epis. audi. & ff. de iure pa. l. 1. & ff. de pœ. l. autè damna. §. qui quis, & C. de ser. fug. l. quicumq;.

*Quæst. V. De subiecto peccatorum.*

**D**E hac q. disputant doctores scholastici quærèdo, Vtrū peccatum sit actus à voluntate solùm elicitus? An sit etiam actus imperatus? Lege Alex. Alè. q. 68. S. Tho. 1. 2. tota. q. 74. S. Bona. d. 41. art. 2. Scot. dist. 42. Duran. d. 39. q. 1. Absoluatur quæstio hæc, explicatis nonnullis difficult.

*Prima difficult. Vtrū peccata in sola voluntate subijciantur?*

*Alex. Alen.  
& S. Thom.  
art. 1. & 2.*

*S. Bona.*

*Scot.*

*Durand. &  
alij vbi. s̄.*

**D**Væ sunt òpiniones extremæ. Vna negans S. Thom. Altera affirmans Scoti, quæ fuit antea D. Bona. Affèrit enim peccatum pro formali, idest, pro ipsa inobedientia, subijci in sola voluntate; pro materiali verò in exteriori potentia. Discrimen autem inter has opiniones non est solùm de nomine. Nam Scotus sentit peccatum propriè solùm esse volitionem interiorem peccandi; vt exempli gratia, homicidium est volitio occidendi; executio autem huius voli-



volitionis, nempe, occisio ipsa de sententia Scoti nō est propriè peccatum. Immo est effectus peccati, vel est peccatum pro materiali tantum.

Hinc, peccatum erit nomen analogum. Nam principaliter significat malitiam voluntatis; minus autem principaliter significat actum exteriorem, quatenus est effectus malitiam interiorem indicans; vt vox sanū formaliter, & propriè significat animalis sanitatē, minus autem principaliter significat vrinam: non quia vrina sit sanitatis subiectum; sed quia est index sanitatis in animali existentis. A tuero; ex opinione D. Thom. colligitur, peccatum esse nomen vniuocum, & æquè primò significare actum malum interiorem, & exteriorem. Sunt autem, vt difficultas hæc clarior reddatur, aliqua consideranda.

Operationum vna transiens, altera immanēs esse dicitur. *Consider. 1.*  
Prioris subiectum est materia, circa quam agens operatur, vt calefactio ignis est actus, siue operatio transiens. Recipitur enim in aqua, quæ calefit. Nam actus actiuorum (vt Arist. docet) sunt in patiente benè dispositio. Secundæ autem subiectum est ipsum principium actiuū. Huius generis sunt intellectio, & volitio, quæ in ipsis potentijs operantibus, & producentibus illas, subiiciuntur. *Arist.*

Hinc, idem est omninò operans, siue agens actione immanente, & subiectum eiusdem actionis. Patet per discriminè modò positum inter actionem transeuntem, & immanentē. *Append. 2.*

Omne peccatum est operatio immanens. Et ratio est: quia omnis operatio voluntaria subiicitur in voluntate, & est immanens, & non transiens; vt patet in prima consideratione. Et omne peccatum operatio voluntaria est. Nam idè peccatum; quia voluntarium: quare erit omne peccatum operatio immanens. *2. considera. S. Tho. est artic. 1. vbi. 5.*

Aliud est, peccatū esse formaliter in aliqua potentia, aliud esse fundamentaliter. Nam esse formaliter est, quando de peccato, prout est in tali potentia, verificatur quidditas, & definitio peccati. Esse autem fundamentaliter est, quādo ratio præcisa, propter quam, conuenit tali peccato quidditas, siue definitio peccati, est ratione illius potentiæ. Exempli

gratia, hæresis formaliter, id est, quidditatiuè est in intellectu: Est enim error intellectus contra legem Dei. Ratio autem, & fundamentum hæresis est; propterea quòd intellectus ex imperio voluntatis præstitit tali errori assensum.

Append. 3.

Hinc, hæresis formaliter, id est, quidditatiuè subijcitur intellectu: fundamentaliter autem in voluntate. Hæc animaduersio probatur à simili ex materia de libero arbitrio; nã, vt ibi iuxta probabilem opinionem, tenetur libertatè esse fundamentaliter in intellectu, eò q̄ ratiocinatio est causa libertatis, & indeterminationis in volutate: formaliter autem, & quidditatiuè esse in ipsa volutate, propterea q̄ de quidditate, & essentia voluntatis est; vt sit agens indeterminatum ad vtrūq; oppositorum, quod soli voluntati, cum sit agens liberum, conuenit; similiter in peccatis vsu venire potest, vt sit peccatum in vna potentia formaliter; in alia verò fundamētaliter: vt patet in peccato hæresis.

#### C O N C L V S I O I.

Omne peccatum subiectiuè est in voluntate. Et ratio est; quia cum omne peccatum sit actus elicited à voluntate (Aliiter enim non esset peccatum: vt homicidium à dormiente, & à puero, & ab amente patratum) & omnis actus elicited à voluntate sit operatio immanens in voluntate: vt ex considerationibus positis constat, erit profectò peccatum in voluntate, tanquàm in subiecto.

#### C O N C L V S I O II.

Est què peccatum formaliter etiam in voluntate. Et ratio est; quia formale peccati est eius quidditas, & de peccato, quatenus est actus elicited à voluntate, verificatur eius quidditas, nempe, esse cõtra legem Dei; atquè ita formaliter erit in voluntate.

#### C O N C L V S I O III.

Est quog, in voluntate fundamentaliter. Probatur; quia fundamentum alicuius rei est idem, quod ratio præcisa, ob quam, res illa est talis; vt risibilitatis fundamentum est rationalitas. Querenti enim cur homo sit risibilis? Respondetur; quia solus, inter animalia, est rationis particeps. Et cum præcisa ratio, ob quam aliquis actus est peccatum, sit sola voluntatis

tatis libertas (potuit enim non transgredi, & fuit transgressus) *Eccl. 31.*  
erit profectò omne peccatum ibidem fundamentaliter. Ha-  
ctenus de peccato pro formali, nunc pro materiali sit.

## CONCLUSIO IIII.

Nonnulla peccata non solum in voluntate; verum etiam  
in alijs potentijs subijciuntur. Patet exemplo haresis, quæ  
materialiter, vt habetur in tertia consideratione, est in intel-  
lectu. Et blasphemia similiter in lingua. Et libido in poten-  
tia generatiua subijcitur.

## CONCLUSIO V.

Suntquæ in illis formaliter. Et ratio est: quia cæteræ po-  
tentia à voluntate sunt de facto subiecta virtutum, & vitio-  
rum. Quoniam contraria sunt circa idem. Aliter enim non  
opponerentur. Et vt fides, quæ subijcitur in intellectu, for-  
maliter est virtus, similiter, & error erit formaliter vitium;  
quia est fidei contrarius.

## CONCLUSIO VI.

Non tamen sunt in alijs potentijs fundamentaliter. Et  
ratio est; quia fundamentum peccati est sola libertas, quæ  
cum in sola voluntate reperitur, in sola illa, & non in alijs  
potentijs erit peccati fundamentum. Et hoc planè voluit  
Scotus insinuare, quando dixit, peccatum formaliter esse in  
voluntate; materialiter autem in alijs potentijs. Vbi per ma-  
teriale noluit formale peccati excludere: sed fundamentum  
peccati dumtaxat. Sed de ijs ex professò, fauente Christo  
in lib. controuerfiarum.

*Alex. Alen.*  
q. 68. m. 4.

*Secunda difficult. Vtrum in sensualitate possit esse  
peccatum veniale?*

*D. Tho. art.*  
3. q. 4. Vbi  
S. S. Bonad.

**P**rima difficultate præcedenti dictum est in vniuersum  
cæteras potentias posse esse subiecta peccatorum, nunc  
de singulis potentijs explicandum. An possint esse pec-  
cati subiectum? Et ad tituli huius difficultatis, & dubiorum  
illius explicationem animaduerte, quæ sequuntur.

24. p. 2. ar. 3.  
*Duran. q. 5.*  
& alij eadē  
dist.

Potentia cognoscendi in hominē de sententia Arist. 2. de  
anima est, qua apprehenditur, & cognoscitur obiectum; vt

1. *Animad.*  
*Arist.*

videndi potentia cognoscit visibile. Quæ quidem virtus videndi est quædam qualitas in oculo existens. Nam oculus non est potentia visiva: sed est organum visus, in quo species obiecti visibilis recipiuntur; per quas species potentia videt.

2. *Animad.*

Dictæ potentia visivæ; vt idem Aristot. docet, respondet quædam potentia appetendi, ab ea distincta, qua, quod conueniens est appetimus, & quod discoueniens est, refugimus.

3. *Animad.*

Potentia appetendi, siue appetitiua est duplex. Vna concupiscibilis. Irascibilis altera; vt in oculo, prima est appetitus, idest, inclinatio quædam ad pulchrum visibile; secunda verò est inclinatio, qua refugimus excellens sensibile, vt nimiam lucem corrumpentem sensum. Similiter in sensu

4. *Animad.*

*Alex. Alen.*

*tota q. 68.*

*& S. Tho. q.*

*81. 1. 2. art.*

*1. & 2. &*

*in. 2. d. 24. q.*

*2. art. 1.*

5. *Animad.*

gustus est potentia appetendi, qua inclinamur ad dulcia, & refugimus amara, &c. Dicitur appetitus appellatur sensualitas, quæ in summa est inclinatio ad proprium obiectum conueniens suæ potentia cognitiua, & ad fugiendum disconueniens. Potentia cognoscendi, & appetendi in spiritualibus maximè inter se differunt; quia intellectus est virtus, siue potentia cognoscendi; voluntas autem virtus appetendi. In sensitiuis verò distinguntur, sicut motus, & quies. Sensualitatis

enim operatio est desiderare, aut fugere; potentia verò cognoscendi operatio est apprehendere obiectum. Quemad-

modum operatio nutritiua, siue potentia nutriendi est habere cibum, & conuertere illum: & operatio appetitiua est fames, quæ est desiderium calidi, & sicci: & sitis, quæ est appetitus frigidi, & humidum. Quemadmodum etiam potentia generandi operatio est generare, & appetitiua potentia est in generatione concupita delectari. Potentia appetendi, quæ

6. *Anim.*

in homine vocatur sensualitas intellectui, & voluntati obtèperat. Hanc veritatem in nobis docet passim experientia. Sæpe enim tēperamus, aut excitamus alicuius rei appetitū,

rationes vniuersales adducendo. Compescimus nāq; iram, & libidinem, inconuenientia virtuti contraria ei proponendo. Obedit etiam sensualitas voluntati; quia quàmuis caro im-

moderatè delectabilia concupiscat; semper tamē quò ad executionem imperium volūtatis expectat. Nam si sensualitas sine voluntate suas operationes exercere posset, libido non

esset.

7. *Animad.*8. *Anim.*

esset magis in homine, quàm in bruto culpabilis. Non solum dicitur aliquid esse voluntarium, eò quod sit actus elicited, aut imperatus à voluntate: verum etiam, quando voluntas potuit impedire delectationem, ne insurgeret, & omisit impedire. Dicitur enim tunc voluntarium in sua causa, scilicet, in negligentia remouendi occasionem. Potentia irascibilis, & concupiscibilis sæpissimè imperio voluntatis resistunt.

Experientia enim testatur, velle nos non semel iram compefcere, & libidinofam delectationem opprimere; nec tamen posse. Propterea quod ista potentia, siue appetitus, non subiiciuntur rationi; vt manus, pes, &c. quæ absq; vlla resistentia iuxta voluntatis imperium mouentur, & quiescunt. Causa autem huius rei in prompta est; quia appetitus non præsupponit intellectus cognitionem; sed solam imaginandi potentiam, quæ in homine est. V.g. imaginamur plerumq; aliquid delectabile rationi contrarium; vt libidinosi, qui sibi varios libidinis modos fingunt, & propter hanc vehementem imaginationem, fit: vt voluntas, etiam si intellectum à cogitatione auertat, non possit libidinofam delectationem opprimere; quia manet obiectum præsens in imaginatiua. Quod quidem docuit B. Paul. ad Galatas. 5. Caro concupiscit, &c. vt non quæcūq; vultis, illa faciatis. Et ad Roma. non semel.

*Ad Gal. 5.*

Append.

Hinc, intelliges, quàm necessarium sit imaginationem vitiorum cohibere, & illam ad virtutes transferre; vt caro sine rebellionem spiritui subiiciatur. Nam imaginatio frequens libidinis fingendo varios delectationis modos, facit homines incontinentes: imaginatio verò assidua in his, quæ Dei sunt, fingendo varios euentus martyrij, & amoris, variosq; modos, quibus Christus passus fuit, quos euangelistæ non expresse- runt, facit homines contemplationi deditos, paratissimi mosq; ad obuiandum tentationibus, & ad illas uincendas. Hæc diligenter considera; non tam vt alios doceas, quàm vt te ipsum exerceas. Nam his assuefactus vtilius multò alios docebis. Ijs ita constitutis, nota duas esse opiniones circa hanc difficultatem. Vna est Caiet. artic. 3. assidentis in sensualitate esse peccatum veniale, etiam secluso omni motu voluntatis; quia appetitus sensituius habet non nihil libertatis. Quod; vt ipse

*Caiet.*

opina-



*S. Tho. vbi s. in art. 2. ad 3. & art. 3. ad. 1. & 3. Scot. vbi s. q. 3. ad. 1. Alex. Alen. m. 4. & S. Bona. q. 1. vbi s.*

opinatur, sufficit ad peccatum veniale, quod est peccatū imperfectum. Quæ opinio videtur colligi ex S. Thom. Altera est Scoti, affirmantis, peccata appetitus sensitivi; vt delectatio, aut ira, ante consensum rationis, esse peccata, nō ob aliud: nisi quia voluntas non præuenit remotionem occasionis. Potest enim tollere imaginationem representatam obiecta, & ex consequenti impedire; quōminus infurgat delectatio, aut ira, post suggestionem. Alexand. noster tenet in sensualitate esse peccatum veniale tantum, & solum subiectiue, idq; in poenam primi peccati. S. Bona. posita distinctione, Respondet quæsito, dicens. Suo quodam modo esse in ea peccatum veniale, cui passim subscripsit Scot.

### CONCLUSIO I.

Nulla modo est in appetitu sensitivo peccatum: quin sit voluntarium. Et probatur; quia si appetitus sensitivus: vt sentit Caiet. posset absq; voluntatis suffragio venialiter peccare, posset, & mortaliter. Nam utraq; libertas, vel indeterminatio potentia utrobq; requiritur. Nec probabile esse videtur, posse Deum condere creaturam peccabilem per naturam venialiter; non tamen mortaliter. Quare cum non possit sine suffragio voluntatis in appetitu sensitivo esse mortale peccatum, neq; poterit sine tali suffragio esse veniale; & ex consequenti non erit in tali appetitu peccatum, quin sit voluntarium. Cum de essentia peccati tam venialis, quam mortalis sit, q̄ sit voluntarium, id est, quod sit actus à voluntate elicited, vel imperatus. Stultitia enim maxima est asserere, posse esse peccatum sine voluntate, vt S. Patres testantur. S. D. Chrysostom. homil. 52. operis imperfecti, & homil. 13. in epistola ad Roma. Basil. in institutione illorum, qui vitam volunt ducere perfectam. Orig. homil. 27. in Num. B. August. lib. de duabus animabus cap. 10. & lib. de vera relig. c. 14. D. Anselm. in locum. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.

### CONCLUSIO II.

Delectatio appetitus sensitivi in obiectum illicitum, quāvis non sit actus imperatus à voluntate, erit nihilominus veniale peccatum, & voluntarium. Et ratio est; quia huiusmodi delectatio fuit in potestate voluntatis, ante quā insurgeret.

Poterat

*D. Chrysoft.  
D. Basil.  
Orig.  
D. August.  
D. Ansel.*

Poterat enim extinguere suggestionem, & est circa obiectū illicitum; quare erit voluntarium in sua causa, scilicet, in negligentia remouendi suggestionem; atque ita erit peccatum veniale.

83. d. can.  
error. & 2. q  
7. can. negli-  
gere & 17.

**D V B. VII.** Omnis illecebra carnis, & pruritus libidinis, ante voluntatis assensum, est ne veniale peccatum?

q. 3. §. 1.

**C**ontrouersia est circa hoc dubium. Nam Altisiodorensis in. 2. sent. tract. 28. cap. 1. docet omnem carnis delectationem etiam illam, quæ prouenit, nobis inaduerentibus, & renitentibus, esse veniale peccatum; vt patet in confessoribus, qui plerumq; inuiti carnis illecebram patiuntur; quandoq; vsq; ad effusionem feminis, & his, qui inter studendum materiam veneream inuiti aliquam patiuntur delectationem. In ijs enim, & similibus euentibus arbitratur Altisiodorensis esse peccatum. Et ratio illius est; quia cum huiusmodi delectationes emanent ex originali peccato, quod quidem in sua causa, scilicet, in Adam est voluntarium, & imputabile ad poenam; similiter erunt delectationes huiusmodi voluntariæ in sua causa, scilicet, in originali, & ex consequenti erunt peccatum. Hinc, cum primum, visa muliere, aliquis etiam inuitus, cum motu membrorum delectaretur, de sententia Altisiod. peccaret venialiter. Communis autem opinio S. Thom. vbi sup. art. 3. & 7. & Scoti. d. 42. & aliorum affirmat, nullum motum sensualem esse peccatum, præter illum, quæ voluntas potest impedire; quia aduertit intellectus suggestionem, antequam infurgat delectatio. Secus si non aduertit, vel si cognouit, & non potuit illam imaginationem opprimere; vt in confessorijs patet.

Altisiod.

Append. 1.

S. Thom.

Scoti.

### CONCLUSIO.

Non omnis carnis voluptas, nisi fuerit voluntaria, eo saltē modo quo in. 2. conclusione proxima fuit declaratū, nobis ad culpā imputatur. Et ratio est; quia talis delectatio est omnino naturalis, & à potentia determinata ad vnum, quæ quò ad

19. q. 1. *can.*  
*illa cauenda;*  
 & *cap. non*  
*est.* & *can. si*  
*concupiscen-*  
*tia & can.*  
*vlc.*

*Ad Rom. 8.*

ad huiusmodi priores motus non subest voluntatis imperio; ut si quis, cum primum videt mulierem delectetur, vel quid simile. Quare non erit imputabilis ad culpam; propterea quod nullatenus est voluntaria. ut ex. 7. animaduersi. constat. Et confirmatur; quia si tales illecebræ essent peccata ex eo, quod ortum habent ab originali voluntario in sua causa; ut Altiosiodorensis opinatur, sequeretur omnino amentes, & furiosos concupiscentiam patientes, etiam venialiter peccare; quoniam etiam illis originale imputatur. Nihil enim damnationis, inquit D. Paul. ad Roma. 8. est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Quare illecebra carnis non imputabitur illis ad culpam, qui per spiritum resistendo perseverant.

*Append. 2.*

Hinc, ex sententia Altiosidor. nulla ignorantia etiam inuincibilis à peccato excusaret, Siquidem est volita in sua causa, scilicet, in peccato originali.

*Append. 3.*

Ex hac cōclusionone habes, vnde multorū imbecillitatē possis à peccato excusare, qui cū primū audiunt, aut legūt quid turpe, vel cū quis eos manibus tangit, aut amicitia gratia amplectitur, illico polluuntur. Quorum illecebra cū sit omninō naturalis, & inuoluntaria, non erit peccatum.

*D V B. II. Quando in sensualitate est peccatum veniale, est ne peccatum omissionis, an cōmissionis?*

*Scot. dist. 42*

**C**ontrouersia est circa hoc dubium. Scot. vbi sup. q. 3. ad. 1. opinatur, esse tunc omissionis peccatum: propterea quod voluntas omittit opprimere delectationem. Contraria opinio est Thomistarum.

**CONCLUSIO.**

Vtraq; opinio est vera. Et ratio est; quia fundamentaliter est peccatum omissionis, eò qd volūtas omisit imaginatiuam remouere; formaliter autem est cōmissionis peccatum; quoniam est actualis delectatio.

**Ex**

Ex dictis colligitur, solam suggestionem nunquam esse peccatum; quia est omnino inuoluntaria. *Append. 1.*

Hinc, delectatio ante consensum solum est venialis, non absolute, vt opinatur Caiet. sed quia huiusmodi delectatio est voluntaria in sua causa, scilicet, in negligentia extinguendi suggestionem, auertendo imaginatiuam. *Append. 2.*

Hinc, si voluntas non tenetur, aut non potest imaginatiuam actus illiciti auertere, non erit delectatio ad culpam imputanda. Patet exemplo confessarij audientis venerea, & illius, qui cum primum videt mulierem delectatur. Non enim tunc imputatur delectatio, cum in potestate voluntatis non sit, nec suggestionem remouere teneatur. *Append. 3.*

*Tertia diffic. Potest ne esse in sensualitate mortale peccatum?* *Alex. s.Th. art. 4. Bon. q. 2.*

**S**ensualitas bifariam sumitur. Primò pro delectatione præueniente voluntatis consensum, & est peccatum veniale, quatenus potuit per voluntatis imperium impediri; non tamen fuit impedita. Secundò sumitur pro delectatione à voluntate imperata; quoquidem modo non est propriè sensualitas, sed est potius appetitus operatio. *Scor. Durand. & alij vbi. s.*

C O N C L U S I O I.

In sensualitate primo modo sumpta non est mortale peccatum. Et ratio est; quia peccatum mortale est deordinatio à fine ultimo, idest, auersio ab ultimo fine, per quam auersionem tollitur vita spiritualis animæ, nempe, gratia. Quæ quidem auersio à Deo est solius potentiæ rationalis, scilicet, voluntatis, cuius est conuersio.

C O N C L U S I O II.

In sensualitate secundo modo accepta est peccatū mortale formaliter; fundamentaliter autem est in voluntate. Prima pars patet ex definitione peccati; quia cum sit concupitum contra legem Dei, erit in ea formaliter peccatum mortale. Secundæ partis ratio est; propterea quòd cum radix, & præcisa ratio peccati sit operatio voluntatis, fundamentaliter *omne*

q. 109. m.  
vlt.

S. Tho. 1. 2. q.

74. art. 6. &

8.

Duran. d. 24

q. 6.

S. Bona. art.

2. 2. p. eiusdē

d. 34. & alij

eadē d. & sū

missa verb.

delectatio

morosa.

Scot. d. 42. q.

1.

Almain tra-

ctat. 3. c. 24.

in moral.

Adria. in. 4.

q. 6. de Euch.

Martinus de

Magistris in

tract. de lux.

q. 3. & Caiet.

in summa

verb. delecta-

tio morosa.

Matth. 5.

1. Præcludiū.

2. Præcludiū.

omne peccatum in voluntate erit; non tamen formaliter. Et hæc est sententia D. Thom. ad. 1. art. 4. vbi sup. cuius verba sunt. Actus sensualitatis non habet, quòd sit mortale, ex eo, quod est sensualitatis; sed ex eo; quòd est rationis. Vides, quomodo non negat; quin possit esse mortale. Sed solùm docet rationem, & fundamentum; quare sit mortale, non esse sensualitatem; sed potentiam rationalem?

*Quarta diffic. Consensus in delectatione morosa est ne mortale peccatum?*

**H**Aec difficultas; vt est difficillima, est vtilissima. Ad cuius clariorem intelligentiam proponam quædam præludia. Concupiscentia actus illiciti est actuale desiderium patrandi aliquod malum, & de hac concupiscentia non intelligitur titulus difficultatis. Et ratio est; quia eisdem præceptis, quibus prohibentur mala, prohibentur quoquè malorum desideria; vt constat Matthæ. 5. Qui viderit mulierem ad mœchandum, &c. Perinde etiam dicendum est de concupiscentia circa alia præcepta, iuxta illud. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Et Marci. 7. Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, &c. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquināt hominem. Delectatio morosa non est dicta concupiscentia, id est, animus committendi peccatum, sed est cogitatio morosa in delectatione illius actus illiciti. Sæpissimè enim contingit morosa delectatio cum animo contrario, id est, cum actuali intentione non cōmittendi talem actum, etiam si posset. V. g. occurrit actus fornicationis memoriæ, & tunc gaudet quis imaginādo, quo modo posset ad talem foeminam accedere, simulq; proponit, quod etiam si posset, non accederet. Talis delectatio est morosa, & sine intentione committendi actum. Diciturq; morosa non à certa temporis mora (Nam in breuissimo etiam tempore potest delectatio haberi) sed quia voluntas in ea delectatione immoratur, cum teneretur potius statim; vt cœpit cogitare, auertere intellectū, ne illius actus,



ex cuius recordatione insurgit talis delectatio, reminisceretur. Illustro præludium hoc exēplo. Nam, vt frequentissimè vsuuenire solet, febricitantem, quando siti fatigatur, imaginari frigidissimum fontem, in nemore constitutū, & fingendo se ex illo bibere, mirum in modum in sola imaginatione delectari. Et nihilominus tātifacere suam salutem; vt etiam si haberet potum illum ad manum, abstineret, ita à simili accedere potest aliquem delectari imaginando actus illicitos, & fingendo se illos exercere; vt occidendi inimicum, aut accedendi ad non suam; animo tamen non exercendi similes actus, etiam si posset. En tibi morosam delectationē, de qua est præsens difficultas. Sit ne mortale peccatum? An non? Omnis delectatio sequitur aliquam operationem. Arist. est. Quasi dicat. Omnis delectatio non est operatio; sed passio, nēpe, gaudium de aliqua operatione: vel exteriori, vt si quis gaudeat de obrenta dignitate: vel interiori, vt quando aliquis gaudet de cognitione alicuius scientiæ; vel de eo, q̄ inuenerit rationes aduersus aliquam propositionem; vel quando gaudet in cognitione actus turpis.

3. Præludiū.  
Aristot. 20.  
Ethic.

Hinc, ex volitione rei gratæ sequitur naturaliter gaudium, quod est delectatio cordis. Similiter ex nolitione alicuius euentus naturaliter sequitur tristitia; quia talis nolitio est actus voluntatis.

Append. 1.

Hinc, operatio interior, siue exterior, vnde oritur passio, est obiectum, id est, materia, circa quam voluntas gaudet, & delectatur. Peccatorum cognitio, vel speculatiua est, vel practica. Prima est, quando naturas peccatorū, & definitiones, & proprietates contemplamur: vt quidditatem fornicationis nempè, q̄ sit copula soluti cum soluta, & eius malitiam, nempè, q̄ vires animæ, & corporis eneruet, vel minuat, aut quid simile consideramus. Et dicitur speculatiua, eò q̄ speculari idem est q̄ veritatem indagare, siue inuestigare. Secunda practica vocatur à praxi voce Græca, quæ Latinè sonat operationem.

Append. 2.

4. Præludiū.

Hinc, delectatio est duplex; vt ait S. Thom. vel in cogitatione; vel in actu cogitato, id est, delectatio vel est in cogitatione speculatiua peccati, quam habet, qui studēs materiam

Append. 3.  
S. Tho. art. 8.  
vbi. 5.

- temperatix gaudet, se intelligere eius quidditatē, causas, & effectus: vel est incogitatione, siue cognitione practica, siue de actu cogitato: vt si quis fingat se accedere ad nō suā; absq; animo tamē perpetrādi talē actū. Nō solū est peccatū mortale agere cōtra aliquod peculiare præceptū prohibēs, aut præcipiens aliquē actū: verū etiam est mortale, quādo quis se cōstituit incertissimo periculo peccādi mortaliter. Et ratio est; quia si in proximo tenemur scādālū vitare, ideo est, occasione ruinae verbo, aut factō, iuxta illud. Qui scādalizauerit vnum de pusillissimis, &c. multo magis profectō tenebimur huiusmodi occasione ruinae in nobis ipsis vitare. Et qui constituit se in certissimo periculo peccādi mortaliter, nō vitat in se ipso scādālū, siue ruinae occasione; atq; ita peccat mortaliter, quāuis nō sequatur opus in actu exercito. Agit enim contra charitatē. Hoc inter delectationē morosam libidinis, & cæterorū peccatorū interest, q̄ in materia libidinis est eiusdē speciei cū libidine; cæterorū verò peccatorū delectationes non sunt in specie peccatorū, quorū sunt delectationes; sed solū sunt peccatorum occasiones. Probatur prima pars præludij; quia delectatiō morosa in cogitatione libidinis fortitur prorsus eisdē effectus, quos ipsa concupiscentia, quæ est delectatio cum proposito patrādi actum. Nā experimento comprobātū est in illis, qui admittunt huiusmodi delectationes morosas, pati eos membrorum motus, vsquē ad seminis resolutionem, ac si concupiscenterent: quare erit propriē sub specie libidinis. Ratio verò secundæ partis est; quia si delectetur quis in sola cogitatione furti, aut homicidij, absquē animo patrādi actum, talis delectatio non est in materia iniustitia; quia nec habet nocendi animum, nec proximo nocumentum infert. Delectatio morosa aliquando habetur decogitatione practica actus illiciti, aliquando autem de subtilissimo modo dumtaxat patrādi actum; vt si in materia furti quis imaginetur quo modo per fenestram ascendendo, vel loculos abscondendo, alienum rapere possit.
- Append. 4.** Ex præludijis positis colligitur consensum in huiusmodi delectationibus morosis, non esse intentionem patrādi actum; quoniam tunc esset concupiscentia; sed esse negligentiam

gentiam voluntaris detinentis intellectum in illa cogitatione, & non conuertentis ad aliam cogitationem.

C O N C L U S I O

Consensus in delectatione morosa de cogitatione practica libidinis, sine intentione patranda actum, est mortale peccatum. Sententia est communis omnium scholasticorum, quam expresse antea docuit D. August.

D. Aug.

quem distin. 24. supra Magister citat, ubi inquit. Hic, quippe, vna persona est, &c. Et confirmatur ratione ex 6. preiudicio; quia delectationes morosae in sola cogitatione practica libidinis sortiuntur eosdem effectus, quos ipsa et concupiscentia. Vtrobique enim dissoluitur animus in libidinem. Vtrobique etiam insurgit membrorum motus ad pollutionem vsque. Vnde, vt concupiscentia est mortale, & libidinis species, erit, & consensus, &c. vt habet conclusio. Et cum sint multae species libidinis, quaerenti sub qua specie talis delectatio morosa contineatur? Respondebis, esse illius speciei, cuius est obiectum, in cuius delectatione immoratur.

Dub.

Hinc, si delectetur in cogitatione mulieris solutae, continebitur sub specie fornicationis, si coniugata erit speciei adulterij, & ita de alijs speciebus erit iudicandum.

Append. 5.

C O N C L U S I O II.

Consensus in delectatione morosa absque animo patranda actum in caeteris peccatis erit mortale peccatum, quando ita consentiens intelligit, qd in periculo concupiscentiae constituitur, & non aliter. Et ratio est; quia qui consensum delectationi de cogitatione practica actus illiciti praestat, quamuis non habeat animum patranda actum, se ipsum in certissimo periculo concupiscentiae, & committendi actum constituit. Propterea qd per has morosas delectationes sensualitatis, & voluntatis inclinatio ad malum augetur. Quae quidem inclinatio ad Roman. 7. vocatur peccatum. Sed quod habitat in me peccatum. Diciturque peccatum, eo qd sit originalis peccati effectus & ad mortale inclinatus. Certissimum namque est alios alijs esse ad malum proniores, quia ex pluribus actibus delectationis morosae facilitas ad concupiscentiam augetur. Quamobrem qui

Ad Rom. 7.

ita delectantur, in periculo certissimo concupiscendi, & patrandi actum illicitum constituuntur. Quod satis experientia docet in illis, qui non abstinentes se à delectationibus morosis, facillimè in eadem peccata ruunt, & dilabuntur. Quòd autem huiusmodi consensus nò sit peccatum ex natura rei; sed tantum ratione periculi peccandi, docuit solus magister Vega dum Salmantica prælectorem sacræ theologiæ ageret in suis commentarijs super dist. 42. 2. lib. sent. Et ratio illius est; quia cum huiusmodi delectatio aliquo præcepto nò prohibeatur, non erit mortale peccatum. Non enim præceptis diuinis prohibetur, nisi solus actus malus exterior, vel eius concupiscentia. Et consensus voluntatis in huiusmodi delectationibus morosis non est actus concupiscentiæ: quia non habetur intentio committendi opus, &c.

*Vega.*  
*Marb. 18.*  
*Appen. 6.*

Hinc, si iniuria affectus in cogitatione practica mortis; aut vindictæ contra inimicum delectetur, peccat mortaliter, eò quod se in periculo certissimo concupiscendi actum constituit. Et idem est iudicium de illo, qui natura sua est pronus, & proclivis ad malum, vt ad furtum, & infamiam aliorum, propter eandem causam.

*Appen. 7.*

Hinc, si quis voluntariè admittat delectationem morosam circa cogitationem practicam alicuius vitij, vel circa subtilem modum committendi illud, dum modò intelligat se nò esse pronum ad tale vitium, còsensus in tali delectatione ali quando erit actus meritorius; vt in illo, qui componit comœdiam, & cogitat, quomodo fur, leno, meretrix, &c. suam malitiam exercent: vt personas in comœdia fingat, si tunc in Deum referat; ali quando erit veniale peccatum, si in nullum finem bonum referat, vel si modum excedat, vel si vanum finem sibi proponat. Velut si quem cogitare delectet tantum; vt vitij naturam intelligat. Delectatio quidem vana est; sed mortale non est, quod non còtingit vulgaribus, & plebeis hominibus.

*Appen. 8.*

Hinc, concionator, quando de libidine dehortaturus est, eiusque deformitatem in populo propositurus, sine peccato gaudet se rectè, & ordine concepisse, quæ de eo vitio declamatoricè sermone proferat.

**D V B. III. Quomodo cognoscetur talem delectationem morosam esse mortale peccatum?**

**A**D id autem intelligendum plus valet in vnoquoq; Spiritus sancti prudentia, quam cuiuslibet doctoris eruditio. Ceterum, praterpraeludia proxime posita, nota, quæ sequuntur. Intellectus, vel aduertit se cogitare illicita, vel nullo modo aduertit; vt contingit sapissimè in illis, qui grauissima imaginatione ita detinentur; vt quid cogitēt, omninò nesciant. Intellectus quado aduertit, vel plenè, vel perfectè, vel semiplenè, & imperfectè aduertit. Perfecta aduertētia est notitia iudicatiua, quando conscientia reclamationem, appellat, increpatque intellectum, talia cogitatem. Imperfecta verò est tantum, quando conscientia non reclamationem. Obiectum delectationis morosæ est cogitatio practica de re illicita: concupiscentiæ verò obiectum nò est cogitatio: sed actus exterior, imaginatus. Et ratio vtriusq; partis huius notabilis est; quia cum obiectum sit illud, in quò voluntas delectatur, quando delectabitur quis in contemplatione, vt in cogitatione practica, talis cogitatio erit obiectum delectationis: & quando concupiscet actum exteriorem, & homicidium, fornicationem, &c. erit tunc talis actus prauisus obiectum concupiscentiæ.

1. Nota.

2. Nota.

3. Nota.

4. Nota.

Delectatio morosa, vel concupiscentia sumit malitiam ex quinque circumstantiis. Primò ex parte obiecti. Secundò ex parte consensus. Tertiò ex parte causæ. Quartò ex parte aduertentiæ. Quintò ex parte negligentia voluntatis. Ijs prælibatis, constituendæ sunt aliquot propositiones, quibus, tanquam regulis, erit vtendum: vt, quando morosa delectatio sit mortale peccatum, intelligatur.

*Prima Propositio.*

Delectationis morosæ, siue concupiscentiæ malitia speciem sumit ex malitia obiecti. Nam si delectatio fuerit de cognitione practica furti, erit in specie iniustitiæ peccatum. Quoniam constituit se in periculo committendi iniustitiam. Et idem est de alijs iudiciis. Et probatur Osee. 9. cap. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt; qui autem

Osee. c. 9.



morosè delectatus est, dilexit illam cogitationem; ergo erit illa delectatio eiusdem speciei, cuius est cogitatio, in qua delectatur.

*Append. 1.*

Hinc, quale est obiectum à parte rei, talis est cogitatio in intellectu. Et qualis est cogitatio, talis est delectatio.

*Append. 2.*

*Calet. dicit non peccare mortaliter.*

*Lege quoq; Siluestri ubi s̄.*

Hinc, si vidua delectetur morosè in cogitatione actus matrimonialis præteriti, aut coniuges in absentia in cogitatione copulæ conjugalis delectentur, tales delectationes erunt licitæ ex parte obiectorum; erunt tamen illicitæ: quoniam periculosæ. Qui enim ita delectantur, constituunt se in periculo pollutionis, quæ est peccatum cõtra naturam, nisi aliquis suam continentiam expertus, oppositum intellexerit.

*Append. 3.*

Hinc, delectatio de actu sub conditione, si talis esset eius vxor, aut si esset coniugatus, erit mortale peccatum. Et ratio est; quia licet conditio sit de opere licito ad extra, si esset: delectatur tamen sine conditione in cogitatione practica, & cogitatio ipsa est circa obiectum illicitum, scilicet, non suam. Et animaduerte, quod cum cõditionalis nihil ponat in esse, talis cogitatio quatenus refertur ad opus ad extra, non est mala; quia est conditionalis, & nihil ponit in esse; at verò quatenus cogitatio illa est materia delectationis præsentis, est mala. Propterea q̄ absq; conditione delectatur. Ut fertur; oppositum opinatus est Victoria de eo, qui sperat se habiturum puellam in vxorẽ, & delectatur in cogitatione futuri operis. Quod nõ videtur esse verum, quia exponit se periculo, &c. ut supra diximus. Hactenus de prima circũstantia, 4. notabilis.

*Victoria.*

*1106.*

### *Secunda Propositio.*

*Jacob. 1.*

*D. Aug. ser. 20. de verbis domini.*

*20. q. 1. §. 1.*

*¶ 23. It. Sc. can. sicut enim.*

Quando voluntas actu delectationis, aut concupiscentiæ dissentit, tunc quantumcunq; caro delectetur, & libidinis pruritas insurgat, tantum abest, ut sit peccatum, ut etiam coronæ occasionem præstare credatur. Beatus, quippe, dicitur, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Quæ enim non placent, teste D. August. non nocent. Et ratio propositionis est: quia cum huiusmodi delectatio sit omnino inuoluntaria, peccati rationem non habet. Tum etiam, quia cum præceptum non concupiscendi

percipiendi non detur carni, cum sit potētia rationis expertis, sed spiritui, si voluntas dissentiat, non erit concupiscentia ad culpam imputanda. Proprie enim concupiscentia culpabilis pro actu voluntatis, desiderantis rem illicitam, accipitur. Quando autem voluntas præstet consensum, statim dicimus. Sequitur iam tertiæ circumstantiæ explanatio.

### *Tertia Propositio.*

Triplex esse potest delectationis morosæ occasio. Prima voluntaria, & licita: ut cum aliquis ex lectione, vel auditione confessionis de materia venerea patitur delectationem libidinofam, si abest consensus voluntatis, ita quod voluntas renitatur, & delectationi reclamet, nullum erit peccatum. Constat ex modo dictis, & infra statim dicendis. Secunda voluntaria, & illicita v.g. cum quis ex verbis, & iocis illicitis patitur hanc delectationem superuenientem, tunc, deficiente voluntatis consensu, erit delectatio ex sua causa iudicanda. Veluti si ex verbis cum meretrice oriatur naturalis delectatio, erit mortale peccatum, ratione certissimi periculi peccandi, in quo se ipsum constituit. Si autem: ut sæpe adolescentibus accidit, ex confabulatione de rebus venereis nascatur, tunc erit delectatio venialis. Tertia occasio potest esse omnino voluntaria, quamvis sit illicita, & tunc temporis aliquando nullum erit peccatum, aliquando veniale tantum. Erit nullum: ut si infurgat subita imaginatio libidinis, aut vindictæ, quæ est occasio delectationis, si statim voluntas renuat delectari, quamvis caro delectetur, nullum est peccatum: ut ex secunda propositione constat. Veniale autem tantum erit, si solum intellectus apprehendat delectationem, non diiudicans, sit mala, nec ne? quod statim infra probabitur. Ratio autem totius huius regulæ est: quia cum huiusmodi delectationes non sint voluntariæ in se ipsis, sed in suis causis, sortiētur ex suis causis malitiam. Sequitur iam quarta circumstantia declaranda.

*Quarta Propositio.*

Quando insurgit subita, & naturalis delectatio, quam voluntas non potest præuenire; vt cõtingit in materia venerea ex subiecta mulieris visione, aut in materia iræ ex visione inimiçi, in tali euentu accidit præ nimia passione vsquè ad eò excæcari, & veluti inebriari intellectum; vt etiam per multum temporis spatium, quid cogitet, non aduertat; vt solet vsuuenire libidini, & iræ assue factis, tunc non erit morosa delectatio peccatum. Et ratio est; quia cùm non sit præcognitata, non erit voluntaria. Nihil enim volitum; quin præcognitum. Et cùm non sit voluntaria, non erit peccatum; vt ex supradictis constat.

*Quinta Propositio.*

Quando intellectus aduertit per notitiam iudicatiuam, si voluntas præstat assensum, peccat mortaliter: si autem aduertentia fuerit imperfecta, hoc est, apprehensiuam tantùm delectationis, & non iudicatiuam: vt contingit in his, qui somniantes turpia à somno excitantur, & delectatio illa continuatur, tuncq; apprehendunt; delectationem tamen propter temporis breuitatem, non iudicant, sit mala, an non? in hoc euentu delectatio est tantùm veniale peccatum. Et ratio vtriusq; partis propositionis est; quia qualis est aduertentia, & præcognitio intellectus, talis est voluntatis cõsensus. Nihil enim volitum, quin præcognitum. Et eo modo volitum, quo præcognitum.

Append. 4.

Hinc, ex aduertentia perfecta in intellectu sequitur peccatum perfectum, scilicet, mortale, & ex aduertentia imperfecta, peccatum imperfectum, nempe, veniale. Restat iam vltima circumstantia, scilicet, negligentia voluntatis.

*Sexta Propositio.*

Si voluntas apprehendens perfectè aduertentiam delectationis neutraliter se habeat; quia nequè consentit, neq; dissentit, tunc mortaliter peccat. Et vt clariùs ratio huius propositionis pateat, nota duplicem esse voluntatis consensum,

actua-

actualem, scilicet, & interpretatiuum. Primus est, quando voluntas eligit delectationem dicens; placet modo ista delectatio. Secundus est, quando voluntas neutraliter se habet, id est, neq; consentit delectationi, neq; remouet eius causam, scilicet, cogitationem practicam, & tunc censetur virtualiter consentire. Et ratio est; quia tenetur resistere, & non resistit. Et confirmatur; nam vt paria sunt occidere hominem, & nō defendere à morte, cum possit quis, & debeat. Similiter paria iudicantur consentire delectationi, & non dissentire, cum possit, & debeat. Tandem, quia in casu huius propositionis verè agit contra præceptum non concupiscendi. Nā idem est dicere, non concupisces, ac si dicatur, carnis concupiscētix resiste. Lege dist. 49. can. hinc etenim ante finem.

83. distinct.  
can. error  
& 2. q. 7. ne  
gligere &  
17. q. 3. §. 1.  
15. q. 1. non  
est & c. vs.  
86. dist. can.  
pasce & 6. q  
1. can. deci-  
ma in fine.

### Septima Propositio.

Quando voluntas se in cogitatione turpi delectari aduertit, & negligit delectationem opprimere: non quia delectatio placet: sed quia est certa de victoria. Quoniam iam experta est, se posse illam opprimere. Et vt miles tepidè pugnat: quoniam contemnit hostes; ita voluntas tepidè resistit: quia delectationem non tanti facit; in tali euentu delectatio morosa erit solam veniale peccatum. Et ratio est; quia cum non præstet assensum formalem, vel interpretatiuum, non peccat mortaliter. Cæterum; quia tenebatur, iuxta Spiritus sancti consilium, diligenter domesticum hostem opprimere; ideo peccat venialiter. Ait enim Regius propheta. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos & non conuertar, donec deficient. Signum autem dissensus in hac tepida pugna est: quoniam huiusmodi homines, si daretur illis optio, potius eligerent mortem, quam mortaliter peccare. Et hac de causa quando tepidè pugnant, non videntur consentire, tamen propter tepiditatem venialiter peccant. Hæc etiam, amice lector, tibi primum, & secundò alijs memoria manda.

Psal. 17.

*Quinta diffc. Vtrum, si confessor expertus est inter audiendum confessionem materiæ venereæ se passum fuisse pollutionem, peccet mortaliter non abstinendo à confessionibus audiendis?*

**I**dem est de eo, qui studendo materiæ venereæ eodem modo polluitur. Et queritur. *Vtrum peccet mortaliter non abstinendo à studio?*

Hæc difficultas fuit iam partim soluta: modò autem omninò absoluetur. Caiet. peculiarem quæstionem tractat de pollutione ex audientia confessionis proueniente.

### CONCLUSIO I.

Confessarius, qui sibi conscius est, quòd solet huiusmodi delectationibus venereis assentiri, tenetur à confessionibus audiendis abstinere. Et ratio est; quia cum ordine charitatis teneatur potius sibi, quàm alijs consulere; tenebitur profectò periculum peccati mortalis in se ipso omninò vitare. Quoniam qui amat periculum, peribit in illo. Tum etiàm; quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, & audire confessiones cum periculo consentiendi: vt dicitur in conclusione, malum culpæ est. Quod quidem non est faciendum, quantumcunquè bonum, quod est delinquentis correctio, ex eo spereretur.

### CONCLUSIO II.

Confessarius, qui experimento comprobauit, se consueuisse huiusmodi delectationibus libidinosi, & pollutionibus non consentire, immò, vt in plurimum se illas inuitum, & reclamantem passum fuisse; quàmuis nonnunquam assensum præbuerit, à confessionibus audiendis abstinere minime tenebitur. Et ratio est: quia nullo modo est volita in se; vt in conclusione habetur. Nam voluntas reclamationis quando confessor suam fuerit expertus continentiam, nihil prorsus habet malitiæ: immò plurimum meriti. Non enim

*Eccl. 3.*  
*Ad Rom. 3.*  
*14. q. 5. per*  
*totum. 22. q.*  
*2. can. is au-*  
*tem & can.*  
*ne quis. &*  
*can. faciat.*



enim effectus in sua causa volitus habet aliam malitiam, à malitia sua causæ. Et cum auditio confessionis nihil habeat malitiæ, nequè eius naturalis effectus, scilicet, pollutio aliquid malitiæ habebit. Et confirmatur à simili; nam vt ille, qui cõsciens est ex cœna ad corporis salutem necessaria, & ex potatione vini ad stomachum necessaria, certissimè esse in somnijs, & in vigilia polluum, & hoc absquè eius consensu, non tenetur à tali esu, & potu abstinere; ita nequè cõfessarius ab auditione confessionis, cum sit ad salutem animarum valde necessaria. Tandem si pollutio in somnijs, ex auditione confessionis proveniens, non est peccatum, nequè erit in vigilia. Propterea quòd vtròque est pollutio inevitabilis in se, quàmuis in sua causa sit voluntaria. Nec tenetur iste, quàmuis imbecillis, à confessionibus abstinere, cum in casu conclusionis in nullo discrimine peccandi se constituat. Alioquin oporteret; vt rectè Caietan. docet, confessores esse angelos, aut in gratia confirmatos.

Sunt autem quinque à confessore in hac materia consideranda. Primum est tentatio in mente, nempe, periculum consensus, de quo in prima conclusione egimus. Secundum est, tentatio in carne, & citra consensus periculum est contemnenda; quoniam provenit ex necessitate tractandi materiam veneream. Tertium est imaginatio, quòd offendit Deum, siue timor, & hic est repellendus per fiduciam in ipso Deo, qui præstò adest timentibus se. Quartum est, vt à superfluis interrogationibus absteineat. Quintum est, quòd sæpissimè pollutio illa non est seminis, sed alterius humoris resolutio.

Nota.

Sexta diffi. An liceat de involuntaria, & inculpabili pollutione gaudere?

Alex. Alen.

q. 106. m. 10

§. 4. & in. 4.

p. 9. m. 2.

S. Tho. in. 4.

d. 9. art. 4.

Verbi gratia de illa, quam quis in somnijs, vel in vigilia inter audiendas confessiones passus est. Angelus in summa verbo pollutio tria affirmat. Primum est licitum esse de præterita pollutione gaudere. Secundum, licitum esse

eam Angelus.

*Syluest.*

eam desiderare. Tertium, non licere illam procurare. Syluester eodem verbo quò ad primum Angelo subscripsit. Animaduerte duo. Et primum est, peccatum ex genere, quàmuis excuset propter aliquam causam; nunquam tamen materia gaudij esse potest. Et ratio est; quia iam tunc esset voluntarium, quàmuis sit præteritum. Secundum est, aliud esse gaudere de effectu pollutionis, nempe, de sanitate, &c. & aliud de pollutione.

C O N C L U S I O I.

Integrum, licitum què est de effectu aliquo licito, expollutione etiam culpabili subsecuto gaudere: vt de sanitate. Et ratio est; quia Deus aliquando permittit mala, ex quibus maxima proficiuntur bona, de quibus licitum est gaudere.

1. Cor. 11.

Ait enim B. Paul. 1. ad Corinti. 11. Oportet hæreses esse; vt, & qui probati sunt, manifesti fiant in nobis. Et ex lapidatione Stephani, pro persecutoribus orantis, habemus Paulû. Quare de omnibus prosperis euentibus, ex malis principijs ortis, licet, gaudere.

C O N C L U S I O II.

De pollutione inculpabili in vigilia, aut in somnijs proueniente, ex quacûq; causa, siue ex cõfessionibus audiēdis, siue aliunde orta gaudere minime licet. Et ratio est; quia talis pollutio ex genere est mortale peccatum: excusatur tamen, qui ita polluitur à peccato, eò quòd sit ineuitabilis. Quare non licet de ea gaudere: alioquin à peccato nõ excusaretur. Propterea quòd tunc quàmuis præterita, esset voluntaria. Ratã enim haberet tunc temporis pollutionem. Deinde, quia vt non licet gaudere, quando quis polluitur, neq; licebit postea: propterea quòd vtrobiq; est idem gaudij obiectum.

*D V B. IIII. Licet ne desiderare pollutionem subsequi ex audientia confessionum?*

*Nota diligenter.*

**Q**uicquid licet desiderare, licet etiã procurare eo modo, quo licitũ est desiderare, nõ alio. Et ratio est: quia actus interior, nempe, desiderium, & exterior, scilicet, procuratio habent idem obiectum, & sunt circa eãdem mate-

matariam: & quando materia desiderari, quæ est res concupita, fuerit licita, actus interior, & exterior erunt liciti. Siquidem habent idem obiectum, à quo bonitatem, & malitiam recipiunt.

Hinc, si licitus est cibus; vt comedere carnes tempore debito, erit etiam licitum illas procurare. Append. 1.

Hinc, si desiderare literas est licitum, erit quoq; licitum Append. 2.

studium literarum procurare; quoniam obiectum, nempe, scientia est licitum. Dices. Licitum est habere episcopatum; & tamen de sententia D. Thom. non licet illum desiderare, & procurare? Respondeo. Eo modo, quo licitum est habere episcopatum, licet etiam illum desiderare, & procurare, nempe, quando homo fuerit illo dignus. Erit autem dignus, quando fuerit præditus virtutibus, quas D. Paul. ad Timo. scribēs recenset. Oportet episcopum irreprehensibilem esse, &c. Et quia nullus debet se irreprehensibilem iudicare, nullus debet, nec potest commodè desiderare. Poterit tamen aliorum iudicio se committere, atquè illum habere. Ex parte illa notabili, nempe, & non alio, sequitur primò, eo modo licuisse procurare mortem Christi, scilicet, per orationes, & propter bonum finem, scilicet, propter generis humani redemptionē, quo licuit desiderare: vt prophetæ illam desiderarunt.

*1. ad Tim. 3.*

*Append. 3.*

Hinc, licitum erit sacerdoti in generali consulere prætori; vt suum munus exerceat; non tamen, vt latro suspendatur, procurare. Append. 4.

### CONCLUSIO.

Desiderare pollutionem ex audientia confessionum subsequi haud licet. Et ratio est; quia talis pollutio solum habet excusationem; quoniam est voluta in sua causa; quare quando esset in te voluta, nullam posset excusationem habere. Quod enim non licet procurare, non licet desiderare.

*S. Tho. 1. 2. q.*

*74. ab art. 5.*

*vsq; ad. 10.*

*Septima diffc. Vtrum in portione superiori possit* *S. Bon. d. 24.*

*esse peccatum?* *in. 2. p. d. art.*

**R**euoca prius in memoriam, quæ supra de portione inferiori, & superiori diximus, non esse, scilicet, duplicem *1. q. 1. c. 2.*

*Scot. d. 42. q.*

*poten- 1.*

*D. Aug.**S. Tho. i. p. q**79. art. 9.**Append.*

potentiam; sed vnicam tantum, vnum, videlicet, intellectum; qui quatenus diuersa contemplatur, ratio siue, portio superior, vel inferior, nominatur: vt D. August. 12. de Trinit. docuit, qui fuit huius distinctionis autor. Modum autem, quo distinguuntur, explicat S. Tho. in. i. p. lege etiã D. Bona. vbi sup.

## CONCLUSIO I.

In portione superiori peccatum mortale esse potest. Ratio est; quia cum credere articulis fidei sit actus portionis superioris, errare in eisdem articulis erit actus eiusdem virtutis, siue portionis. Contraria namque circa idem subiectum versantur, & sunt. Hinc, in eadem portione poterit similiter esse veniale peccatum: vt est subitus infidelitatis motus.

## CONCLUSIO II.

In portione inferiori potest esse peccatum. Et ratio est; quia ignorantia crassa legis naturalis est portio inferioris, & est mortale peccatum, vt si quis ignoret fornicationem simplicem esse peccatum. Similiter, & incogitatione rei illicitæ, quando voluntas in ea morose, vt dictum est, delectatur, est peccatum. Et vno verbo cum omnis ignorantia culpabilis, & omnis error positivus sint operationes intellectus, & sint peccata, poterit esse peccatum in intellectu. Cuius operationes dicuntur esse voluntariæ, non quod sint à voluntate elicite: sed quoniam imperatæ. Potest enim voluntas imperare intellectui aliquam cogitationem, auertendo ipsum ab vna cogitatione, & in aliam conuertendo.

*Quest. VI. De causis peccatorum.*

**D**E hac quaeritur aliquot positis articulis, absoluetur, disputant doctores scholastici varijs in locis Alex. Alen. q. 94. B. Tho. i. p. q. 48. & 49. & in. i. 2. à q. 75. vsq; ad. 81. & q. 3. de malo. S. Bona. d. 34. & 6. & 7. Scot. d. 37. Durã. dist. 34. & 6. & 7. & alij dist. 36.

*Alex. Alen.**vbi. s. m. 3.**art. i.**S. Tho. art. 1**q. 75. i. 2.**Art. I. Vtrum peccatum in vniuersum habeat causam?*

**T**itulus intelligitur de auersione & conuersione peccati. An habeat causam? id est, de peccato pro materiali, vel pro formali, an habeat causam?

CON-

CONCLUSIO I.

Peccatum pro materiali habet causam perse, hoc est, ex intentione. Et ratio est; quia voluntas intendit illum actum, scilicet, dictum, vel factum, &c. qui quidem actus est peccatum, & intendit illum sub ratione boni, vt latro furatur sub ratione boni utilis; quare habet causam perse. Nā causa perse est, quæ agit ex intentione, & per propriam formam. Tum etiam, quia peccatū cœpit esse, & omne quod cœpit esse, habet causam. Nihil enim fit in terra sine causa. Iob. c. 5.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. Iob. c. 5.

CONCLUSIO II.

Peccatū pro formali nullā habet causam perse. Ratio est; quia nullus operatur ad malū aspiciens, nisi sub ratione boni, & formale peccati, scilicet, auersio à Deo, & à recta ratione nullū bonitatis vestigiū habet. Et ita cū nullus operetur illud ex intēione, ex consequenti non habebit causam perse.

15. 9. 1. cap. merito.

CONCLUSIO III.

Peccatum pro formali habet causam deficientem, & per accidens, ex parte effectus, & ex parte causæ. Tres sunt huius conclusionis partes. Et primæ, scilicet, quod habeat causam deficientem, ratio est; quia voluntas, non sequens regulā rectæ rationis est causa deficiens, & negatiua respectu rectitudinis. Potest enim, & tenetur dare suæ operationi rectitudinē cōformādo se rationi rectæ, & nō dat, ac proinde dicitur esse causa defectibilis, siue deficiens. Quia deficit non dando rectitudinem, quam dare tenebatur. Hinc, voluntas diuina cum nihil teneatur efficere: quia nulli legi subditur, non dicitur vnquā deficere. In secunda parte cōclusionis dicitur, & per accidens ex parte effectus. Et ratio est; quia non intēdit peccatū pro formali. Nullus enim operatur ad malū aspiciens, vt ex secunda cōclusionē constat. Quod autem sit causa per accidens ex parte causæ: vt in tertia parte conclusionis continetur. Probat; quia omnis causa per accidens reducit ad causam perse. Cuius maximæ sensus est, omnis causa agens præter intentionem, quæ dicitur causa per accidens, præsupponit prius naturā efficere aliquid ex intentione; quemadmodum ignis, vt per accidens causet, siue efficiat priuationem frigiditatis, præsupponitur, vt perse causet calorē.

Append.

Et



Et cum voluntas prius natura, & perse causet actum materiale peccati; ut in prima conclusione habetur: profecto per accidens, idest, præter intentionem, erit causa peccati pro formali.

*S. Tho. art. 2* *Prima diffi. Habet ne peccatum interiore causam?*  
*vbi. 5.*

## CONCLUSIO.

**T**riplicem habet peccatum interiore causam, nempe, voluntatem, & rationem, & potentiam sensitivam. Et ratio est; quia voluntas propter suam libertatem, & defectum, appetit plerumque; aliquid illicitum sub ratione boni utilis, aut delectabilis; atque; ita generat peccatum. Ratio etiam sapissimè aut per ignorantiam, aut per errorem, deficit, dirigendo voluntatem ad aliquid illicitum, quod licitum esse opinatur, atque; ita est causa peccati. Et tandem potentia sensitiva, quia inclinat voluntatem ad delectationes prohibitas, est quoque; causa peccati. Diuersimodè tamen peccatum ab his tribus causis producit; nam à duabus prioribus potentijs immediatè, & deficienter emanat; quoniam peccatum in illis immediatè consistit (Nò enim est peccatum sine voluntatis consensu) à potètia verò sensitiva mediatè, idest, inductiue.

*Alex. Alen.* *Secunda diffi. Vtrum peccatum exteriorè causam habeat?*  
*vbi. 5. m. 3.*

## CONCLUSIO.

**C**ausæ exteriorès peccati plerumque sunt homo, dæmon, & obiectum aliquid sensibile. Probatum primum de homine. Num. 31. Nonne istæ sunt, quæ ceperunt filios Israel, & præuaricari vos fecerunt in dominum. Deinde patet de dæmone Gen. 3. vbi legitur, respondisse Heuam Domino. Serpens decepit me. Tandem de obiecto experientia comprobatur; quoniam obiectum sensibile exterius excitat sensum, & sensus inclinat voluntatem, &c. Gen. 3. vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum aduefcendum, & pulchrum oculis, aspectuque; delectabile, & tulit de fructu illius. Et cum omnes iste causæ voluntatem liberam ad malum compellere non valeant, licet, suasionibus per-

*art. 4.*  
*S. Tho. art. 3*  
*vbi. 5.*

*Num. 31.*  
*Gen. 3.*

*Gen. 3.*

persuadere possint (fidelis enim est Deus, qui nō patitur nos tentari supra id, quod possumus) non erit extra voluntatem causa peccati quærenda, quæ sit principalior.

*Tertia diffi. Vnum peccatum potest ne esse causa alterius?*

## CONCLUSIO.

**V**Num peccatum, secundum quadruplex causarum genus, potest esse alterius peccati causa. Probatur enumeratione exemplorum singularū causarum. Et primum est causa efficiens per se, quatenus ex multis peccatis v. g. ex multis actibus libidinosi generatur incontinentiæ habitus, & dispositiones, quibus peccator ad similes actus disponitur, & inclinatur. Est quoq; causa efficiens per accidēs, quatenus remouet prohibēs peccatum, nempe, Dei gratiam, verecundiam, & timorem. Secūdo est causa materialis, prout est occasio, & præparat materiam alterius peccati; vt auaritia est occasio iurgiorum, & inimicitiarum, & disponit voluntatem ad lites. Tertio est causa finalis, quatenus vnum peccatū propter aliud committitur: vt quando quis furatur: vt possit meretrici stipendium soluere. Postremo est, & causa formalis; vt patet in exemplo proximè posito: quia forma est, quæ dat esse rei & finis in moralibus gerit vicem formæ. Nam quando quis committit furtum propter fornicationem, tunc furtum est, vt materia, & fornicatio velut forma.

*Quarta diffi. Potest ne esse peccatum à causa bona?*

**B**onitas, vel est entitatiua, vel moralis. Prima est absoluta quidditas cuiuscunquē rei, de qua scribitur Gen. 1. Vidi Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Hoc est, perfecta quò ad essentias suas. Habet enim Lucifer, quicquid est de quidditate supremi angeli: & ita est valde bonus entitatiuè, siue bonitate enti. Secunda est actus à voluntate cum omni circumstantia rectæ rationi consona elicitus, vel est ipsamet potentia rationalis omnibus habitibus studiosis ornata, & prædita.

*S. Tho. art. 4  
vbi. 5. & Duran. d. 36. q. 1.*

*S. Tho. 1. 2.  
tota q. 84.*

*Alex. Alen.  
vbi. 5. m. 3.*

*art. 3. & 5.  
B. Tho. 1. p.*

*q. 49. art. 1.  
S. Bona. dist.*

*34. art. 1. q. 1. & 2.*

*Duran. ead.  
d. 9. 3.*

*Nota.*

## CONCLUSIO I.

Peccatū est à causa bona bonitate entitatiua. Et ratio est; quoniam peccatum est à libero arbitrio, cui nihil perfectio- nis essentialis deest.

## CONCLUSIO II.

Non est autem à causa bona morali, imò à causa mala. Et ratio est; quia plerunquē à voluntate deprauata, & vitiorū pondere oppressa, efficitur. Et quando Christ. R. N. dixit. Non potest arbor bona, &c. intellexit per arborem intentionem operantis, bonitate morali bonam, à qua nō potest peccatum emanare. Hinc, peccatum dicitur esse à bona, & mala causa; à bona bonitate entitatiua, & naturali, & à mala malitia morali.

*Matth. c. 7.**Append.**S. Thom. &  
Scot. ubi. s.*

*D V B. Vtrum voluntas, non sequens regulam rationis, sit causa peccati?*

**T**Homistæ respondent, voluntatem absq; regula ratio- nis, antequam ad actum applicetur, non esse peccatū; sed ipsam voluntatem sub tali priuatione, & tamen esse aliquod bonum, sicut homo non albus. Quæ quidem re- sponso vix intelligi potest, quoniam peccatum est voluntas priuata rectitudine. Ideò nota voluntatem, non sequentem rationis regulam, dupliciter posse considerari. Primò, confi- deratur quatenus actualiter recedit à regula rationis, & hoc modo idem est, quod peccatum. Secundò, quatenus aptitu- dinaliter rationis regulam non sequitur: sed solūm est apta, vt talem regulam non sequatur: & hoc modo est apta, & de- fectibilis, & est aliquod bonum entitatiuum: quia, esse de- fectibilem est naturale, & conditum à Deo, & de ratione cuiuscumquē creaturæ. Non enim potest Deus efficere, quòd sit creatura, & non sit defectibilis; quia cum sit ex nihilo, est defectibilis, & ex consequenti peccabilis; quo etiam modo dicitur esse causa peccati.

*Artic. II. De causa peccati ex parte intellectus?*

**C**AUSA peccati ex parte intellectus est ignorantia rerum tractandarum. Nam omne peccatum ex parte causæ interioris, vel emanat ex ignorantia ex parte intellectus, vel ex infirmitate ex parte appetitus sensitui; vel ex malitia ex parte voluntatis. Et quoniam de ignorantia cum Magistro in prima huius secundi parte copiosè disseruimus, ad alias causas declarandas accingamur.

Alex. Alen.

q. 146.

d. 22. q. 2.

*Artic. III. De causa peccati ex parte appetitus sensitui.*

Alex. Alen.

q. 146.

S. Tho. q. 77.

1. 2. q. 84

**P**eccatum dicitur ex infirmitate nasci, quando ex appetitu sensitivo proficiscitur, qui infirmatur propter originalis iustitiæ priuationem.

*Prima diffic. Voluntas potest ne ab appetitu sensitivo moueri?*

Alex. Alen.

p. 4. q. 8. m. 7

art. 2. §. 1. in

fine.

S. Tho. art. 1.

q. 77. 1. 2.

**V**oluntas, vel mouetur directè, vel indirectè, directè quidem, quando habet se tantùm passiuè; vt aqua se habet respectu caloris, quem recipit. Quo modo à solo Deo, qui est autor naturæ, potest moueri. Cuius rei ratio est; quia cùm sit potentia libera, & indeterminata ad utrūq; oppositorum, ad amorem, scilicet, & odium, non poterit ab extrinsecò, nisi à solo naturæ autore determinari. Indirectè autem moueri est, quando mouetur intellectus, quo moto, voluntas ad aliquam operationem inclinatur.

## CONCLUSIO I.

Voluntatem directè ab appetitu sensitivo ad operandum moueri est impossibile. Dicitur enim Eccles. 15. Ab initio cōstituit Deus hominē. Et infra. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Quare nullus poterit inclinationem cōcupiscibilis, & irascibilis ad vindictam accusare, cùm voluntas, quatenus agens liberum est,

Eccles. 15.

*1. Cor. 10.*

hos bestiales motus opprimere, & superare valeat. Fidelis namq; est Deus, &c. qui facit cum tentatione prouentum.

## CONCLUSIO II.

Voluntas inducitur ad peccandum indirectè ab appetitu sensitivo, scilicet, à pronitate, quam habet sensualitas ad immoderatè appetendum obiectum, quo indiuiduum conseruatur, & ad inordinatam generationem causa conseruandæ speciei, & ad inordinatè rebus nociuis resistendum. Probatür

*Daniel. 13.*

*Daniel. 13.* Concupiscentia subuertit cor. Ac si aperè dicat. Pronitas sensualitatis voluntatem ad delicias, libidinem, & iram allicit; vt his appetitus sensitui passionibus consentiat.

*Ad Gal. 5.*

Et ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. vt nõ

*Ad Rom. 7.*

quæcunq; vultis, illa faciatis. Et ad Roma. 7. Video aliam legem, &c. Et ratio est; quia càm nulla potentia inferior moueat superiorem, nec efficiat aliquid in immediatè, & directè in

illa, præter intellectum, qui mouet in immediatè voluntatem; mediatè tamen, & indirectè inducit voluntatem excæcando

intellectum; vt quod malum est, bonum esse iudicet, & sub hac ratione à voluntate eligatur, & erret. Qui enim volunt regè decipere, prius, regis cõsiliarij, vt decipiantur, curant. Illis enim excæcatis, cõtinuò rex allucinatur. Et in regno animæ

voluntas est regina, eiq; à consilijs est intellectus, quo quidem decepto, voluntas ad malum pro bono eligendū inducitur.

*S. Tho. art. 2.*

*Secunda diffi. Potest ne ratio aliquando cõtra scientiam, quam habet, à passione superari?*

*Vbi. 5.**Scot. in. 3. d.*

36.

**S**ANCTUS THOMAS refert opinionem Socratis, qui assererat nullum peccatum ex certa scientia, & cognitione peccatorum; sed ex ignorantia tantum veritatis procedere.

Quæ quidè opinio experientia, & sacra scripturæ repugnat. Quæ quidè opinio experientia, & sacra scripturæ repugnat.

Nam si experimur, proprijsq; auribus multoties audimus concubinarium consistentem se esse in peccato; profectò eius peccatum non ex ignorantia, quæ sit scientia priuatio, emanabit. Tum etiam sacra scriptura multis in locis hoc idem te

*Luc. 12.*

statur. Nam Luc. 12. legitur. Seruus, qui cognouit volutatem

domini



domini sui, & non fecit secundum voluntatem eius, vapula-  
bit multis. Et Iacobi. 4. Scienti bonum, & non facienti, pec-  
catum est illi. Verum pro pleniori intelligentia huius diffi-  
cultatis considera, quæ sequuntur. Scientia est; vel vniuer-  
salis; vel particularis. Et propter priuationem alicuius istarum  
potest aliquis peccare, vt potest aliquis habere scientiam hu-  
ius vniuersalis, omnis vsura est mala, & ignorare in particu-  
lari; an iste contractus sit vsurarius? Et tunc temporis, ex igno-  
rantia scientiæ in particulari voluntas ad peccandum contra  
scientiam vniuersalem inducitur. Potest euenire, vt aliquis  
scientiam habitualem alicuius veritatis in particulari habeat;  
cuius tamen veritatis scientia actuali careat, eò quod illam  
actu non consideret. Verbi gratia, si huius veritatis quod omnis  
triangulus habet tres angulos, &c. habeat scientiam habitua-  
lem; non tamen actualem: propterea quod illam actu non con-  
siderat. Vel quia non vult; vel propter aliquod impedimen-  
tum. Passio appetitus sensitui libidinis, aut ira ligat plerumque  
intellectum: quomodo minus, quod scit in vniuersali, consideret in  
particulari. V.g. scit aliquis habitualiter in vniuersali omnem  
fornicationem esse malam: accidit autem, vt præ nimia pas-  
sione huius vniuersalis non recordetur, & in particulari for-  
nicationem committat. Inconsideratio; vel non recordatio  
vniuersalis scientiæ tribus modis potest contingere. Primò  
per distractionem circa alterius potentiam obiectum. Accidit  
enim incontinentibus oculos in foemina aliqua figere: sicut  
David in Beth-sabea, & præ nimia oculorum attentione in-  
tellectum à contemplatione boni, cui antea vacabat, recedere.  
Secundò per inclinationem sensualitatis contra huiusmodi scientiam;  
nam scientia huius vniuersalis, omnis fornicatio est fu-  
gienda, inclinat ad fugiendam fornicationem: sensualitas vero  
inclinat ad oppositum. Vnde accidit plerumque; vt insurgente libi-  
dinis tempestate, præ nimia delectatione homo neque consideret,  
neque illius vniuersalis omnis fornicatio, &c. recordetur. Quo-  
niam, teste Aristotele, delectatio libidinosa furatur intellectum homi-  
nis sapientis. Tertiò per transmutationem aliquam circa corpus  
obliuiscitur intellectus scientiæ vniuersalis, & in particulari con-  
tra illam operatur. v.g. homo existens in ebrietate per quam species

Iacob. 4.

1. Consideratio.

2. considera.

3. consid.

4. consid.

2. Reg. C. 11.

Arist.

phantastica turbantur, scientiæ habitualis obliuiscitur; atq; etiam præ nimia ira, aut amentia, species ita turbantur, vt homo in amentiam incidat. His considerationibus positis, sit,

C O N C L U S I O.

Frequenter præ nimia sensualitatis passione homo contra scientiam vniuersalem habitualem, quã in intellectu actualiter habet, operatur; & hoc ex defectu considerationis in particulari. Hæc conclusio duas habet partes. Et prima probatur experientia, & autoritatibus, quibus refutauimus Socratis opinionem. Et confirmatur ad Roma. 7. Video aliam legem in membris, &c. captiuantem me in lege peccati.

*Ad Rom. 7.*

Quo in loco per legem membrorum intelligit Apostolus concupiscentiam; & cum concupiscentia sensualitatis sit quædam passio, de sententia B. Pauli, inducet planè intellectum; vt contra scientiam operetur. Secunda pars conclusionis (& hoc ex defectu, &c.) probatur; quia voluntas nunquam operatur, nisi sub ratione boni ab intellectu præostensi, & cum velit peccatum, præostendetur sibi ab intellectu sub ratione boni apparentis, atque ita ex cõsequenti errabit in particulari. Propterea q̄ tunc non considerat vniuersalem, scilicet, omnem fornicationem esse malam. Et huius vniuersalis oblitus contempletur istam delectationem esse bonum, & ita illam sub specie boni delectabilis appetit.

**Append.**

Hinc, omne peccatum, quodã modo ex ignorantia procedere videtur, sumendo ignorantiam non propriè pro scientiæ priuatione; sed pro obliuione vniuersalis scientiæ, vel pro inconsideratione intellectus, non perpendentis deterius malum esse, bono honesto, quàm bono delectabili, aut utili priuari.

*Alex. Alen.*

*q. 146.*

*S. Tho. vbi. 5*

*art. 3.*

*Nota.*

*Gen. 4.*

*Tertia diffi. Virũ peccata, quæ ex passione appetitus sensitivi oriuntur, ex infirmitate esse dicantur?*

**L**icet voluntas nostra sit appetitu sensitiuo potètiore; nam post illum opprimere; vt Gen. 4. legitur, Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Nihilominus ta-

men quædam peccata: vt mox explicabimus, dicuntur ex infirmitate, non quòd sint ex imbecillitate, & impotentiâ voluntatis ad resistendum (Non enim voluntas infirmatur) sed quia ipse appetitus sensitivus dicitur infirmari, qui præ immoderata delectatione, & inclinatione ad proprium obiectum, non potest à ratione rectè gubernari, & cohiberi. Supta metaphora ab infirmitate corporis, quæ, vt docet Arist. est impedimentum quoddam, quominus corpus suas operationes exercere valeat. Oculis enim infirmis non potest, sicut sanus, colores clarè videre.

*Arist. 10. de animal.*

CONCLUSIO.

Peccata, quæ ex immoderata inclinatione potentiæ irascibilis, & concupiscibilis oriuntur, metaphoricè peccata ex infirmitate vocantur. Cicero animæ passiones ægritudines vocat. Et ratione confirmatur; quoniam infirmitas corporalis est impotentia exercendi operationes naturales ex inæqualitate, & improportione mensuræ debitæ humorum, ratione cuius improportionis, & inæqualitatis corpus per virtutem motricem, & gubernatricem, quæ est in corde, nõ regitur, & gubernatur. Et cum præ nimia inclinatione sensualitatis ad proprium obiectum, appetitus sensitivus voluntati, quæ est virtus animæ potentiæ secundum rectam rationem; vt rectè operentur, gubernans, non subijciatur, hinc fit; vt peccata sensualitatis metaphoricè ex infirmitate appellentur, hoc est, ex abundantia prauæ inclinationis, ob quam nõ subijcitur rationi, instar corporis infirmi, quod propter abundantiam, & inæqualitatem humorum non potest per virtutem cordis, in quo est principium vitæ, & vitalis operationis, gubernari.

*Cicero lib. 4. Tuscul.*

Hinc peccata ex infirmitate propriè dicuntur, quæ ex inclinatione appetitus sensitivi proficiscuntur. Talia sunt solù peccata, quæ spectant ad actus venereos, siue ad cibos, & continentiones, quæ pro eorum defensione oriuntur. Et ratio est; quia appetitus sensitivus est nobis cum brutis communis; & cum appetitus sensitivus brutorum ad illa tria tantum, scilicet, ad venerea, cibum, & rixas, quæ circa hæc oriuntur, inclinetur, hæc sola peccata ex infirmitate dicuntur. Cætera

Append.

*Dub.*

ex ignorantia, vel ex malitia oriuntur. Dices: unde nam orta est in sensualitate hæc infirmitas; vt rationi non obediat? Respondeo. Ex defectu iustitiæ originalis; quoniam in statu innocentie sensualitas rationi dominio despotico subdebatur, erat sana.

*Alex. Alen.**q. 157. m. 1.**2. & seq.**S. Tho. art. 4**vbi. 5.**2. ad Tim. 3.**cap. 11. vers. 10.**D. Aug. 14.**de ciu. c. 28.**Quarta diffic. Est ne amor sui omnis peccati causa?*

## CONCLUSIO.

**A**Mor sui inordinatus est causa finalis, mouens omnem hominem ad malum. Probatur. 2. ad Timoth. 3. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, &c. Vbi B. Paul. definit amorem sui esse radicem, fontem, & originem peccatorum omnium. Et D. August. inquit. Amor sui vsque ad contemptum Dei ædificat ciuitatem Babylonis. Et cum omne peccatum ad dictam ciuitatem pertineat; erit profecto amor sui omnis peccati causa. Et ratione confirmatur; quia finis in intentione operantis est, qui mouet ipsum ad omnem operationem, & amor sui est peccatoris finis, atq; ita mouet ipsum ad omne peccatum.

*Append. 1.*

Hinc, blasphemus, & hæreticus ex amore sui: vt suum sequantur beneplacitum, peccant. Similiter occidens seipsum, præ nimio sui amore peccat, ne præsentis miserias, quas morte deteriores indicat, patiatur.

*Append. 2.*

Similiter, & Iudæi amore sui, & non Dei, ne eorum synagoga destrueretur, olim primitiuam ecclesiam persequebatur.

*Ad Roma. c.**10.*

Et hoc est, quod docuit B. Paul. ad Rom. 10. Aemulationem Dei habent: sed non secundum scientiam. Nam æmulatio, & zelus Dei, & non secundum scientiam amor sui est. Quæ admodum multi regularium tanto sui instituti afficiuntur amore; vt cæterarum religionum exosa habeant incrementa. Notanter dicitur in principio, amor sui inordinatus; nam ordinatus amor sui bonus, & laude dignus est. Datus enim est homini ad vitam tuendam, & conseruandam. Hinc, namque odium sui est peccatum, & ad diligendum se ipsos, corpusq; & animam homines lege naturæ obligantur. De amore sui multa poæta, & philosophi scripsere.

Quinta

*Quinta diffic. Sunt ne concupiscentia carnis, & oculorum, & superbia vitæ peccatorum causa?*

Alex. Alen.

q. 158.

S. Tho. art. 5.

vbi. S.

1. Ioan. c. 2.

CONCLUSIO.

**S**unt quidem causæ omnis peccati, quod ex sensualitate proficiscitur. Probatur. 1. Ioan. c. 2. Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & oculorum, & superbia vitæ. Et ratione confirmatur: quia radix omnium peccatorum est amor inordinatus sui, vt proxima difficultate explicauimus. Qui quidē amor non versatur, nisi circa tria prædicta, scilicet, circa concupiscentiam carnis, &c. Quare peccata, quæ ex sensualitate proficiscuntur, adhæc tria, tãquam ad suas causas, erunt referenda. Nam sunt illa immediatæ, & proximæ, & interiores peccandi occasiones. Auaritia verò est mediata occasio; quoniam si auaro abuti diuitijs libuerit, ad manum omnia vitia habebit, iuxta illud. Pecuniæ obediunt omnia. Et illud Horatij. Genus, & formam regina pecunia domat.

Eccl. c. 10.

Horat.

*Sexta diffic. Peccatum, proueniens ex passione appetitus sensitini, est ne minus graue, quàm quod ex sola malitia, nulla nos passione sensualitatis agitante, oritur?*

Alex. Alen.

q. 146.

S. Tho. vbi. S.

art. 6.

**V**erbi gratia, si vnus fornicetur sensualitatis suggestione ad hoc alliciēte, alius, nulla suggestione præcedēte; sed quia ipse excitauit prius se ipsum; vter grauius peccet?

CONCLUSIO.

Si passio liberum antecedit arbitrium, peccati malitiam minuit. Et ratio est; quia quantò principium operationis est minus liberū, & minus in potestate nostra situm, tantò peccatum est leuius; propterea q̄ minus possumus illud vitare; & quando principium peccati est à passione, est à principio minus libero, & est minus voluntarium, & ex consequenti minoris malitiæ, & grauitatis.

Hinc, peccantes grauiori tentatione carnis incitatē minus

Y 5 peccant,



peccant, quàm ex leuiori tentatione peccantes; quoniam tunc peccatum est à principio minus libero, scilicet, à volūtate maiori passione agitata, & impulsa.

Append. 2.

Hinc, qui ex maiori ira exercet vindictam, minus peccat; vt si quis, accepta contumelia, statim delinquētem percutiat, minus peccat; quia minus habet libertatis.

Append. 3.

Hinc, accedens ad pulchriorem minus peccat, quàm qui ad minus pulchram accedit; quoniam insurgit grauior tentatio, quæ intellectum excæcat. Et de similibus simile esto iudicium.

### CONCLUSIO II.

Quando initium peccati est à sola voluntate, nulla passione antecedente; sed tantum subsequente, tunc passio subsequens non extenuat; sed potius auget peccati malitiam, vt si quis nulla carnis illecebra agitatus eliceret hunc actum; volo fornicari & statim motus carnis sequeretur, & libidine exardesceret, talis passio carnis subsequens non minueret, sed auget peccati malitiam, quæ, quò fuerit passio maior, eò erit grauior. Et ratio est; quia quātò principium operationis est magis liberum, tantò est magis voluntarium; quoniam magis fuit in potestate nostra illud vitare, & in casu huius conclusionis principium peccati est omninò liberum; quoniam voluntas non fuit aliqua passione carnis exagitata, neq; compulsa, quæ libertatem extenuat, & cum sit magis liberum, tunc peccatum erit magis volūtarium, & quò magis volūtarium, vt ex supradictis constat, eò erit grauius, & maioris malitiæ.

Append. 4.

Hinc, qui intrat domum meretricis animo accedendi ad illam: nulla tamē præuia excitatus passione, grauius peccat, quàm qui præuia passione, & delectatione, intrat. Propterea quod liberius primus, quàm secundus peccat.

Append. 5.

Ex dictis collige tres gradus peccatorum secundum maiorem, & minorem grauitatem, qui tribus sequentibus propositionibus explicantur.

### *Prima Propositio.*

Peccatum ex ignorantia minus graue est peccato ex infirmitate, vel ex malitia. Et ratio est; quia cum ignorantia sit priuatio

privatio scientiæ, huiusmodi peccata non sunt voluntaria in se ipsis; sed in suis tantum causis, & ex consequenti, cum minus habeant voluntatis, & libertatis, erunt minus mala.

### Secunda Propositio.

Peccata ex infirmitate sunt præcedentibus grauiora. Et ratio est; quia huius generis peccata sunt in se ipsis volütaria.

### Tertia Propositio.

Peccata ex malitia, nempe, quando aliquis nulla excitatus passione peccat, sunt præcedentibus deteriora. Et ratio est; quoniam sunt magis in se ipsis voluntaria. Et quia, iuxta regulam generalem, eò peccatum est grauius, quò magis volütarium; quoniam magis liberum. Et eò magis liberum, quò causæ ad peccandum inducetes fuerint pauciores, & minus efficaces. Relege, quæ supra de grauitate peccatorum, & de ignorantia scripsimus. Ex articulo citato colligitur apertissime de sententia D. Thom. conuersionem non esse magis de ratione peccati.

*Septima diffc. Excusat ne omninò passio voluntaria à peccato.*

Dist. 25. ca.

vñ orarium

§. criminis

¶ 15. q. 1. §

1. ¶ c. seq.

ad c. mulier.

S. Tho. 1. 2. q.

78. art. 4.

S. Tho. vbi. §

art. 7.

Dictum est passione à peccati malitiam extenuari, nunc quæritur. An excuset, &c.

### CONCLUSIO I.

Quando passio hominem rationis vsu priuat, omninò à peccato, dum modò causa passionis fuerit naturalis, excusat. v. g. qui præ naturali ægritudine incideret in phrenesim, excusaretur ab adulterio, & homicidio tempore phrenesis patrato ratione passionis, nempe, phrenesis. Et ratio est; quia huiusmodi operationes nõ sunt liberæ, neq; volitæ in se ipsis, cū homo tūc nõ vtatur ratione. Neq; in sua causa; propterea ¶, vt supposuimus, talis ægritudo corporalis fuit naturalis.

### CONCLUSIO II.

Quando passio omninò rationis vsu extinguit, si eius causa

causa fuit aliquo modo volita, peccans à culpa omninò non excusabitur; vt si quis præ ira, aut amore, quem à principio potuit vitare, insaniret, & in infania cõstitutus, fornicaretur, aut hominem occideret. Et ratio est; quia huiusmodi actus sunt liberi non in se ipsis: sed in sua causa, quam poterat, & tenebatur vitare. Confirmatur exemplo ebriorum, quorum peccata eis propter eandem rationem imputantur.

### CONCLUSIO III.

Quando passio appetitus sensitiui nõ fuerit vsq; adeò excellens; vt rationis lumẽ extinguat, tũc actus ex tali passione procedentes à culpa non omninò, bene tamen ex parte excusabunt: vt si quis peccati conscius; præ nimia tamen sensualitatis passione, venerea, vel vindictam appetat. Et ratio est; quia, vt proxima difficultate explicauimus, passio non tollit omninò libertatem, licet illam extenuet, & huiusmodi operationes sunt in se ipsis volitæ. Dices. Quomodo voluntas huiusmodi passiones opprimere poterit? Respondeo. Auertẽdo intellectum à cogitationibus illicitis, & conuertẽdo illum: vt honesta contempletur. Sublatis enim cogitationibus turpibus, aufertur obiectum turpe, quod erat præsens inesse intentionali, nempe, in cogitationibus ipsis, & sublato obiecto, continuò passionis tempestas quiescit. Voluntas siquidem non fertur in incognitum. Nam sicut in præsentia obiecti ad sedandam carnis cõcupiscentiam oportet omninò auertere oculos corporeos, ne fœminæ pulchritudinẽ videãt; ita etiam ad opprimendam carnis passionem in absentia obiecti, erit prorsus necessarium oculos mentis, ne turpia contemplantur, auertere. Hæc; vt facias, & non solùm; vt doceas. perpende.

*D V B. Cuius speciei erunt huiusmodi peccata?*

### CONCLUSIO.

**E**Runt eiusdem speciei, cuius est eorũ causa. Et ratio est; quia non habent aliam malitiam, neq; aliam transgressionem à malitia, & transgressionem suæ causæ. Intelligẽ, nisi huiusmodi peccata fuerint aliquo modo præuisa. Nam si ebrius esset iam expertus, se in ebrietate constitutum solitũ fuisse

*Limitatio.*

fuisse hominem occidere, tunc homicidium non esset circumstantia; sed verum peccatum iniustitiæ. Quia indirectè esset in se ipso volitum; quoniam præuidit causam homicidij, & noluit illam prohibere.

*Octava diffc. Vtrum qui ex corporali infirmitate, quam propria culpa contraxit, non potest præcepta ecclesiastica adimplere, sit transgressionis illorum præceptorum reus?*

**V**erbi gratia, non ieiunans quadragesimam; quia inter ludendum tibiam fregit. De hac difficultate breuissimè differuimus in floribus quarti lib. in tractatu de ieiunio in fine q. 6. Dub. 6. nunc autem fit.

#### CONCLUSIO I.

Non est præcepti reus, qui ratione infirmitatis non seruat illud si talis infirmitas fuerit inuoluntaria. Et ratio est; quia cum huiusmodi transgressio nõ fuerit volita in se, nec in sua causa, nullatenus erit peccatum.

*De regulis iuris c. necessitas.*

#### CONCLUSIO II.

Quando infirmitas fuerit voluntaria, & mala inde secuta fuerint præuisa, tunc ad culpam, tanquàm volita in se ipsis, imputabuntur. Probatum exemplo ebrj, qui conscius per vehementem suspensionem homicidij patrandi in ebrietate voluit inebriari. Tunc enim non solum sibi placet ebrietas; verum etiam actu vult ebrietatis effectum, nempe, homicidium.

Hinc, qui præ nimia abstinentia, maximè contra prælati obedientiam, incidit in infirmitatem; ita vt non possit quadragesimam ieiunare, si hoc præuidit, proculdubio placet sibi ieiunij transgressio: quamobrem erit violati ieiunij reus. Quoniam zelo Dei, sed non secundum scientiam, se macerauit. Obsequium enim rationabile esse debet.

*Append.*

*Ad Rom. c.*

*10. & 12.*

#### CONCLUSIO III.

Quando infirmitas voluntaria fuerit, & mala inde futura non fuerint præuisa; quia fortè non venerunt in mentem, id genus

genus mala, ad culpam non in seipsis; sed in sua causa imputabuntur; quamobrem non erunt peccata ab infirmitate distincta. Probat, quia peccatum tantum habet malitiæ, quantum voluntatis, & cum in casu huius conclusionis malum futurum non habeat aliam peculiarem volitionem, à volitione suæ causæ, nequè habebit aliam transgressionem, siue malitiam à sua causa distinctam. Vnicum enim peccatum erit causa infirmitatis, & malum futurum: vt si quis pernoctauerit deambulando, & propter infirmitatem postea non potuerit audire missam, tunc vnicum erit peccatum pernoctatio, & non audire missam, & ex consequenti satis erit pernoctationem illam confiteri: propterea quòd non est puniendus quantum meruit missæ prætermisio; sed quantum pernoctatio. Sunt autem intelligendæ secunda, & tertia conclusio, dummodò ante aduentum temporis, quo ecclesiasticum præceptum obligat, reum non pœnituerit, dedisse causam peccato. Nam si antea pœnituit, tunc cum causa peccati virtute pœnitentiæ fuerit iam deleta, & remissa, peccata inde secuta non imputabuntur. Et ratio est; quia non sunt iam voluntaria in sua causa, quamuis olim fuerint; nequè in potestate infirmi, siue committentis illa fugere, & impedire. Hæc animaduerte: vt huiusmodi hominibus peccata sequentia non imputentur.

*Limitatio.*

*Alex. Alen. S. Thom. art. 8. vbi. s.* *Nona difficult. Peccatum, quod à carnis passione proficiscitur, erit ne mortale?*

### CONCLUSIO I.

**S**I voluntas nullum passioni antecedenti præstat assensum, nullum inde peccatum mortale sequetur. Et ratio est; quia cum passio illa non sit voluntaria, non auertit à Deo, id est, non est amoris Dei priuatio, & per consequens non est mortale peccatum. Non enim occidit animam. Nequè enim præcipitur nobis, ne concupiscentiam habeamus: sed ne illi consentiamus.

CON.



## CONCLUSIO II.

Quando voluntas passioni antecedenti formale, aut interpretatiuum assensum præstat, talis assensus à passione impulsivè effectus erit mortalis; vt si voluntas delectationi venereæ assensum præstet. Et ratio est; quia cū homo tunc à Deo per legis transgressionem, impossibilem cum charitate, auertatur, absq; dubio peccabit mortaliter. Et animaduerte duplicè esse voluntatis assensum. Vnus enim est formalis, siue directus, qui sunt idē; vt quando voluntas elicit actum posituum circa peccatū dicens; volo hunc actū. Alter interpretatiuus, quando, scilicet, nō prohibet peccati causam; non tamen elicit volitionis actum: vt quando intellectu turpia, & vetita cogitante, voluntas in delectatione illius cogitationis immoratur, nec auertit intellectum, cū possit, & neutraliter se habet. Tenetur enim cū primū insurgit talis delectatio, illam opprimere. Nam aliter in certissimo lapsus periculo constituetur. Præterea etiam in hoc articulo S. Tho. confitetur formale peccati esse auersionem. Hactenus de peccato ex parte appetitus sensitivi.

*Artic. IIII. De causa peccati, quæ est malitia.**Alex. Alen.*

q. 146.

**H**ic artic. absoluetur, positis aliquot difficultatibus, ad quarū pleniorē intelligentiam dubium vnum, & vnā difficultatem præmittere operepretium erit.

*S. Tho. 1.2. q*

78.

*Dub. Peccatū ex malitia sumitur ne pluribus modis?*

**R**espondeo. Tribus modis accipitur. Nā primò aliquis dicitur peccare ex malitia, quādo solus habitus malus, est causa peccati, de quo statim difficultate tertia erit sermo. Secundò vocatur peccatum ex malitia quodcunquè peccatum; præsertim; quando vnum peccatum est alterius peccati effectus, dicitur procedere ex malitia, idest, ex peccato malo: vt detractio, quæ frequenter oritur ex inuidia, dicitur hoc modo peccatum ex malitia. Est enim detractio inuidiæ filia. Tertiò appellatur peccatum ex malitia, de quo est præsens disputatio.

Prima

*Prima diffi.* *Quid igitur est peccatum ex malitia?*

*Scot. d. 43. q.*  
*2. & in. 1. d.*  
*1. q. 4. nota*  
*ad argumēta*  
*pro opinione*  
*§. aliter.*  
*Gabriel.*  
*Ocham.*  
*Almain.*  
*D. Aug. lib.*  
*2. confess. c.*  
*4.*  
*S. Tho. art. 1*  
*vbi. §.*  
*Scot. loco pro*  
*xime citato.*

**T**Res sunt de hac difficultate opiniones. Et prima tribuitur Scoto affirmanti, peccare ex malitia voluntatem nihil aliud esse, quàm velle malum sub ratione mali. Lege eundem Scot. in hoc secundo dist. 6. q. 1. notabili ad argumenta pro opinione in sol. ad. 4. eiusdē opinionis est Gabriel eadem dist. 6. q. 1. art. 3. Dub. 2. & Ocham q. 13. Dub. 3. Asserunt enim voluntatem posse velle malum sub ratione mali, & posse nolle bonum sub ratione boni. Hanc dicit Almain in moral. esse aliorum plurimorum sententiam. Cui opinioni videtur suffragari D. August. Nam loquens de furto, quod ipse adoleseens commiserat, ita ait. Non quærebam frui pomo, sed furto ipso. Amaui defectum meum, nō illud, in quo deficiebam. Quibus verbis insinua e videtur D. Auguste culpam sub ratione culpæ amasse. Scotus tamen in q. 3. citata dist. 43. nō loquitur definiendo, vbi, recitatis duabus opinionibus, apertissimè videtur tertiam sequentem opinionē defendere. Secunda opinio est affirmantium, peccatum ex malitia esse, quod à vitioso habitu proficiscitur; quæ est falsæ; vt statim in tertia difficultate sequenti declarabitur. Tertia opinio est S. Thom. art. 1. & Scoti vbi sup. & S. Bona. & aliorum asserentium, peccatum ex malitia esse, quandoquæ voluntas, nulla præuia passione stimulante, inducit animum ad peccandum.

### CONCLUSIO.

Voluntatem peccare ex malitia non est velle malum sub ratione mali. Ratio est; propterea quod hoc est impossibile. Quod ita demonstrat. Bonum est obiectum voluntatis; ergo voluntas non potest ferri in malum sub ratione mali. Consequentia patet; quia impossibile est aliquam potetiam ferri vel operari, nisi circa proprium obiectum. Non enim auditus potest percipere colores, aut visus sonū; neque intellectus operatur nisi assentiendo veris, & falsis dissentiendo. Et obiectum voluntatis de sententia omnium philosophorum est bonum; vt etiam Dionysius docet. Quare vt habet conclusio voluntatem peccare ex malitia non est, &c. Et ad autoritatē

D. August.

D. Diony.

D. August. respondeo; verum esse aliquos frui malitia ipsa, vel potius se ipsis; sed hoc sub ratione boni delectabilis, iuxta illud. *Lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

D. Aug.

*Prou. c. 2.*

Append. 1.

Hinc, si quis posset odio habere Deum, illud esset sub ratione boni apparentis, & conditionalis, ita dicendo; si esset possibile, vellem non esse Deum, & forsitan damnati eundem actum habent.

Append. 2.

Hinc, peccatū ex malitia erit de sententia Scoti vbi sup. dist. 43. q. 2. illud, quod non ex ignorantia, neq; ex infirmitate, id est, à passione antecedenti; sed ex voluntatis libertate proficiscitur: ita quod voluntas; vt docet communis opinio, nulla passione agitante, inducat se ad malum.

*Secunda diffi. Potest ne quis peccare ex malitia?*

Alex. Alen.

& alij vbi. 5.

CONCLUSIO.

Peccare potest homo ex sola malitia, & de facto peccat, quando non ex ignorantia siue ex passione antecedenti; sed tantum ex libertate, scienterq; malum sub ratione boni eligit. Probatur primo Iob. 34. vbi de huius furfuris flagitiosis hominibus loquens ait. Quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt. Et ratione confirmatur: omne peccatum ex aliquo magno principio corrupto proficiscitur, nempe, aut ex ignorantia intellectu, aut ex sensualitate stimulante, aut ex voluntate deordinata; peccans autē ex malitia nō peccat ex ignorantia, cum actualiter sit boni conscius; neq; ex passione; quia vt in cōclusionē postulatur, nulla eum passio agitauit; ergo à sufficienti diuisione peccabit ex deordinatione voluntatis, quæ bonum ab intellectu præostensum repudiat, & malum sub specie boni veri, aut apparentis, aut delectabilis, aut vtilis eligit.

Scoti, & aliorum vbi. 5.

est.

Iob. 34.

Append. 1.

Append. 2.

Append. 3.

*Tertia diffi. Vtrum quicumq; peccat ex habitu vitioso, peccet ex malitia?*

S. Tho. vbi. 5

art. 2.

Sensus tituli est. An peccatum, quod à solo habitu, & nullo modo à passione, siue ignorantia proficiscitur, quàmuis

*Nota.*

postea sequatur delectatio, sit peccatum ex malitia appellandum? Peccare ex solo habitu contingit, quando, nulla ignorantia præcedenti, nulla etiam carnis passione agitante, eligit homo peccare ob hoc solum: quia est vitijs assuefactus. Quod quidem accidit illis, qui præ nimia peccandi consuetudine, nullam ferè ex peccato capiunt delectationem: vt libidinosus ex carne, & ebrius ex vino. Peccant tamen ambo; quia sunt peccatis assuefacti.

## CONCLUSIO.

Quicumque peccat ex solo habitu vitioso, etiam ex malitia peccat. Et ratio est: quia peccare ex malitia est, quando initium peccati non est ignorantia, vel passio appetitus sensitivi; sed tantum libera voluntas, eligens malum: sed qui peccat ex solo habitu est huiusmodi: ergo omnis peccans ex solo habitu, peccat ex malitia.

*S. Tho. art. 3  
vbi. 5.*

*Quarta diffic. Vtrum, qui peccat ex certa malitia, semper ex habitu vitioso peccet?*

*1. Animad.*

**I**N hac difficultate, quænam sint principia: quare voluntas ad peccandum inclinatur, quærimus. Verum animaduerte prius, quæ subsequuntur. Voluntas naturaliter ad bonum ab intellectu præostensum inclinatur. Et ratio est; quia proprium eius obiectum est bonum, ad quod, sicut lapis ad centrum, inclinatur. Hinc, omne vitium est contra naturam hominis; quoniam est contra rationem: quæ quidem ratio est specifica hominis differentia. Hinc, quando eligit voluntas malum, oportet; vt talis electio ab aliquo principio extrinseco corrumpente voluntatem, proueniat. Voluntas potest eligere malum tripliciter. Vel ratione ignorantia intellectus, non intelligentis illud esse malum. Vel ratione infirmitatis: quoniam aliqua passione appetitus sensitivi concutitur. Vel tertio ex se ipsa: quia est corrupta, & inordinata. Duo priora membra satis, superque ex supradictis patent: restat: vt quomodo corrumpatur ani-

*Append. 1.*

*Append. 2.*

*2. animad.*

*mad-*

inaduertamus. Voluntas corrumpitur, idest, prouior ad malum, quàm ad bonum redditur, triplicem ob causam. Vel ratione habitus vitiosi, inclinantis illam ad pròptè, facilliter, flagitiosequè operandum. Vel ratione ægritudinis corporalis: hoc est, ratione inclinationis ad illa peccata, quæ sunt contra naturam. Quæ ab Aristot. ægritudines corporales: quoniam proficiscuntur à natura corrupta, nominantur: vt est inclinatio ad comedendum terram, vel carnes humanas, siue ad quodcunquè genus libidinis, quod non est inter marem, & fœminam. Vel tertio propter remotionem impediendum malum, siue peccatum: quæ sunt frequentissimè desiderium vitæ æternæ, & timor gehennæ. Remotis enim his prohibentibus peccatum, statim homo peccat. Nam sicut remota trabe prohibente lapidem descendere, illicò lapis descendit: ita eodem prorsus modo, remota per desperationem spe vitæ æternæ, & amoto gehennæ timore, homo peccat. Et ratio primi, & secundi membri est; quia voluntas inclinatur ad illas operationes, quæ sunt similes supposito, & per habitum vitiosum, aut per ægritudinem corpoream, vitia sunt similia, & conuenientia supposito malè habituato. Et cum habitus inclinet ad similes actus, ratione habitus vitiosi, aut ægritudinis voluntas ad vitia inclinabitur.

## C O N C L V S I O.

Omne peccatum ex malitia, vel ab habitu vitioso, vel à naturali ægritudine, vel à remotione prohibentium peccata, proficiscitur. Et ratio est; quia peccatum ex malitia emanat à voluntate corrupta, & inordinata, idest, inclinata ad malum: vt ex prima, & secunda animaduersione constat: quoniam voluntas ex natura sua inclinatur ad bonum. Quare si aliquando eligit malum, ideo eligit: quia est corrupta, & inordinata, & cum corrumpatur vna ex tribus causis: vt patet in tertia animaduersione, propter vnã ex illis spontè eligit malum.

3. animad. 2

Arist. 7.

Ethic. c. 5.

S. Tho. 1. 2. q.

31. art. 7.



*s. Tho. 2. 2. q. 186. art. 9. ad primū Caiet. in summa* **Quinta diffic.** *Quidnam est peccare ex contēptu?*

*et Syluest. et alij summistæ verbo contemptus. Scot. in. 4. d. 3. q. 4. art. 2.*

**A**bsoluetur hæc difficultas, positis aliquot propositionibus, quibus facilè, quando contemptus sit mortalis, dignoscetur.

### *Prima Propositio.*

Contemptus legis tribus modis sumitur. Primò negatiuè, aut contradictoriè, & est idem tunc, quod negligentia, & defectus, hoc est, non adhibere curam, & diligentiam adimplèdi legem; nulla tamen iniuria, siue odio legislatoris interueniente. Quo quidem modo frequentissimè peccatur ex contemptu. Ideo enim ab omnibus peccatur; quia nolunt diligentiam adimplendi præcepta superiorum adhibere. Secundo accipitur cōtemptus pro irrisione legis, absquè vlla legislatoris iniuria; vt optimè docet Scotus. Nempè, quando quis iudicat aliquam legem inutilem; vt si prælatus præciperet; nequis per hortum à coena deambulare, & inde nihil mali sequeretur, tunc irridens hoc præceptum diceretur illud contemnere. Sit ne hoc peccatum? an non? Statim diceretur. Tertiò sumitur propriissimè, & positiuè, quando aliquis hoc solo animo transgreditur legis præceptum; quia odio habet legislatorem, & ob hoc tantum; vt legislatori non obediat: vt si peccans dicat intra se; ego non eram hoc facturus; placet tamen facere; propterea quòd prælatus, siue princeps illud prohibet.

### *Secunda Propositio.*

Vt contemptu propriè dicto peccetur, duo requiruntur simul. Et primum est legis transgressio, quæ est actus ipse peccandi. Secundum est causa peccandi, scilicet, contemptus legislatoris; vt si peccans intra se dicat: volo modò frangere silentium, quod non faceret, nisi prælatus prohiberet. Et ideo vult frangere silentium; quia prælatus prohibet. Similiter dicere verbum otiosum ex contemptu est dicere illud; vt faciat contra legem Dei, quæ verbum otium inhibet. *S. Tho. verò dicit peccare ex contēptu esse, quando voluntas renuit subijci*

*s. Tho. Caiet. vbi. 5.*

subijci ordinationi legis, vel regula; & ex hoc, tanquam ex causa finali, procedit ad faciendum contra legem, vel regulam.

### *Tertia Propositio.*

Peccare ex contemptu primo modo sumpto non est speciale peccatum. Et ratio est; quia huiusmodi cōtemptus, vel ab infirmitate, vel ab ignorantia, vel ex malitia, siue ex negligentia adimplendi mandata diuina, quæ est communis omnium peccatorum causa, non autem ex irrisione legis, aut ex odio legislatoris proficiscitur.

### *Quarta Propositio.*

Si contemptus pro irrisione legis, iudicando illam inutile, & infructiferam, accipiat, & talis contemptus contra præcepta, vel consilia diuina fuerit, erit grauissimum infamiae peccatum. v.g. si quis consilium diuinum de erogandis omnibus bonis pauperibus, & de ingrediendo religionem, iuxta illud, Si vis perfectus esse, &c. irrideret, & inutile iudicaret, esset blasphemus in Deum iudicans illum errare in consulendo, & insipientem esse; si autem esset consilium, aut præceptum humanum, nullum esset peccatum iudicare illud inutile, dum modo non sit consilium, aut præceptum vniuersalis synodi, quæ propter assistentiam Spiritus sancti, nequit errare. Verum enim uerò consilia, & præcepta cæterorum superiorum, aut synodi particularis, vel prouincialis, si nullius fuerint frugis, iudicare esse inutilia, nullum erit peccatum. Et ratio, vt egregie docet Scotus, est: quia nullus tenetur habere falsam opinionem sui superioris: quæ quidem haberet, si iudicaret prælatum esse sapientem, cum sit insipiens, præcipiens inutilia.

Matth. 19.

Scot. 2. p. 14

### *Quinta Propositio.*

Contemptus tertio modo acceptus est peccati mortalis causa, etiam in minimis præceptis, quorum transgressio citra contemptum, nullum esset peccatum: vel saltem esset tantum veniale, vt si quis hoc solo animo dicat verbum otiosum, aut citra obligationem, non elargiatur eleemosynam,

non ob aliud, nisi quia Christ. R. N. elemosinam consuluit, & verba otiosa prohibuit. Et ratio est; quia huiusmodi contemptus ex acerrimo in legem, & legislatorem odio proficiscitur. In mò est acerrimum odium. Quapropter soli pessimi, & vitij affuefacti ita delinquant; vt Prouerb. 18. insinuat, vbi dicitur. Impius cum in profundu venerit peccatoru, contemnit. Cuius loci non est sensus, qd peccare ex consuetudine sit peccare ex contemptu. Quantumcunq; enim quis sit vitij affuefactus, si non hoc solo animo peccat: vt superioribus non obtemperet, nullatenus erit peccatum ex contemptu. Sed quia per nimiam vitiorum consuetudinem disponuntur peccatores ad odium legislatoris: ita quod non alio peccent animo, quam; vt superioribus non obediant. Limitat tamen Caiet. hanc doctrinam bifariam. Primo, quando aliquis est in vna re inobediens ex indignatione; ne prelato rem gratam faciat; nihilo minus tamen quantum est ex se, est in alijs obedire paratus: vt si prelatus precepisset subdito: vt in cella maneat, & recedat, non ob aliud, nisi: vt prelato rem gratam non faciat, & hoc ex indignatione. Quia non vult illi placere, sed displicere, iste contemptus non est mortalis. Et ratio est; quoniam tunc animus, & finis peccantis no est inobedientia; sed indignatio. Secundo limitatur, quando aliquis paratus obedire prelato in grauioribus, in minimis illum contemnit. Nam tunc per contemptum non mortaliter, sed venialiter tantum peccat. Et ratio est; quia non absolute: sed secundum quid, contemnit prelatum.

*Prout. 18.**Limit. 1.**Limit. 2.**Alex. Alen.**q. 94. & in**4. p. q. 24. m.**3.**S. Tho. 1. 2. q.**79. aliq. dist.**37.**Castro contra**hereses ver.**creatura, &**ver. malum,**& v. peccat.**Quest. VII. De causis extrinsecis peccatorum.*

**D**E causis intrinsecis peccatorum, scilicet, de ignorantia, infirmitate, & malitia hactenus restat igitur, vt de extrinsecis illorum causis verba faciamus, quæ sumuntur ex parte Dei, diaboli, & alterius peccati. Nam de homine, quatenus est peccati causa, iam supra disseruimus, cum de peccato originali ageremus.

## Artic. I. An Deus sit causa peccati?

**C**irca hūc artic. fuit error Manichæorum, quem postea ab inferis excitarunt Lutherus, & eius sequaces, qui, vt solent, inter se dissentiebant. Nam licet omnes affirmarent omne malum culpæ esse à Deo, non solum permissiue, verum etiam effectiue. Dicebant enim Lutherus, & eius asseclæ, negationem Petri, & Indæ perditionem esse à Deo effectiue, sicut Pauli conuersionem. Erat tamen inter illos dissentio: propterea q̄ Manichæus duos deos esse dicebat, vnū summè bonum, à quò bona cūcta procedebāt. Et alterū summè malū, à quo mala cūcta emānabāt. Sunt autem aliqua, quæ vtilissima sunt, prius necessariò præmittenda. Tria sunt in peccato animaduertēda. Primū est actus peccati, quatenus est entitas positiuā à parte rei. Secundū est malitia moralis, à qua malum morale appellatur. Tertium est auersio à Deo, & legis trāgressio, quod idē est, quo modo dicitur sumi peccatū pro formali. Malū morale cōstat ex duobus, nempe, ex relatione positiuā ad rationem errātem, & ex priuatione rectitudinis virtutis oppositę. V. g. hic actus, volo furari, est consentaneus rationi erranti, id est, iudicio práctico erranti, scilicet, mihi bonum est furari, & est rectitudinis oppositæ virtutis p̄matas, nēpe, ipsius iustitiæ, quæ inest actui contrario, huic, scilicet, nolo furari. Et ratio est; quia vnū contrarium alterius contrarij priuationem continet: vt albedo continet nigredinis priuationem. Et cū hic actus, volo furari, sit contrarius illi actui iustitiæ, scilicet, nolo furari, continebit priuationem iustitiæ illius, nempe, relationis, quæ est conformitas ad rectam rationem. Quemadmodum actus humanus habet à voluntate: vt sit moralis, id est, liber, ita ab eadem voluntate habet: vt sit bonus, vel malus efficienter. Vnde si voluntas est bona, actus necessariò erit bonus, & è contra. Quod expressè docuit Christus Iesus, quando dixit. Non potest arbor bona malos fructus facere, nequē arbor mala bonos fructus facere. Et ratione confirmatur; quia omne agens assimilat sibi passum, siue effectum.

Alex. Alex.

q. 94. m. 3.

art. 2. &amp; toto

art. 6.

S. Tho. art. 1.

vbi. 5.

S. Bona.

Scot.

Duran.

Vega.

Castro.

Soto.

Cano vbi. 5.

Heresis.

Castro.

1. Nota.

2. Nota.

3. Nota.

Math. c. 7.



- Append. 1.* Hinc, impossibile esse videtur, voluntatem malam producere bonum effectum, & e conuerso. Causa est duplex, vel naturalis, vel moralis. Prima dicitur dupliciter, vel quia est determinata ad vnum, vt ignis ad calefaciendum, vel etiam sit indifferentis ad vtrumque oppositorum, vt voluntas, dicitur nihilominus naturalis, quatenus per propriam, & naturalem virtutem operatur. Vnde concursus generalis Dei cum causis secundis, & ille, quo mecum ad hos flores colligendos concurrat, dicitur naturalis; quoniam Deus per voluntatem, quæ sibi naturaliter inest, operatur. Causa autem moralis dicitur etiam eadem voluntas creata, aut increata, solum quatenus per consilium, vel imperium, vel prohibitionem, vel non prohibitionem aliquorum ad bonos, siue malos mores spectantium, operatur. Et vno verbo, quicumque ex intentione præcipit, consulit, prohibet, permittit, cum prohibere aliquem vitij, vel virtutis actum teneatur, illum liberè eligit, causa moralis dicitur. Hæc diuisio est Arist. qui dicit causas diuidi in agentia naturalia, & libera, siue à proposito, aut à consilio, quæ morales causæ vocantur; quoniam ad mores pertinent.
- Append. 2.* Hinc, Deus dicitur causa moralis, quatenus nobis aliquam actionem præcipit, vel consulit perfectionem, quæ omnia ad rectos mores spectant. Cum quilibet effectus sit in suam causam reducendus, vt naturalis effectus in naturalem causam, & moralis in moralem, & peccatum pro formali sit moralis defectus: quoniam ad prauos mores spectat, eius causa propriè quatenus peccatum est, erit tantum moralis. Deus nequè est, nequè esse potest moralis peccatorum causa. Et ratio est; quia nequè præcipit, nequè consulit peccatū, Immo prohibet illud; vt diuina scriptura sæpissimè testatur. Operationes, quæ intrinsecæ sunt, à principio vitali dependent, id est, ab aliqua potentia rationali, siue sensitua. Impossibile enim est sine tali potentia produci. Probat, in visione, exempli gratia, est entitas, quæ est ipsa visio, & est ipsa actio, quatenus per illam oculus tendit in obiectum extra, & cognoscit illud. Considerando igitur visionem in genere entis, & in genere operationis vitalis, impossibile est operationem



rationem vitalem esse à Deo; ita vt potentia nihil operetur. Nam implicat contradictionem; quoniam propterea dicitur operatio vitalis; quia operatio animalis viuientis est.

Quare si animal non operatur, non erit vitalis operatio.

Peccatum vitalis operatio est. Et ratio à definitione peccati est: quia est dictum, vel factum, &c. Quæ quidem actiones, & operationes potentiarum sunt. Causa peccati, vel est directa, quæ per consilium, aut præceptum inducit aliquem ad malum; vel est indirecta, quæ non prohibet, cum possit, & prohibere teneatur. Deus nulla lege ad prohibendum peccatum tenetur. Et ratio est; quia ille lege aliqua tenetur, qui habet superiorem potentem aliquo præcepto illum obligare: at Deus cum nullum habeat superiorem, neque ipse sibi superior sit, nulla lege tenebitur. Causa alia efficiens: alia verò deficiens esse dicitur. Prima est, quæ actiue ad aliquam actionem concurrat; vt est ignis respectu caloris. Secunda est, quæ cum efficere, vel operari teneatur, non tamen operatur; vt nauta, qui non recte gubernat nauim, causa deficiens in gubernatione nominatur.

8. Nota.

9. Nota.

10. Nota.

11. Nota.

### CONCLUSIO I.

Nullatenus absolute concedendum est, Deum esse directè, aut indirectè peccati causam. Hæc conclusio est de fide contra Manichæos, & Lutherum, & eius sequaces. Et probatur primò autoritate vna, aut altera ex multis, quibus veritas hæc poterat demonstrari quæ in Sacra scriptura continentur. Sapient. 11. Nihil odisti eorum, quæ fecisti, & cum Deus odio habeat peccatores, & peccata. Sapient. 14. Odio enim sunt Deo impius, & impietas eius; non poterit vilo modo esse causa peccati proformali, neque illud velle. Nam Deum velle aliquid, est illud efficere, & è contra. Omnia enim, quæcunq; voluit, fecit. Ecclesiasti. 15. Non dicas, Deus me implanauit, id est, deceptit. Non enim necessarij sunt ei homines impij. Et quia nemini mandauit Deus impie agere, & nemini dedit spatium peccandi; videlicet ex intentione.

Sap. 11.

Sap. 14.

Psal. 113.

Eccl. 15.

Est etiam diffinita in cõcil. Trid. sess. 6. can. 6. vbi ita legitur. Siquis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas

Cõc. Trid.

D. *Aug.*D. *Fulgent.*

facere, sed mala opera; ita ut bona Deum operari non permiffiue solùm; sed etiam propriè, & perse adeo, ut sit proprium eius opus non minus perditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit. Hanc veritatem catholicam professi sunt D. Aug. lib. 83. quæstionum q. 3. ubi inquit. Deo autore, nemo fit deterior. Et B. Fulgentius, qui ita ait. Deus non est autor eius, cuius est ultor; & si Deus esset causa peccati proformali, absque dubio esset iniustus puniens peccatum, cuius ipse fuit principalis causa. Et ratione confirmatur; quia implicat contradictionem Deum velle peccatum proformali. Nam peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, id est, contra Dei voluntatē. Voluntas enim signi ipsius Dei lex Dei est, & tunc peccatum esset simul volitum, & non volitum, quod manifestā indicat contradictionem. Quod autem indirectè peccati causa esse non possit prohibendo, scilicet, mala, cum possit. Patet; quoniam tunc peccata non prohibenti imputantur, quādo potest, & tenetur illa prohibere; ut submersio navis nautæ imputatur, eò quod illā prohibere tenebatur. Et cum Deus nulla lege obligetur; ut constat ex notabili decimo, non imputabūtur illi peccata: quāvis possit prohibere. Lege omnino Vegam ubi suprā.

## CONCLUSIO II.

Deus, loquendo de malitia morali peccati, quatenus est conuersio ad creaturas, & quatenus est formale positivum peccati est eius, non moralis; sed naturalis causa. Intellige conclusionem de entitate positiva actus; quod satis exempla hic posita declarant. Prima pars, nempe, quod non sit moralis causa, patet ex notabilibus positis. Non enim consulit, aut præcipit huiusmodi malitiam moralem, immò illam omnino prohibet. Et confirmatur exemplis ex Vega ubi sup. desumptis. Neque enim fabro homicidium patratum gladio ab ipso bona intentione facto imputatur. Deinde sicut intelligentiæ matrici orbium cœlestium non imputantur facinora, quæ, nisi cœli mouerentur, nullatenus ab hominibus committerentur; ita neque Deo sunt adscribenda. Bene conscia est intelligentiæ flagitiorum, quæ per motum cœlorum ab ipsa factum, efficiuntur. Nam si ipsa non moueret cœlum, neque manus ad homicidium posset

posset moueri, quare volēs colorū motū, vult etiā istorū inferiorū motū: nec tamē ideò dicitur esse peccati causa. Quoniam neq; præcipit, neq; cōsultat illud. Eodē igitur modo, cū de causis peccatorū agimus, est de ipso Deo theologandum.

*Prima diffic. Quomodo fieri potest: vt Deus sit causa peccati pro materiali, & nullo modo ei peccatum imputetur?*

**V**Arij doctores varios modos inuestigarūt, quibus Deū Opt. Max. à peccato defēderēt, quāuis sit mala actionis causa. Primus modus est Durādi, asserētis Deū nō cōcurrere immediatē ad actiones malas peccatorū; sed mediatē, & hāc ob causam nō imputari Deo peccatū. Et nota esse cōcursum immediatū, quādo agens perse ipsum operatur effectum, quomodo pater concurret ad prolis generationem; mediatum autem esse, quando agēs est causa causæ, vt auus respectu nepotis. Vnde dicit Durādus, Deū non concurrere, siue causare ad actiones peccatorū immediatē, sed mediatē, eò q̄ creauit olim liberū hominis arbitrium, & nunc cōseruat, à quo immediatē peccatū procedit. Cuius verba sunt. Deus nō est causa actionum liberi arbitrij, &c. & paulò inferius colligit rationē dicens. Si ergo Deus causat immediatē, &c. Hic modus ab omnibus theologis rejicitur. Et meritò quidem; quia innititur fundamento cuidam, plusquā falso. Nempe, Deū non causare actionem peccati immediatē, &c. quod planē est erroneū. Neq; enim ob hoc solū dicitur Deus cōcurrere cū causis secūdis ad illarū operationes, q̄ à principio rerū species causauerit, & nūc earū indiuidua conseruet: verū etiā, quia simul cū causis secūdis ad earū operationes cōcurrat. Quod multis in locis diuina scriptura testatur. Ioan. i. Omnia per ipsum facta sunt; quod quidē esset falsum, si Deus mediatē tantum res ipsas causaret. Nam causa mediata non perse; sed per aliam agit. Et rursus Ioan. 5. Pater meus vsquē modo operatur, & ego operor. Qui locus intelligendus est de indiuiduorū, & non specierū creatione. Quia post primā creationē mundi nō creauit Deus aliquam nouam speciem.

*Durā. vbi. 5.*

*Duran. caute legendus.*

*Ioan. i.*

*Ioan. c. 5.*

Et

*Gen. c. 2.**Caiet. vbi. s̄.**S. Tho. & est**cauè legend.**Gregor.*

Et ideò dicitur Gen. 2. Et die septimo requieuit Deus ab opere, quod patrauerat. Secundus modus est Caietani, qui, vt ex eius litera colligitur, tenet Deū esse peccati causam, quatenus est malum morale, includens priuationem virtutis oppositæ: non tamen quatenus est malum simpliciter, hic modus ab omnibus rejicitur. Et ratio est: quia illa priuatio reſtitutionis virtutis oppositæ est formale peccati, & de sententia Caietani à Deo causatur. Et ideò hæc opinio parum ab opinione hæreticorum, tribuentium Deo causalitatem peccatorum, distare videtur. Deinde cū illa reſtitutionis priuatio sit contraria honesto, nullo modo fiet à Deo; quoniam Deus non est inhonestatis causa. Tertius modus est Gregorij Ariminensis in 2. distin. 34. art. 3. asserentis, peccatum non habere causam. Qui modus dicendi est falsus: nam ex eo sequitur, vel quòd homo non sit causa peccati, vel quòd Deus erit causa peccati per accidens, sicut, & homo. Deinde subditi Deus facit actum malum; sed nō malè, nequè contra rectam rationis regulam, vt quando quis adulterium committit, Deus licite puerum producit; homo verò illicitè. Hoc etiam dictum est absurdum; quoniam absurdissimum, & valdè absonum est, concedere Deum esse mali culpæ causam, & autorem. Tandem addit; Deus non est in causa; vt homo exerceat talem actum, confert tantum illi liberum arbitrium, sine quo operari non potest. Sed ex hoc, quòd dat liberum arbitrium, per quod homo peccat, non dicitur causa peccati. Hoc vltimum dictum non indiget refutatione, cū iam sit refutatum, cum opinione Durandi, in quam defleſcit. Quartus modus est Gabrielis, & Ocham: ij enim tenent, quòd Deus in rigore, & in locutionis proprietate est causa peccati: quam quidem locutionem duplici sensu explicant. Et primus est, quòd Deus est causa actus mali, qui sensus verus est, vt prædicti doctores opinantur. Secundus sensus est, quòd Deus peccat: & sensus iste est falsus, vt in prima conclusione sequenti declarabitur. Quintum modum affert Magister falsissimum quorundam dicentium, actum peccati non esse à Deo: sed ab homine, vel à diabolo. Hunc modum, tanquam erroneum, deserunt omnes theologi.

*Gabr.**Ocham.**Quintus modus.**Mag. d. 37.**Sextus*

Sextus modus dicendi est S. Thom. D. Bona. Scoti, & Ricar. qui opinantur, Deum esse causam peccati solum pro materiali. Non tamen ei imputari; propterea quod non est causa formalis peccati. Formale enim peccati non est entitas positiva; sed est tantum privatio rectitudinis, quae a libero arbitrio, tanquam a causa non agente; sed deficiente causatur. Deus autem causa deficiens respectu cuiuscunque effectus non est: sed efficiens causa. Ultimus modus est Soti, Vega, & Cani, qui omnes vno ore consentunt, Deum esse causam cuiuscunque entitatis positivae, quae est in ipsa actione peccati; non tamen sibi peccatum imputari; neque absolutè peccati causam esse nuncupandum. Et ratio illorum est; quia, quamvis sit causa naturalis illius actionis peccati, non tamen est causa moralis. Lege notabilia in principio huius articuli posita.

D. Bona.  
Scot.  
Ricar. eadē  
dist.  
Soto.  
Vega.  
Cano. vbi. 5.

CONCLUSIO I.

Deum non posse peccare evidentissimis autoritatibus, & rationibus potest demonstrari. Nam D. Paul. tanquam eui dentem veritatem, hanc conclusionem confitetur, quando dicit. Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Et Psalm. 5. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Confirmatur rationibus; quia cum Deus sit omnipotens, non poterit deficere; & ex consequenti neque peccare. Posse enim peccare, & posse deficere pro eodem a D. August. accipiuntur. Deinde Deus est summa bonitas, quae maior, & melior excogitari non potest, & si posset peccare (quod est impossibile) alia maior bonitas posset excogitari, nempe illa, quae peccare non posset. Hac conclusione confutatur quartus modus.

Roma. 9.  
Psalm. 5.  
D. Aug. lib.  
2. de symb.  
cap. 1.

CONCLUSIO II.

Quintus modus dicendi est erroneus. Haec conclusio probata manet in conclusionibus huius articuli. Et confirmatur, quia si aliqua actio, ut dicit modus ille, non sit a Deo, apertissimè colligitur, Deum non esse primum ens, neque primum actum per essentiam. Siquidem esset aliquod ens, & aliqua actio, quae non esset ab ipso Deo. Cum omnia per ipsum facta sint.

Ioan. 1.

CONCLUSIO III.

Peccatum, quatenus est entitas quaedam, immediate a Deo efficitur.



efficitur. Hæc conclusio est cõmunis, iuxta sextũ, & vltimũ modum. Et præter autoritates, & rationes, quæ in cõfutatione illius modi fuerunt adductæ, confirmatur. Nam Deus cõcurrit; vt causa prima ad omnes operationes secundarũ causarum, siue libera, siue naturales sint; quare concurrit immediatè, vt ex prædictis patet. Aliter enim si mediatè tantũ concurreret, non esset prima causa, neq; haberet perfectissimũ causandi modum, qui soli primæ causæ tribuitur. Hæc eadem conclusio est D. August. 3. de Trinitate, vbi dicitur, Deum per suam voluntatem esse causam omnium motionũ liberi arbitrij. Et cum peccatum pro materiali sit operatio liberi arbitrij, sequitur velle illam entitatem, & ex consequenti eandem efficere.

*D. Aug. 3.  
de Trinit.*

*Appen. 1.*

*Dub.*

*Dub.*

Hinc colligitur Deum esse causam motionis linguæ blasphemantis, & occisionis, & extensionis manus alienum furantis. Et ratio est, quia sicut concurrit Deus cum bruto, & leone ad hominem deuorandum; ita etiam cum homine ad peccati actionem efficiendam. Quærenti autem, quid sit iste Dei concursus? Respondebis, esse volitionem secundã ipsius Dei, qua vult omnes causas, tam liberæ, quàm naturales suas operationes exercere. Et quia peccatum est operatio hominis, vult Deus illam operationem, & ita talis operationis dicitur esse causa. Per contanti verò, si Deus vult peccatum. Cur igitur illud sub gehennæ condemnatione prohibet? Satisfacies, si dicas, duplicem esse Dei voluntatè: Vna es signi, quæ est ipsum præceptum, aut consilium diuinum. Quia præceptum est signum voluntatis diuinæ. Altera verò est voluntas beneplaciti efficax, vnde sequitur Deum multa vel le voluntate beneplaciti, quæ voluntate signi prohibet. Huius generis sunt omnes operationes peccatorum pro materiali, quas Deus voluntate efficaci vult. Peccatum autem pro formali dicitur velle permissiuè: propterea quòd potest illam priuationem rectitudinis prohibere, & non prohibet.

### CONCLUSIO IIII.

Si de peccato loquamur, quatenus est defectus rectitudinis virtutis oppositæ, Deus nullo modo potest esse illius priuationis

tionis causa. Hæc est contra Caietanum. Et præter rationes inter disputandum contra illū propositas, confirmatur: quia peccatum, quatenus est priuatio rectitudinis; aut prout est auersio à Deo, cum non sit entitas positua, nõ habet causam efficientem; sed deficientem dütaxat, eò q̄ liberū arbitrium non sequitur rectam rationem. Deus autem nullo modo est causa deficiens: quoniam ex parte sua paratus est dare actui debitam rectitudinem.

Hinc, liberum arbitrium solū erit deficiens causa, quò fit, vt sibi tantū defectus imputetur. Alij modi dicendi iam sunt proprijs in locis confutati. Dub. Quomodo fieri potest: vt sit aliquis actus à Deo, & defectus rectitudinis, qui naturaliter ipsum actum consequitur, Deo non ascribatur? Verbi gratia in malis, quæ habent intrinsecam malitiam: vt in odio Dei, & mendacio, & alijs id genus malis. Respondeo ex notabilibus in principio positis, & sit conclusio.

CONCLUSIO.

Nullo pacto est talis defectus Deo tribuendus. Et ratio est: quoniam perfectio actus necessariò debet esse ex causis perfectis: defectus verò satis est, vt ab altera tantū causa deficiente fit. Illustro rem vno, atq; altero exemplo: vt ad motum deambulantis, & habentis alteram tybiam breuiorem, concurrunt anima, tãquàm causa principalis, & etiam tybia: attamen claudicatio non est ab anima, quæ parata est rectè mouere corpus: sed provenit ex defectu alterius tybia: quoniam perbreuis est. Tum etiam, vt defectus scripturæ non emanat ab inertia optimè scribentis: sed ex papyri, aut calami defectu: ita etiam est in proposito theologadum. Quãuis enim actus peccati sit à Deo, & à libero arbitrio: defectus tamen Deo, qui paratus erat præstare omnem perfectionem actui, non est imputandus: sed solū libero arbitrio, quod rectam rationem non sequitur.

Hinc, maxima illa, nempe, quando cūq; aliqua sunt inseparabilia, quicquid est causa vnius, necessariò est causa alterius, est vera, quando; vel vtrumquè est quid positiuū; vel vtrūq; dicit perfectionem. Secus verò, quando alterū est priuariuū: & imperfectionē significat. Exempli gratia in hoc discursu:   
omnis

Append. 2.

Vega vbi. 5.

Append. 3.

omnis lapis est insensibilis, homo est lapis: ergo homo est insensibilis. Consequentia est bona, & conclusio colligitur ex utraq; præmissa in Darij: falsitas tamen, & defectus veritatis in conclusione solum ex minori propositione emanat: ita à simili in proposito dicendum est. Nam quamvis privatio recititudinis sit odio Dei annexa; non tamen ab ipso Deo causante actum provenit; sed à libero arbitrio deficiente, idest, non sequente rectam rationem.

*Alex. Alen.*

*1. p. q. 29. m.*

*4.*

*S. Tho. q. 79.*

*art. 3. 1. 2.*

*Vega lib. 13.*

*super concil.*

*Trid. cap. 12*

*Castro ver.*

*malum.*

*Heresi. 1.*

*Nota.*

*Secunda diffic. Est ne Deus causa excæcationis, indurationis, & aggravationis?*

**D**E hac difficultate multa supra scripsimus; verum breviter erunt aliqua perstringenda. Et nota trifariam indurationem accipi. Primò pro subtractione auxiliij specialis. Secundò pro impunitate peccatorum. Tertiò pro occasione invidiæ, quam mali ex beneficijs, quæ Deus sanctis suis confert, sumunt.

#### C O N C L U S I O I.

Si induratio, sine obstinatio pro impoenitentia, & proposito perseverandi in peccato sumatur, nullo modo est à Deo. Et ratio ex præcedenti difficultate est; quoniam huiusmodi impoenitentia est peccatum, & peccatum à Deo non est.

#### C O N C L U S I O II.

Si hæc tria, scilicet, induratio, & excæcatio, & aggravatio pro subtractione specialis auxiliij necessarij ad credendum, poenitendum, & audiendum, quæ recta sunt, accipiuntur, à Deo esse dicuntur. Hæc conclusio multis sacræ scripturæ testimonijs probatur. Quibus præmittenda sunt, quæ sequuntur. Nempe, sicut triplex est effectus specialis gratiæ: ita triplex est divina desertio, nempe, aggravatio, excæcatio, & induratio. Nam quidam eorum exigentibus meritis à Deo deferuntur, quominus possint, stante desertione, credere: & hæc excæcatio vocatur. Quoniam lumini fidei opponitur, quo mens; ut evangelicæ veritati præstet assensum, illustratur. Alia desertio aggravatio nominatur, & est subtractio auxiliij diuini:

diuini: quominus quis monitis, & increpationibus saluberrimis velit auditum præbere. Induratio verò est respectu voluntatis, & est subtractio auxiliij diuini; quominus flagitiorum poenitere valeat. Iam probatur conclusio de induratione, & excæcatione perfidiæ Iudæorum, Ioan. 12. vbi legitur. Cum tanta signa Christus fecisset coram eis, non credebant in eum: vt sermo Isaïæ impleretur, quem dixit. Domine quis credit auditui nostro, & excæcauit oculos eorum, &c. vsq; & sanem eos. Et de aggrauatione scriptum est; aures eius aggraua, quasi dicat. Tanta est huius populi malitia; vt mæreantur à Deo destitui, ne auxilium necessarium ad amplectendam correctionem accipiant. Hoc enim est proprium obstinatorum egerrimè ferre increpationes. Contra verò est prædestinatorum proprium, libenter increpationes ferre.

Dub. Circa primam conclusionem huius difficultatis, in qua dicitur indurationem positiuam, scilicet, pro impoenitentia, & proposito, &c. sumptam non esse à Deo. Nam ratio dubitandi est; quia cum induratio positiuam sit peccatum, & poena peccati; poena autè peccati sit etiam à Deo, erit etiam, & peccatum pro formalis à Deo. Hoc dubium soluit Caietanus super illa verba secundi regum. 12. Ecce ego suscitabo, &c. Et super illa verba Dauidis. Dimitte illum. Dominus enim præcepit ei; vt malediceret, &c. Dicit enim Deus esse causam peccati, non quatenus culpa est; sed quatenus illa culpa est poena alterius peccati. Quæ quidem opinio est periculosa. Et ratio est: quia ex ea sequitur absolute Deum esse peccati causam: quod ita apertissime colligo. Deus est causa peccati, quatenus peccatum est poena, & peccatum quatenus poena est verè culpa, erit igitur verissime Deus causa culpæ. Quamobrem sequens solutio erit longè præstantior, & commodior, nempe, qd eodem modo, quo Deus est causa culpæ, est quoq; causa poenæ, quando culpa est poena, scilicet, permissiuè, subtrahendo, nempe, auxilium. Nam subtrahit auxilium in poenam peccatorum præcedentium, & ita est causa permissiuam culpæ, & poenæ, quæ sunt vnum, & idem: respectiuè tamen differunt. Nam est culpa, quatenus est auersio, & est poena, quatenus homo à Deo in vindictam præ-

Ioan. 12.  
Isai. 53.  
Isai. 6.  
Leg. de hac re Cyrill. in Catechesi. 6.  
D. Aug. lib. 1. ad Simpl.  
Epist. 105  
& lib. de essentia diuini  
& serm. de Pharaonis indura. & lib. 5. contra Iulian. c. 3.  
Euthy. in c. Ioan. 15.  
Damas. lib. 4. c. 20.  
Orig. lib. 3.  
Caiet. 2.  
Regum. 12.  
2. Regum c. 16. cau. leg. è.



*Exodi. 9.*

dentium delictorum deseritur. Et tunc intentio Dei deserentis præcipua non est punire peccatum præcedens per aliud peccatum subsequens; sed solum intendit ex malis elicere bonum, subtrahendo auxilium. Quod D. Paul. ad Roman. apertissimè docuit, quando dixit, In hoc ipsum excitavi te, vt ostendam in te virtutem meam, &c. Et paulò inferius. Volens Deus ostendere iram, &c. sustinuit in multa patientia vasa iræ, id est, peccatores, qui propter iram, & vindictâ Dei deseruntur.

*Appen.*

Hinc, quando Deus induravit Pharaonem non fuit eius intentio, vt Pharaeo peccaret; sed vt exercèdo in illo vindictâ per multa miracula, potètiâ suâ ostèderet, ac manifestaret.

*Tertia diffic. Denegat ne Deus aliquando omnia auxilia necessaria ad cauendum peccatum?*

*S. Thom.**Adrian.**Roffensis.**Vega.**Soto.**Nota.*

**D**E Hac difficultate sup. in materia de gratia, & libero arbitrio multa diximus. Et sunt circa illam duæ opinioniones, quæ videntur extremæ: sed non sunt; si vt deceat, intelligantur. Prima tenet, Deum plerumq; negare auxilium speciale quibusdam ad vitandum peccatum, quod quidem si præbuisset, non peccassent. Hæc fuit opinio S. Thom. artic. 1. q. citatæ, quem sequuntur Adria. in. 4. q. 3. de pœnit. & Roffensis contra Lutherum art. 36. Opposita in opinionem defendunt recentiores theologi, Vega vbi suprâ, & Soto de nat. & grat. lib. 1. cap. 18. & 19. qui opinantur Deum nemini negare auxilium simpliciter necessarium ad pœnitentiam. Auxilium excitans: aut est sufficiens ad conuersionem: vt remorsus conscientiæ, inspirationes diuinæ internæ, & alia huiusmodi: aut est superabundans, vt miracula.

### CONCLUSIO I.

*Proverb. c. 1.**Matth. 23.*

Auxilium sufficiens excitans ad iustificationem nulli denegatur. Constat multis Sacræ scripturæ testimonijs. Proverbiorum cap. 1. Vocavi, & renuistis, &c. Et Matthæ. 23. Quociens volui congregare, &c. Et ratione confirmatur: quia

Deus



Deus in necessarijs nunquam deficit. Legitur enim in Apocalypsi. Ego sto ad ostium, &c. Et cum auxilium excitans, ac sufficiens sit necessarium, nunquam profecto denegabitur.

*Apoc. c. 3.*

CONCLUSIO II.

Auxilium concomitans, idest, gratia adiuuans, quæ est auxilium efficax, omninò necessaria ad conuersionem, plerumque denegatur. Patet multis sacræ scripturæ exemplis. Cain enim, Sauli, Antiocho, Iudæ, & alijs, quorum impoenitentiam sacra scriptura refert, fuit tale auxilium denegatum. Atque etiam superabundans: ut est miraculum multis denegatur. Et confirmatur ratione; quia gratia adiuuans est omninò infrustrabilis: quare si Deus eam reprobis, quos scriptura sacra commemorat, impartitus fuisset, absque dubio peccitissent. Et de hoc auxilio loquuntur B. Thom. Adrian. & Roffensis: de priori verò Soto, & Vega.

*Quarta diffi. Ordinatur ne semper excæcatio à Deo in bonum illius, qui excæcatur.*

*Alex. Alen.*

*1. p. q. 38. m.*

*3. art. 2.*

*S. Thom. art.*

*4. ubi. 5.*

*1. Nota.*

*2. Nota.*

*Rom. c. 8.*

*3. Nota.*

**H**ic non est disputatio de induratione positua, scilicet, de proposito perseverandi in peccato: sed de induratione, & excæcatione negatiua ex parte Dei. Peccatum ex natura rei ad damnationem peccantis ordinatur. Patet ad Rom. 8. Stipendium peccati mors. Ex diuina tamè misericordia plerumquæ ad salutem peccantis: ut cautiùs in posterum uiuat, ordinatur. Ita enim Dauid post adulterium, & Petrus post negationem humiliati sunt; ut diligentius deinceps peccata cauerent. Aliter loquendum est de induratione reprobatorum, qualis fuit Pharaonis induratio; & aliter de induratione prædestinatorum.

CONCLUSIO I.

*De pæn. d. 3.*

Induratio, siue excæcatio reprobatorum ad eorundem damnationem ordinatur. Patet exemplis positis Iudæ, Saulis, Antiochi, &c.

*c. sunt plures*

*§. autoritas.*

CONCLUSIO II.

Obduratio, siue excæcatio prædestinatorum semper ad eorum

Aa 2 salutem;

*Ad Rom. 8.* salutem; vt cautiùs postquam recipuerint, viuant, ordinatur. Patet ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti prædestinati. Et sub signo vniuersali, omnia, consideranda, & attendenda sunt quoq; peccata, quæ etiam in bonû prædestinatorum; vt dictum est, cadunt.

*Art. II. An diabolus sit causa peccati?*

*In. 1. parte  
huius secūdi  
d. 8. q. 3. diffi  
cul. 12. & in  
frâ, & q. 4.  
ibidem, & in  
hac. 2. p. dist.  
24. & 25. q.  
vnica. art. 1.  
diffi. 7. & 8.*

**D**E hoc articulo disseruimus locis in margine citatis. Lege ibidem doctores, & hic. S. Thom. 1. 2. quæst. 80. & Castrum verbo peccatum, hæresi. 3. Dupliciter aliquid dicitur effici, siue causari. Primò directè, & est illud positiuè efficere, quo modo sola voluntas, aut Deus causat suas operationes voluntatis ipsius directè. Indirectè autem efficere, est causam efficientem persuasionibus mouere, & hoc modo dicuntur operationes voluntatis à consulente, siue persuadente effici, & causari.

**CONCLUSIO I.**

Voluntas à seipsa sola directè ad peccandum mouetur. Et ratio est; quia sola peccato assensum præstat, & peccati effectum efficit.

**CONCLUSIO II.**

Indirectè plerunquè à diabolo ad peccandum mouetur. Et ratio est; quia sæpè in corpore assumpto apparet, & hominem sub specie boni ad malum inducit, & illi peccati obiectum proponit. Confirmatur conclusio exemplo Henæ, quæ diaboli suassione, & visione obiecti delectabilis fuit ad sumendum cibum vetitum, inducta. Quæ non satis fuissent, nisi illa volens, actum peccati eliciuisset. Quo autem modo inuisibiliter possit hominem ad peccandum mouere? Et vtrû natura corporalis eius imperio subijciatur? Et an possit homini ad peccandum compellere? Et vtrû omnia peccata sint ex suggestione diaboli? suprà in hoc libro locis in margine citatis hæc explicata fuerunt.

*Hæresis.*

Hinc, confutatur hæresis, lege Castrum vbi suprà? Dicebant enim peccatum non esse, nisi à dæmone.

*Artic.*

Artic. III. Vtrum vnum peccatū sit causa, & principium alterius peccati?

IN hoc tractatu de peccatis hic articulus fuit à nobis explanatus. Vide doctores ibidē citatos, & S. Tho. 1. 2. q. 34.

Quæst. VIII. De effectibus peccatorum.

Alex. Alex.

in. 1. p. q. 19.

in. 2. p. q. 95.

¶ 96.

S. Tho. 1. 2. q.

85. & in. 1.

p. q. 48. art. 4

¶ q. 2. de

malo art. 11.

¶ 12. doct.

d. 34. ¶ 5.

D. Bona, art.

1.

1. Nota.

2. Nota.

DE hac quæstione nonnulla sup. in hoc tractatu attingimus, nunc extremam illis manum imponamus.

Artic. I. Vtrum peccatum corrumpat bonum naturæ?

BONUM naturæ est triplex. Primum dicitur potentia aliqua operatiua. Secundum vocatur inclinatio, & aptitudo ad virtutes. Tertiū est iustitia originalis, quæ olim bonum naturæ dicebatur. Quoniam si Adam non peccasset, de lege in singulis indiuiduis esset concreanda. Inclinatio naturalis est eadem potentia passiuæ ad recipiendum, non quamcunque formam, sed sibi conuenientem, per quam subiectum perficitur. Et dicitur aptitudo, siue propria passio subiecti, quæ non distinguitur à subiecto, cum ex forma substantiali eius subiecti pullulet. Quæ quidem inclinatio naturalis inest cuiuscunque rationali creaturæ ad quodcunque genus virtutis, etiam supernaturalis, recipiendum, vt in tractatu de gratia suprâ diximus.

Prima Propositio.

Bonum naturæ primo modo per peccatum non extenuatur. Hæc est communis sententia Theologorum: quoniam, teste B. Dionysi, etiam in dæmonibus naturalia manserunt integra. Iisdem enim naturalibus potentijs fruuntur quoque homines, tam iusti, quam peccatores.

B. Dionys. 4  
de diu. nom.

*Secunda Propositio.**Lucæ. 10.*

Secundum bonum, nempe, inclinatio, &c. per peccatum diminuitur. Constat *Lucæ. 10.* In parabola hominis descendens ab Hierusalem in Ierico, quem latrones donis supernaturalibus expolauerunt, &c. Et ratione confirmatur, quia vnum contrarium extenuat aliud, & homo per peccatum inclinatur ad malum. *Genesi. 8.* Sensus, & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum, &c. Quare per peccatum inclinatio ad virtutes extenuatur.

*Gen. 8.**Tertia Propositio.*

Tertium bonum, nempe, originalis iustitia, omninò fuit per peccatum deletum. Hæc propositio fulsissimè fuit probata suprà vbi de iustit. originali, & peccato originali actum est.

Dub. Deletur ne inclinatio ad bonū omninò per peccatū?

*S. Tho. art. 2.**Galij vbi. 3.**Prima Propositio.*

Inclinatio ad bonum ex parte potentia, cui idèptificatur, neq; diminuitur, neq; deletur. Cōstat ex prima propositione proximæ difficultatis: quia est naturalis, & naturalia māsferunt integra.

*Secunda Propositio.**S. Thom.*

Talis inclinatio ex parte vsus, & exercitij, per peccatū minuitur; atq; etiam per habitū potest totaliter impediri, quo minus ad actū reducatur. Cōfirmat hanc propositionem *S. Thom.* exemplo: Nā, vt aeris nebulosi, cuius inclinatio plerūq; impeditur, quo minus possit ad actum reduci, idest, lumē suscipere; perindè potentia aquilæ ad volandum pōdere sibi in pede alligato extenuatur; quo minus possit facilè volare; ita à simili potentia, siue inclinatio rationalis creaturæ, licet non in se possit minui, aut deleri; benè tamen propter peccatum eius exercitium potest extenuari. Nam plerunq; magis nos virtutum, quàm, vitiorum tædet, Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam.

*Sap. 6. 9.**Prima*

*Prima diffic. Sunt ne quatuor tantum peccatorum*

*vulnera.*

**I**am supra in hoc tractatu de his etiam verba fecimus, & reuoca in memoriam per subtractionem iustitiæ originalis vires sensitivas mansisse contumaces aduersus rationem, & rationem minus Deo subiectam.

*Propositio.*

Quadruplex est peccati vulnera. Et ratio est; quia intellectus, quò ad prudentiam, voluntas quò ad iustitiam, irascibilis quò ad fortitudinem, concupiscibilis quò ad temperantiam manserunt vulnerata. Quæ quidem vulnera, ita sunt intelligenda: propterea quòd, huiusmodi potentia maxima cum difficultate suas exercent operationes. Difficillimè enim intellectus veritates practicas intelligit, & voluntas maximo cum tædio iustitiam exercet; similiterquè, de alijs potentijs theologandum est.

*Secunda diffic. Prænotatio modi speciei, & ordinis est ne effectus peccati.*

**I**N Quocunq; ente perfecto est modus, idest, certa mensura perfectionis naturalis. Dicitur enim. 8. Metaph. species rerum sunt, sicut numeri, scilicet, quò ad perfectionem essentiarum. Quia vnum quodquè ens, habet formam, vnde sumit speciem. Habet quoquè, & ordinem, hoc est, determinatum ad aliquem finem, quod idem est, cum eo, quod dicitur, omnia in numero, pondere, & mensura disposita fuisse.

*Prima Propositio.*

Per peccatum modus, species, & ordo rationalis creaturæ, quantum ad substantiam minimè tollitur. Ratio est: quia post peccatum naturalia manserunt integra; minuuntur tamen, quò ad inclinationem, quantum ad exercitium: vt modo diximus.

Alex. Alen.  
q. 96. m. 2.  
art. 1. & 2.  
S. Tho. art. 3.  
vbi. S. Doct.  
res. d. 38.

Alex. Alen.  
m. 3. p. 4. art.  
S. Tho. art. 4.  
& alij vbi. S.  
Nota.  
Arist.  
S. Bona. d. 3.  
art. 2. q. 1.  
Sap. I. 1.



*Secunda Propositio.*

Quò ad gratiam per peccatum ordo, modus, & species tolluntur. Quia peccatum destruit gratiam, qua destructa, tollitur gratiæ modus, species, & ordo.

*Tertia Propositio.*

Quò ad actus virtutum omne peccatū modum, speciem, & ordinem virtutis oppositæ destruit. Probatum exemplo. Nam factum, verbi gratia, impedit actum iustitiæ, qua destructa, eius modus, species, & ordo, ita destruitur: vt nihil eius maneat. Hæc de effectibus peccati quò ad animam.

Alex. Alen.

q. 105. m. 2.

S. Tho. art. 5

Vbi. §. Doct.

d. 30.

Gen. 3.

Gen. 3.

Rom. c. 5.

Heresis.

D. Aug. de

ciuit. Dei.

Castr.

S. Tho. art. 6

Vbi. §.

Nota.

*Artic. II. De effectibus peccati quantum ad corpus.*

*Prima diffi. Vtrum mors, & alia corporeæ calamitates sint peccati effectus.*

## C O N C L U S I O.

Sunt quidem. Hæc est de fide. Et habetur multis in locis sacre scripturæ expressè: vt Gene. 3. In sudore vultus tui, &c. Et puluis es, &c. Et ad Roma. 5. Per vnū hominē intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors. Fuit etiam definita in varijs concilijs Mileuitano, Arausicano, Tridentino, & Affricano c. 36. contra Pelagium affirmatē, quò quāuis homo nō peccasset, mortuus fuisset. In quē inuehitur D. August. multis in locis; vt decimotertio de ciuitate Dei c. 15. & alibi persæpe. Lege Castrum verb. Adam hæresi. 4.

*Secunda diffi. Mors est ne modo homini naturalis.*

Natura, vel est particularis, vel est vniuersalis. Hæc diuisio probatur à diffinitione naturæ: nam virtus actiua, & conseruatiua cuiuscunq; rei, dicitur natura; sed in vnoquoquē indiuiduo est virtus conseruatiua sui ipsius: vt est in homine, & in animali calor naturalis, & in corporibus coelestibus est virtus conseruatix vniuersi: vt sunt planetæ, &c. Ergo illa, quæ est in indiuiduo, particularis natura, & ista,

ista, quæ est in corporibus cœlestibus, vniuersalis natura erit censenda.

*Prima Propositio.*

Si homo secundum animam consideretur, mors est cōtra naturam. Et ratio est; quia cū forma sit principium essendi, non erit corruptionis principium.

*Secunda Propositio.*

Si hominem secundum materiam, & in comparatione ad vniuersalem naturam, scilicet, ad elemēta, cœlum, & Deum, quæ sunt causæ vniuersales conseruantes vniuersum, contēplemur: tūc mors est homini naturalis. Et ratio est; quoniam Deus intendit vniuersi conseruationē, & non potest vniuersum, nisi per generationem, & corruptionem conseruare. Quamobrem ex hac parte, & ex parte materiæ alias formas appetentis erit corruptio homini naturalis.

Ex prima propositione sequitur, Deum vocari naturam: Append. propterea ꝑ omnem naturam particularem conseruat.

*Art. III. Peccatum efficit ne maculam in anima?*

**D**Væ sunt cōtrariæ sentētię. Prima S. Tho. qui affirmat maculā solū significare priuationē gratiæ, & nitoris, quatenus à peccato efficitur. Secunda, & contraria est Scoti, qui tenet hæc tria, scilicet, maculam, reatum, & offensam nihil aliud esse, quàm relationem rationis, scilicet, obligationem passiuam peccatoris ad gehennam. Quæ quidem obligatio iuxta varios respectus sortitur hæc tria nomina. Nam dicitur macula; quoniam est discōueniens animæ manere obligatam ad gehennam. Vocatur offensa; propterea ꝑ Deum offendi, est Deum irasci. & Deum irasci, est velle peccatorem punire, id est, velle illum ad gehennam obligare. Appellatur etiam reatus propriè, id est, obligatio ad gehennam. Verūm, quia de hoc articulo in libro controuersiarum latius disputabitur, sit modò.

*S. Tho. q. 86.  
1. 2. art. 2.  
Scot. in. 4. d.  
14. q. 1. nat.  
existo. 24. q.  
1. c. omnibus  
& 32. q. 4. c.  
recurrat in  
fin.*

## CONCLUSIO.

*Eccle. 47.*  
*Ephe. c. 5.*

Macula est præcipuus peccati mortalis effectus. Probatur primò. Ecclesiast. 47. vbi de Salomone legitur. Dediti maculam gloriæ tuæ. Et ad Ephesios. 5. Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, nequè rugam. Maculam, idest, culpam. Rugam, idest, peccati vestigium, quod est obligatio ad pœnam temporalem. Et confirmatur ratione à definitione maculæ. Nam macula est priuatio nitore rationis, & gratiæ; & cum ex peccato anima maneat denia à recta ratione, & absquè gratia: erit profectò maculata macula, à peccato præcedenti causata, siue effecta.

Dub. Quamdiu manet macula in anima?

## CONCLUSIO.

*Iosue. 22.*

Transiente actu, manet in anima donec virtute pœnitentiæ deleatur. Hæc conclusio colligitur Iosue. 22. Vbi increpans Deus, & exprobans Iudæis impœnitentiam, in qua, transacto peccato, perseuerabant, ita ait. An parum vobis est, quòd peccatis in Beelphegor; & vsquè in præsentem diem macula huius scœleris in vobis permanet. Et ratione confirmatur: quia cum macula sit auersio, idest, inimicitia Dei, & transiente actu peccati, maneat peccator inimicus, manebit in eo macula, quæ non delebitur, donec per actum contrarium, dicendo se nolle hoc fecisse, ad rationem, & ad Deum conuertatur.

*S. Tho. q. 87.*  
*3. 1. 2.*

*Artic. IIII. Vtrùm reatus ad pœnam sit effectus peccati?*

**S**ENSUS tituli est. Vtrùm aliquem manere dignum pœnæ sit peccati effectus?

## CONCLUSIO I.

Reatus, idest, quòd peccans sit pœna dignus, est peccati effectus. Et ratio est; quia omnis peccans destruit ordinem rationis, & Dei, & legis humanæ, quibus subijcitur, & parere tenetur.

tenetur: atque ita erit pœna dignus. Consequentia probatur; quoniam, quicumque agit contra aliquem ordinem, iuste à principe illius ordinis punitur; & cum peccans agat contra lumen rationis, & contra Deum, & contra hominem. Iuste quidem ab his tribus principibus punitur. A ratione per remorsum conscientiae. A Deo per gehennae tormentum. Et ab homine per temporalem pœnam. Colligitur autem reatum esse peccati effectum ex Deuteronom. 21. Vbi reus sanguinis propter effusionem sanguinis proximi dignus pœna vocatur. Et ex D. Paulo. 1. ad Corinth. 11. Qui manducat, &c. reus erit corporis, &c. Vbi dignus pœna censetur propter sacrilegium, in sumptione indigna corporis, & sanguinis Christi commissum.

Dent. 21.

1. ad Cor. 11

CONCLUSIO II.

Reatus non est directè: sed solum dispositiue peccati effectus. Et ratio est; quia pœna est bonum, & à Deo. Dicitur tamen dispositiue effectus: quia peccatum hominem ad pœnam disponit.

15. q. 1. cap. illa.

*Prima diffic. Est ne peccatum ipsum pro formati non solum culpa: verum etiam pœna?*

CIRCA Hanc difficultatem sunt duæ extremae sententiae. Et prima est Magist. in hoc. 2. lib. dist. 36. & Scoti distin. 37. quaest. vnica. Huic opinioni multi scholastici subscriperunt. Constatque sequenti dicto. Peccatum, quatenus est priuatio rectitudinis virtutis oppositæ: vel comparatur ad voluntatem vno modo, tanquam ad causam ipsiusmet priuationis deficientem; quoniam voluntas deficit elicere rectitudinem virtutis contrariæ, quam elicere tenebatur. Nam cum quis suggestionem incontinentiae concutitur, tenetur actum contrarium producere. Vel comparatur secundò peccatum ad voluntatem, tanquam ad causam materialem, & subiectum, in quo hæc rectitudinis priuatio subiicitur. Primo modo priuatio hæc culpæ

Mag. d. 36.

Scotus. d. 37.

q. 1.

rationem

*S. Tho. 1. 2. q. 89. art. 2.* rationem induit. Secundo autem modo pœnæ naturâ sapit. Secunda, & contraria sententia est S. Thom. opinantis, peccatum esse pœnam peccantis, non quatenus est priuatio rectitudinis subiectiue in voluntate, vt Scot. sentit; sed quatenus peccatum ipsum pro materiali producit quosdam effectus pœnales in anima peccatoris.

### CONCLUSIO I.

Si peccatum, quatenus est rectitudinis priuatio ad voluntatem, tanquàm ad subiectum, comparetur: quia voluntas per peccatum manet rectitudine virtutis oppositæ priuata, tunc peccatum propriè pœna dicitur. Et probatur à definitione pœnæ, quæ est priuatio alicuius boni. V.g. ieiuniũ est pœna; quia est boni delectabilis priuatio. Et elemosyna est quoq; pœna; quoniam est priuatio boni vtilis. Atquè ita priuatio boni honesti, qua voluntas peccans priuatur, est proprijsimè pœna. Tum etiam; quia pœna est inuoluntaria, idest, contrà naturæ inclinationem: & priuatio rectitudinis est, contrà inclinationem voluntatis; quia voluntatis inclinatio ad bonum honestum est magis de natura hominis, quàm inclinatio ad bonum vtile, aut delectabile. Propter eà quod est magis secundum naturam hominis, idest, secundum rationem; quæ est differentia constituens hominem.

Appen.

Hinc, duplex esse dicitur in homine inclinatio, siue affectio ad bonum. Vna, quæ dicitur affectio commodi, quæ est respectu boni vtilis, & delectabilis. Altera, quæ dicitur affectio iustitiæ, quæ est respectu boni honesti. Et in sensu huius conclusionis est vera opinio Magistri, & Scoti.

### CONCLUSIO II.

Peccatũ dicitur etiam pœna, eò quòd sit ipsius pœnæ causa. Innumeræ enim sunt pœnæ, & afflictiones, quas peccatores patiuntur. Auari enim, & lenones quantis vitæ periculis, quantisque anfractibus comparant, illi diuitias, & isti delicias. Vnde Sapientiæ. 5. Legitur. Lassati sumus in via iniquitatis. Et D. August. inquit. Iulisti, Domine, & ita est: vt vnicuiq; pœna sit, suum peccatum. Et confirmatur;

15. q. 1. c. illa.

Sap. 5.

D. Aug. lib. confess.

nam



nam sicut dicitur aliquando Deus patientia nostra, & spes nostra, &c. quæ propositiones sunt veræ in sensu causali, & non identico. Similiter & ista, peccatum est pœna, in sensu causali, est vera. Et hæc est sententia S. Thom.

*Secunda difficul. An peccatum sequens sit præcedentis peccati pœna.*

**M**Odò diximus peccatum in se ipso pœnam esse; quoniam est priuatio boni. Nunc explicandum est. An peccatum, &c. Est autem communis sententia doctorum in hoc secundo dist. 36. & 37. & S. Tho. art. 2. vbi sup. Solùm tamen in modo dicendi distinguntur. Nam S. Tho. existimat sequens peccatum esse pœnam præcedentis, ex hoc tantùm, quod Deus subtrahit auxilium necessarium ad vitandum sequentia peccata. Et ratio est; quia cum sit infensus peccatoribus, ideò deserit illos. Scot. verò alium ponit modum dicens. Defectus secundus est pœna primi peccati, pro quanto priuat se homo bono sibi maximè cõuenienti. Quorum verborum sensus est, quod peccatum sit pœna: eò quòd sit priuatio boni conuenientis, scilicet, rectitudinis. In summa respondeo. Quando pœna est malum afflictiuum, siue affligens, & positiuũ, vt tristitia, ignis, &c. efficienter à Deo caufatur. Quando autem est malum priuatiuum, solùm dicitur esse à Deo permissiuè: vt suprà diximus. Atq; ita peccatum hoc modo sequens est à Deo permissiuè: vt docet B. Paul. ad Rom. 1. dicens. Propter quod tradidit, &c. Et tunc peccatũ est pœna prioris peccati. Et ita B. Paul. affirmat in pœnam præcedentium peccatorum Deum tradidisse gentes in desideria cordis eorum. Quod quidem nihil aliud est, quã subtrahere auxilium speciale; quo minus spiritus possit appetitum sensitiuum ad omne malum procliuem superare.

S. Tho. art. 2.

vbi. 5.

Scot. dist. 36

q. 37.

Ad Rom. 1.

*Alex. Alen. Artic. V. Respondet ne omni peccato poena eterna?*

*in. 2. p. 9.*

*108. 111. &*

*in. 4. q. 15.*

*m. 4.*

*S. Tho. art. 4.*

*q. 5. vbi. 5.*

*Duran. d. 42*

*q. 7.*

*Matth. 25.*

*Marc. 3. de*

*poen. d. 3. c.*

*sunt plures. §*

*autoritas de*

*poen. d. 1. c. §*

*sacerdos. §.*

*potest etiam.*

*Alex. Alen.*

*in. 4. p. 9. 15.*

*m. 3. §. 1.*

*adult. q. 5.*

*5.*

*Dist. 25. ca.*

*qui in aliud.*

*Scotus in. 4.*

*d. 21. q. 1.*

## CONCLUSIO I.

**O**MNI peccato mortali ex natura ipsius peccati poena æterna respondet. Hæc conclusio est de fide, & habetur Matthæ. 25. Ibunt in supplicium æternum. Et Marc. 3. Qui blasphemat in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum. Et ratione confirmatur; quia principium reparandi amicitiam Dei, & ordinem creaturæ ad Deum, scilicet, obedientiam, & subiectionem amissam per peccatum, est charitas, & cum hæc per mortale peccatum destruat, manebit tale peccatum indelebile, & ex consequenti ex natura rei, peccator erit semper æternæ obnoxius poenæ.

## CONCLUSIO II.

Veniali peccato ex natura sua poena temporalis respondet. Hæc conclusio colligitur ex illo loco euangelij, vbi dicitur: peccatum in Spiritum sanctum non dimittitur in hoc sæculo, neque in alio. Ergo aliqua peccata dimittuntur in alio sæculo, qualia sunt venialia: quæ quidem certum est in purgatorio dimitti. Et ratione confirmatur: quia veniale ex natura sua est reparabile; propterea quod non corrumpit charitatem, quæ est principium reparandi bonum amissum, scilicet, perfectam Dei subiectionem. Atque ita ex natura rei non respondet ei poena æterna; sed temporalis. Et quando dicimus peccatum veniale esse reparabile ex natura rei; non intelligas, quod ex viribus naturæ possit remitti: sed quia non repugnat veniali peccato charitas, quæ est principium reparandi bonum amissum. Dimittantur ne autem in inferno? Opinio est affirmans Scoti in. 4. dist. 21. quam acerrimè Thomistæ impugnant. Sed de ijs latius in libro controuersiarum.

*Prima diffic. Respondet ne mortali peccato infinita poena secundum quantitatem: ita quod maior intensiue excogitari non possit?*

Alex. Alen. vbi. 5.

S. Tho. 1. 2. q.

87. art. 3. G

4. G. 5.

**I**am de poena extensiue in principio articuli egimus; nunc de eadem intensiue differamus, oportet.

CONCLUSIO I.

Peccato, quatenus est auersio à Deo, ita respondet infinita poena secundum quantitatem; vt maior excogitari non possit. Et ratio est; quia respondet illi poena damni, quæ est boni infiniti, scilicet, Dei amissio. Et confirmatur; quia cum clara Dei visio sit summum bonum, priuatio visionis Dei erit summum malum: nam pessimum (vt Arist. docet) optimo opponitur.

Arist.

CONCLUSIO II.

Peccato, quatenus est conuersio ad creaturam, respondet poena sensus finita secundum quantitatem. Et ratio est; quia cum conuersio ad creaturam sit finita malitia obiectiue (quoniam obiectum est finitum) erit, & poena finita. Et confirmatur. Deuter. 25. pro mensura peccati erit, & plagaru modus. Et ad Rom. tunc reddet vnicuique secundum opus suum.

Deut. 25.

Rom. 2.

*Secunda difficul. Dimisso mortali peccato virtute poenitentiae, manet ne homo alicui poenae temporali obnoxius?*

De hac difficultate disputant doctores in. 4. dist. 25.

CONCLUSIO.

Manet, dimissa culpa, peccator poenae temporali purgatorij obnoxius, nisi tanta fuerit contritio: vt tam aeterna, quam temporalis poena absorbeat. Talis fuit B. Magdalenae contritio. Hac conclusio est de fide, contra Lutherum. Et potest multis diuinæ scripturæ testimonijs astrui. Nam. 2. Reg. 12. tractato peccato Dauid. cum Bethsabee, filius in poenâ peccati

peccati natus ex illa mortuus est. Et Numeri. 12. remisso peccato murmurationis Mariæ sororis Moysi, fuit extra castra relegata. Et numeri. 14. Moyses, & Aaron, remisso peccato diffidentia, fuerunt exilio terræ promissionis mulctati. Et in libris Machabæorum legitur. Sancta, & salubris est cogitatio, &c. Vnde colligitur in purgatorio animas suffragijs liberari à pœna temporalis, quam pro mortalibus, iam dimissis, pati tenebantur. Nam peccata mortalia in via commissa, neq; in purgatorio, neq; in inferno dimittuntur.

*Tertia diffic. Punitur ne aliquis pro aliena culpa?*

**D**E hac difficultate supra in hoc tractatu egimus. Lege ibi doctores citatos, & S. Thom. art. 8. vbi sup. & ad maiorem explicationem nota sequentes propositiones.

*Prima Propositio.*

Si pœna; prout est satisfactoria pro iniuria illata sumatur, hoc est, quatenus per eam pœnis purgatorij reddimus æquivalens, vnus pro altero potest puniri. Et ratio est, quia virtute pœnarum Christi, & sanctorum, quæ nobis per indulgentias applicantur, pœna purgatorij redimitur.

*Secunda Propositio.*

Si pœna; quatenus est medicinalis, sumatur, frequentissimè filij pro delictis parentum: vt parentes benè agere, & à criminibus cauere discant, puniuntur. Exod. 10. Ego Deus zelotes visitans iniquitates patrum, &c.

Hinc, leges humanæ puniunt filios, hæreticorum. Subditi etiam principum tyrannorum propter eorundem principum malitiam, bello plerumq; deuastantur. Et Deus propter numeratum populum à Dauid peste septuaginta millia virorū innoſcentium occidit. Et ratio istorum omnium vnica est: quia filij, & subditi pertinent ad bona temporalia parentū, & principum: & ideo parentes in filijs, & principes in subditis, tanquam in rebus proprijs, puniuntur.

*Tertia*

2. q. 7. can.  
plerumq; . 6. q.  
1. c. quero er  
go. §. hos etiã  
24. q. 1. c. nõ  
turbatur. &  
d. 3. c. illud  
verò. §. ecce  
& d. 42. §. 1  
Append.  
Exod. 20.

*Tertia Propositio.*

Si poena, quatenus infigitur reo; vt pro delictis patiat, id est, vt dignam pro delictis vindictam sustineat, sumatur, tunc soli delinquentes puniuntur. Probatur exemplo damnatorum in inferno, & viatorum, qui pro suis scelerebus multa in hac vita mala sustinent.

*Quarta Propositio.*

Nullus in malis spiritualibus pro alieno crimine plectitur. Et ratio est; quia nullus gratia, fide, charitate, gloria, aut diuino auxilio pro alienis peccatis priuatur. Et ita intelligendus est locus ille Ezechielis. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, &c. *Ezech. 18.*

*Quinta Propositio.*

Aliquando in bonis spiritualibus externis puniuntur aliqui propter aliena peccata. Confirmatur exemplis. Priuatur enim populus, & castigatur pro delicto malorum, praedicationis beneficio. 1. Reg. 3. Nam propter negligentiam Heli sacerdotis in proprijs filijs puniendis dicitur. In illis diebus non erat visio in Israel, & erat sermo Dei preciosus, & rarus. Et Amos. 8. Mittam famem, non panis, & sitim, non aquae: sed audiendi verbum domini, & hoc propter malitiam principum. Item punitur quis spiritualiter pro alio, vt in excommunicatione. 17. q. 4. cap. miror. Et in priuatione diuinorum officiorum familia, propter dominum castigatur. 11. q. 3. c. si quis episcopus, & seq. *1. Reg. 3.*  
*Amos. 8. c.*  
*Dist. 17. q. 4. c. mira.*

*Quaest. IX. De peccato veniali.**Alex. Alen.*

**D**E Peccato veniali aliqua scripsimus supra in quaest. de diuisionibus peccatorum. Lege doctores ibidem citatos, & quae sequuntur ad perfectam, & plenam de peccato veniali cognitionem.

*in. 2. p. q.**108. C. q.**111.**S. Tho. 1. 2. q.*

II. Part.

Bb

Artic. 88. 89.



*Artic. I Sint ne peccatum mortale, & veniale eiusdem malitiæ?*

**V**A R I A E Sunt de hoc artic. opiniones, de quibus supra.

**C O N C L U S I O.**

Mortale à veniali hoc potissimum differt, quòd veniale non tollit gratiam; mortale autem omnino destruit illam. Et ratio est; quia mortale est irreparabile; quoniam nō habet aliquod principium intrinsecum reparationis: & ideò dicitur naturaliter irremissibile. Quoniam destruit principium vitæ, quæ est gratia. Instar infirmitatis corporeæ, quæ dicitur naturaliter irreparabilis, eò quòd aufert principium vitæ naturaliter, nempe, sanguinem, aut alium humorem ad vitam necessarium. Veniale autem peccatum est compossibile cū gratia, & charitate, quæ est huius reparationis principium.

*S. Tho. art. 2. vbi. 5.*

*Prima difficult. Differunt ne veniale, & mortale genere?*

**S**ensus tituli est. An sint diuersa genera subalterna, ita quod quodlibet ipsorum de pluribus specie differentibus in eo, quod quid est, prædicetur.

**C O N C L U S I O.**

Mortale ex genere, & veniale ex genere differunt genere, id est, sunt genera subalterna. Et ratio est; quia vnum, atque alterum diuiditur in suas species, & de illis in eo, quod quid est, prædicatur. Exempli gratia. Mortale diuiditur in adulterium, & homicidium, &c. Veniale verò ex genere diuiditur in verbum otiosum, & in mendacium iocosum, aut officiosum. Et per verbum otiosum, non solum verbum ore tenus prolatum: verum etiam operationes inutiles cuiuscunque sensus; vt sunt inutiles visiones, vel auditiones, &c.

**Hinc,**

Hinc, mortale ex genere, & veniale ex imperfectione actus, aut ratione paruitatis materiæ, non differunt specie. Et ratio est; quia sunt circa idem obiectum, & solum distinguuntur, sicut perfectum, & imperfectum eiusdem speciei. Exempli gratia, motus subitus infidelitatis, & actus perfectus infidelitatis eiusdem rationis, & speciei esse dicuntur. Propterea quod sunt circa eundem finem, scilicet, obiectum.

*Secunda diffi. Est ne veniale peccatum dispositio ad mortale?*

**D**ispositio; vel est directa, vt, quæ est eiusdem rationis cum forma introducenda, vt calor, vt vnum in aqua est dispositio directa ad calorem, vt quatuor: vel est in directa, quæ dispositio est alterius rationis à forma introducenda; vt, qui remouet prohibens lapidis descensum, disponit indirectè ad lapidis descensum. Peccatum mortale; vel est ex genere, vt furium: vel est ex agente, idest, ex parte causæ efficientis; vt verbum otiosum animo captadi puelam prolatum. Et est mortale ex parte causæ efficientis. Perinde veniale ex genere est verbum otiosum: veniale verò ex agente est delectatio libidinosa ante deliberationem.

### CONCLUSIO I.

Veniale ex genere est indirecta dispositio, & per accidens ad mortale ex agente. Illustro rem exemplo: vt si quis adeò sit assuefactus iosis, vt ne ab illis abstineat, aliquando hæresim proferat, & qui est ita verbis otiosis assuefactus, vt in illis vltimum finem constituat: quod quidem prouenit ex habitu dicendi verba otiosa. Finis enim habitus est eius operatio. Et hinc fit; vt habituati in operationibus habituum vltimum finem constituent. Constituere autem vltimum finem in veniali est, quando quis intra se diceret, malo hoc mendatium iocosum proferre, quam Deum videre, quod est summa peruersitas: iuxta sententiam D. August. Nam est frui vtendis. Neque hoc raro contingit: sunt enim nonnulli, qui adeò sunt terrenis rebus affecti;

Alex. Alen.  
in. 4. p. q. 15.

m. 4.

S. Tho. art. 3.

Vbi. 5. & alij

Doct. supra  
citati.

1. Nota.

2. Nota.

D. Aug.

vt libenter gloria æternæ cederent hac lege, vt immortales effecti, terrenis bonis perpetuò fruenterent.

### CONCLUSIO II.

*Eccl. 19.*

Veniale ex genere indirectè ad mortale ex genere disponit. Exempli gratia, verbum otiosum disponit ad perniciosum. Ecclesi. 19. qui spernit minima, paulatim decidet. Propter eà q̄ mortale est inordinatio perfecta, circa Dei legem; veniale verò est imperfecta inordinatio, quæ paulatim ad perfectam inordinationem disponit.

### CONCLUSIO III.

Veniale ex agente dispositione directa ad mortale ex genere disponit. Et ratio est: quia delectatio morosa ante deliberationem est veniale ex agente, idest, propter imperfectionem actus, & disponit ad consensum, sicut febris remissa ad intensam.

*Alex. Alen.*

*& S. Thom. Tertia diffic. Veniale idem numero potest ne fieri*

*art. 9. & alij mortale?*

*Vbi. S.*

### CONCLUSIO I.

Impossibile est absolute loquendo, idem numero veniale, mortale fieri. Ratio est; quia cum veniale non auertat à Deo: mortale autem auertat: & impossibile sit, quòd idem à Deo auertat, & non auertat: impossibile profectò erit: vt idem numero veniale, mortale fiat.

### CONCLUSIO II.

Veniale ex genere potest fieri mortale, si in eo vltimus finis constituitur. Et ratio est; quia constituere vltimum finem in aliquo actu, est colere illum, tanquam Deum: vt si quis dicat, nolo aliam Beatitudinem, nisi iocose mentiri. Quòd est summa peruersitas, vt ex D. August. difficultate præcedenti docuimus.

D V B. Multa venialia possunt ne vni mortali æquiuallere?

### CONCLUSIO.

Non possunt, etiam si extensiuè sint infinita. Et ratio est: quia multa venialia sunt ad pœnam temporalem ordinata, quæ

quæ cum nõ possint esse actu infinita, nõ poterunt vni peccatæ infinitæ vnius peccati mortalis æquiuale.

Hinc, si circumstantia mutat speciem, potest fieri ex veniali mortale: vt, si quis dicat, verbum otiosum ad puellam descipiendam. Si verò non mutat speciem, non facit ex veniali mortale; sed tantum auget peccati malitiam: vt si quis magno effectû, aut affectu iocose mentiatur.

Appen.  
S.Tho.art.5.  
vbi.5.

*Quarta diffic. An peccatum mortale possit idem numero effici veniale?*

S.Thom.art.  
vlti. vbi.5.

*Prima Propositio.*

Peccatum mortale ex genere per additionem alicuius, circumstantiæ, non efficitur veniale: immò magis augetur: vt si fornicationi mendacia iocosa permisceantur.

*Secunda Propositio.*

Mortale ex genere potest effici veniale propter actus imperfectionem. Illustro propositionem exemplis. Verbi gratia. Furtum est mortale ex genere, & ratione paruitatis materiæ efficitur veniale. Perinde delectatio libidinosa est mortalis ex genere, & propter defectum deliberationis, & consensus efficitur venialis.

Alex. Alex.  
q.108.

S.Tho.q.89.  
Galij vbi.5.

*Artic. II. Vtrum peccatum veniale efficiat in anima maculam?*

*Prima Propositio.*

SI Macula pro priuatione gratiæ sumatur, non efficit maculam in anima. Et ratio est; quia peccatum veniale: vt ex dictis constat, est composibilis cum gratia, & charitate.

*Secunda Propositio.*

Si macula pro priuatione rectitudinis virtutis oppositæ,

II.Part.

Bb 3

& con-

& conformitatis ad rectam rationem accipiatur, efficit veniale tunc maculam in anima. Et ratio est, quia voluntas manet rectitudine priuata, donec per virtutem poenitentiae, aut alicuius æquivalentis reparetur

*Prima difficult. Intelliguntur ne peccata venialia per illa tria, lignum, fœnum, & stipulam, quæ ab Apostolo recensentur?*

*1. ad Cor. 3.*

*Alex. Alen.*

*in 4. p. 9. 15.*

*toto. m. 3.*

*quem omnino lege.*

*S. Tho. art. 2.*

*& alij vbi. s.*

### CONCLUSIO.

**I**ntelliguntur planè. Et ratio est; quia ibi B. Paul. insinua-  
re videtur, quòd propter peccata leuia, quæ per lignum,  
&c. intelliguntur, non patietur quis poenam æternam.  
Si quidem vel saluabitur per tribulationes aliquas in hac vi-  
ta: vel per ignem purgatorij à poena peccatis venialibus de-  
bita purgabitur.

*Secunda diffic. Potuit ne homo in statu innocen-  
tia perseverans venialiter peccare?*

*S. Thom.*

*Scot. d. 2 1.*

*Gabriel.*

*Almain.*

**D**væ sunt oppositæ sententiæ circa hæc difficultatem.  
Vna negans S. Thom. Altera affirmans Scoti, quem  
sequuntur Gabriel eadem distinctione, & Almainus  
in moralibus tractatu. 3. cap. 21. Et quoniam de hac quæstio-  
ne erit copiose in lib. controuersiarum disputandum, nudam  
veritatem duabus conclusionibus positis declaremus. Et re-  
lege supra in quæstione de diuisionibus peccatorum ea, quæ  
de varijs acceptionibus peccati venialis scripsimus.

### CONCLUSIO I.

In statu innocentiae nõ potuit primum peccatum esse ve-  
niale ex imperfectione actus in potentia sensitua. Et ratio  
est, quia cum potentia sensitua subderetur rationali domi-  
nio despotico, non poterat moueri contra rationalem, neq;  
deordinari, nisi per ipsiusmet rationalis imperium; & ex cõ-  
sequenti, impossibile erat peccatum à potentia sensitua in-  
cipere. Et cõfirmatur Gen. 2. dicit enim scriptura. Erat enim

*Gen. 2.*

utercq;



uterg; nudus Adam, & vxor eius, & non erubescabant. Vbi glossa D. August. ait: quia nullum bestialem motum sentiebant.

### CONCLUSIO II.

In statu innocentia potuit homo ex imperfectione actus, *Scoti, & B.* etiam secundum portionem superiorem venialiter peccare. *Thom.* Et ratio est; quoniam potuit habere tunc leuem motum infidelitatis absq; consensu, & deliberatione.

### CONCLUSIO III.

Potuit in statu innocentia primum peccatum esse veniale ex genere, & ex consensu portionis superioris. Exempli gratia. Potuit habere hunc actum; volo proferre verbu otiosum gratia illudendi proximum. Hanc conclusionem demonstrat argumentis Scot. Primum in statu natura lapsa est compossibile peccatum veniale cum summa gratia gratum faciente; vt in viro iustissimo; ergo, & in statu innocentia erat compossibile idem peccatum cum iustitia originali.

Propterea q̄ perfectius coniungit nos Deo gratia, quam olim iustitia originalis coniungebat; quia gratia, & iustitia originalis comparantur, sicut excedens, & excessum. Quoniam iustitia originalis erat praestantior gratia, eo q̄ potentias inferiores sensitivas rationi subijciebat. Gratia vero respectu Dei erat praestantior iustitia originali: quoniam magis vnit nos Deo, & reddit hominem gratum, & acceptum Deo ad vitam aeternam: quod sola originali iustitia non efficiebat.

Secundo probatur, Heua retinuit iustitiam originalem post commissum peccatum mortale, antequam Adam peccaret, vt supra dist. 29. declarauimus: ergo ex natura rei fuisset eadem iustitia cum peccato veniali compossibilis. Tertio Adā erat liber libertate contradictionis: potuit ergo eius primum peccatum esse veniale: consequentia patet à diffinitione libertatis. Quarto sicut Deus interdixit homini sub reatu mortalis culpa: ne poma vetito vesceretur; potuit etiam sub reatu tantum peccati venialis interdiceri; potuit igitur eius primum peccatum esse veniale. Quinto non potest fieri transitus ad mortale nisi medio veniali, prius igitur natura, quam Adam mortaliter peccaret, commissit veniale, in quo poterat

*Almaini est.*

*Scoti est.*

quiescere; & ex consequenti poterat venialiter tantum peccare. Probatur antecedens: quia in omni peccato mortali hic transgressionis ordo seruetur; nempe, suggestio, delectatio, & consensus, in sola autem delectatione est tantum veniale. Hinc, sic argumentor. Adam instantaneè in esu ligni vetiti, absque animo vescendi potuit delectari: fuisse ergo illa delectatio veniale tantum peccatum. Et confirmatur primò; quia sicut omne præceptum potest venialiter violari, solum propter imperfectionem actus, vt fidei, & charitatis, &c. ita etiam præceptum Adæ impositum potuit venialiter violari. Secundò confirmatur ex D. August. apud Magistrum distinct. 21. dicente; quòd antequàm Adam mortaliter peccaret, præcessit in eo elatio quædam comprimenda. Quare prius natura potuit venialiter, quàm mortaliter peccare. Atque fortassis prius tempore, & potuit non subsequi mortale, & ex consequenti poterat etiam manere in illo statu innocentie post peccatum veniale commissum. Vltimò, primum peccatum Adæ fuit portionis inferioris; quia peccauit, ne contristaret delicias suas, Heuam scilicet; ergo potuit portio inferior peccare prius natura, quàm superior, & per consequens nõ erat necessarium prius deordinari superiorem portionem: siquidem peccauit ex inordinato amore creaturarum prius, quod est portionis inferioris, quàm ex contemptu, quod est superioris portionis peccatum.

*Artic. III. Vtrum veniale peccatum sit cum solo originali compossibile?*

**V**ERBI Gratia: sit adultus non baptizatus, qui ad usum rationis peruenit cum solo originali, de hoc queritur. An possit committere veniale peccatum, antequàm peccet mortaliter? Hic articulus est difficilis, & scitu dignus. Huius articuli occasione difficultas tractatur, difficilis quidem intellectu; nempe. An cum primùm

*D. Aug.*

*Difficilis.*

quis

quis ratione utitur, se in Deum conuertere teneatur? modo sit baptizatus, & ab originali per baptismum purgatus, modo non sit baptizatus? Ex cuius difficultatis solutione patebit artic. responso. Sunt autem duæ opiniones vna affirmans S. Thom. qui tenet, in priori instanti vsus rationis teneri hominem de se ipso deliberare absquẽ vllis inducijs, idest, absquẽ vlla mora sub reatu mortalis peccati, idest, teneri conuerti in Deum per fidem, & dilectionem, amando ipsum super omnia, quod nihil aliud est, quàm proponere seruare eius mandata. Quæ quidem opinio confirmatur ex illo Zachariæ primo. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et est hæc opinio à multis celebrata. Et quærenti; An teneatur homo confiteri transgressionem huius præcepti? respondet Caietanus vbi supra. S. Thom. teneri quidem, in communi dicendo; se alia peccata fortè commisisse, quorum non est conscius. Altera opinio, & contraria est Paludani in. 4. distinct. 15. & Durandi in. 4. distinct. 16. quæst. 2. & distinct. 21. quæst. 2. Lege etiam celebrẽ repetitionem Victoriæ de hac re.

S. Tho. vbi. 5

Zach. c. 1.

Palud.

Duran.

Victor. rep.

vlt.

## CONCLUSIO.

Non tenentur omnes sub reatu peccati mortalis in priori instanti vsus rationis de se ipsis deliberare: vt in conclusione S. Thom. habetur. Probatur conclusio primò. Ignorantia inuincibilis excusat à peccato; sed omnes quotquot attingunt rationis vsum, ignorant inuincibiliter huiusmodi conclusionis præceptum; ergo excusantur à peccato, etiam si in illo temporis puncto non conuertantur. Minor, quæ certissima est, probatur: quia ante illud instans nullus paruulus habet prædicatorem, à quo hoc præceptum discere valeat. Obijciẽs. Hoc præceptum est per lumen naturæ omnibus notum, & ex consequenti ignorantia inuincibilis non cadet circa hoc præceptum. Respondeo; Immo multos adultos, & viros doctissimos hoc præceptum ignorare, & ire inficias: vt sunt theologi, qui hanc sententiam tuentur. Secundò probatur. Non legitur in vniuersa scriptura aliquod præceptum huiusmodi conuersionis;

*Ad Rom. 4.  
Zach. c. 1.*

ergo non erit peccatum, tunc temporis non conuerti: quia ubi non est lex, neq; præuaticatio. Nam præceptum illud adductum Zachariæ primo, non loquitur de paruulorum cōuersione, vt patet ex textu litteræ; quoniam propheta ibi conatur reuocare adultos ab idololatria, quos in persona Dei inuitat, dicens. *Conuertimini ad me, &c.* Tertio, sit ita, vt tale præceptum inueniatur: nullus tamen est, qui sciat, quādo hoc primum instans peruenit: ergo omnes ab huiusmodi præcepti obseruantia excusabuntur. Consequentia patet à simili; nam sicut ille, qui esset cōscijs ieiunij quadragesimalis, si inuincibiliter tempus quadragesimale ignoraret, non esset reus uiclati ieiunij: ita & in casu posito. Quarto ex illis in mortali, cuius nondum pœnituit, non tenetur statim conuerti ad Deum, nisi vel in art. mortis, vel quando aliquod sacramentum est recipiendum, siue administrandum, &c. ergo similiter, qui est in solo originali, non tenetur statim in primo instanti ad Deum conuerti; cū sit præceptum affirmatiuum: nisi quando est baptismi sacramentū recepturus. Vltimò interim, dum homo deliberat, potest dicere verbū otiosum; quare non tenebitur statim in primo instanti ad Deum conuerti; & ex consequenti veniale peccatum erit cū originali cōpossibile. Atquē ita solutus manet ex dictis art. propositus.

*Append.*

Hinc, ex dictis in hac quæstione confutatur hæresis Caluini, qui docuit nullam esse differentiam inter peccatū mortale & veniale: quia affirmabat, nullum esse peccatū veniale: sed omne peccatum esse mortale. Lege Castrum ver. peccatum hæresim. Hactenus de peccatis in genere ad laudem illius, quem proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius propter remissionem præcedentium delictorū, cui sit semper honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

### *Magister Sent. Dist. XXXVIII.*

**I**N Hac distinctione tres proponit Magister quæstiones: Et prima est, in qua quærit. *Vtrum voluntas habeat rectitudinem à fine tantum? Secunda est, in qua inquitur.*

*Vtrum*

Vtrum finis iste sit vnus, an plures? Tertia verò, in qua percontatur. Vtrum voluntas, & intentio sint idem? Soluitque omnes has tres quaestiones. Eritq; littera Magistri aperta, si diligenter, & attentè quaestiones sequentes legantur.

*Questio .I. Vtrum bonitas actus voluntatis sit ex fine?*

**H**Oc loco finis nomine, etiam obiectum intelligitur: quia quò ad voluntatem facta comparatione, finis, & obiectum non differunt.

CONCLUSIO I.

Omne opus, seu actus imperatus, vel elicitus à voluntate sumit bonitatem à fine. Et ratio est; quia sicut actus mali sortiuntur malitiam à malo fine; ita è contrario actus bonus voluntatis sumit bonitatem à fine. Hæc ratio est D. Augusti, de vita, & moribus Ecclesiæ, & Manichæorum, quam accepit ex Osea. Facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Quod significauit Christus dominus Matth. 6. quãdo dixit. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Nam in sacra scriptura oculus pro fine, & intentione sumitur. Tuncq; si recta fuerit intentio, omnis operatio eius causa facta, erit recta: si verò praua, mala erit actio inde emanans. Cuius enim rei finis bonus est, res ipsa quoq; bona est.

*Alex. Alen.*  
3.p.q. 60. m.  
1.  
*S. Tho. 1. 2. q.*  
1. art. 3. &  
q. 18. art. 2.  
3. & 4. reli-  
qui hac dist.  
*S. Bon. q. 1.*  
*Duran. q. 1.*  
*Ricard. & c.*

*Prima diffic. Vtrum bonitas solius finis sit satis, vt actus voluntatis bonus esse dicatur?*

*lege indices*  
*fior. 4. lib.*  
*& huius. 2.*

CONCLUSIO.

**N**on sufficit solius finis bonitas: sed requiritur cõcurrentis reliquarum circumstantiarum, quæ; vt actus moraliter bonus sit, desiderantur. Et probatur ratione: quia; vt actus sit bonus moraliter, bonus finis, atq; modus, debitis circumstantijs ornatus, requiritur. Lege indicem secundæ partis huius secundi, verb. circumstantia. Et est definita hæc

*Verbo actus*  
*moraliter bo-*  
*nus & ver-*  
*bo virtus.*  
*D. Aug.*  
*Ose. c. 9.*



hæc conclusio multis in locis decreti: nam. 23. q. 8. cap. occi-  
dit cap. legi. & cap. sequent. dicitur, in factis, & faciendis, cir-  
cumstantias esse attendendas. Lege etiam. 23. q. 4. cap. quis  
ignorat, & cap. seq. & 25. q. 1. cap. 1. & de pœnit. dist. 2. cap. vt  
cognouerunt. §. opponitur in fine. Vnde Dionysius Areo-  
pagita c. 4. de diuinis nominibus bonum dicit esse, quod cõ-  
stat ex integra causa. Quemadmodum ad pulchritudinem  
corporalem requiruntur membra omnia pulchra dispositio-  
ne organizata, vt ad bonitatem actus: vt aliquid sit bonum  
ex intentione, requiruntur omnia per necessaria.

Diony. Are.

Alex. Alen. *Secunda diffi. Sola intentio bona, siue finis sufficit ne ad  
meritum sine opere exteriori, si ad sit operandi facultas?*

2. p. q. 96. m.

3. art. 1. §. 3.

S. Bon. d. 40.

art. 1. q. 3.

1. iacob. 2.

### CONCLUSIO.

**N**ON sufficit. Et ratio est; quia præcepta diuina non  
solum sunt de intendendo, vel volendo bonum: sed  
de faciendo, si ad sit facultas. 1. iacobi. 2. Fides, sine ope-  
ribus mortua est: quare si fides non sufficit ad meritum sine  
operibus, neq; intentio. Quoniam non est maioris efficacix  
ad merendum intentio, quam fides: sufficet tamen, si non  
suppetat facultas.

Alex. Alen.

Vbi. §. m. 2.

art. 1.

*Quæst. II. Vtrum bonæ voluntatis sit vnus tantum  
finis, vel possint esse plures?*

S. Tho. 1. 2. q.

8. art. 3.

q. 1. art. 7. re

liqui, dis. hac

S. Bon. art.

1. q. 3.

Matth. 6.

Iacob. 1.

Hic secunda quæst. magistri declaratur.

### CONCLUSIO.

Potest quis quodam modo, manente, suæ intentionis sim-  
plicitate, æternum, temporale mq; finem sibi statuere, dum-  
modo nõ æquè principaliter vtrumquè intendat: sed vnum  
ad alterum temporalem. s. ad æternum referat. Prima pars  
probat; quia nemo potest duobus dominis seruire. Lege  
August. super hunc locum. Et iacob. 1. Vir duplex animo  
inconstans est in omnibus vijs suis. Vbi glossa. duplex est  
animo,

animo, qui vult gaudere cū sæculo, & vult gaudere cū Deo. Constituens, scilicet, gaudium sæculi, tanquàm finem æquè principalem. Secunda pars est manifesta; quia, sicut duobus dominis subordinatis potest aliquis inseruire; ita etiam potest duos fines subordinatos sibi proponere. Et ratio est; quia vbi vnum propter aliud, vtrobiq; vnum tantum est. Atquè ita cum voluntas velit finem, & illud, quod est ad finē propter finem vnum, tunc vult vnum propter alterum; & ita est vnum velle vtrobiq;: vt sacerdos, qui confert se ad ecclesiam: vt lucretur distributiones ad hunc finē, vt melius Deo possit inseruire.

*Prima diffic. Vtrum omnes actiones in Deum finē referre teneamur?*

*Alex. Alen.*

*vbi. s. m. i.*

*art. i.*

*s. Thom. &*

*alij vbi. s.*

*i. Cor. 10.*

*Matth. c. 5.*

### CONCLUSIO I.

**G**eneraliter omnes actus virium rationalium, viriumq; rationis imperio subiectarum ad Deum finem pro loco, & tempore referre tenemur. Iuxta illud apostoli. Omnia in gloriam Dei facite. Et Matthæ. 5. Sic luceat lux vestra, &c. vt glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Notanter dicitur in conclusione pro loco, & tempore: quia præceptum de actionibus referendis in Deum est affirmatiuum, & obligat semper, sed non ad semper; verum pro loco, & tempore, hoc est, cum actu de opere, & de fine principali operis, scilicet de Deo cogitatur, & de obligatione, quam rationalis creatura Deo debet. Totum enim se debet Deo, & secundum ipsam substantiam, & virtutem, & actionem.

Hinc, quia Deus charitas est, & D. Paul. ad Timoth. 1. Finē præcepti charitatem esse dixit: quia charitas increata, quæ est ipse Deus, est finis, in quo quiescit bona voluntas. Ipe enim est alpha & omega, principium, & finis. Charitas verò creata, quæ dicitur viæ, est finis, quo quiescit in Deo; vt nunc. Nam sicut locatum non quiescit in loco, nisi mediante pondere; ita anima in Deo, qui est quasi locus eius, non quiescit, nisi mediante dilectione. Quoniam ad illum finem tendit

*Appen. i.*

*i. Ioan. 4.*

*i. ad Timor.*

*cap. i.*

*Apoc. i. &*

*vlii.*

dit

Appen. 2.

S. Tho. 1. 2.

q. 1. art. 7.

S. Bona. q. 4.

art. 1.

Duran. q. 4.

Vbi. 5.

Appen. 3.

D. Bona. Vbi

5.

Alex. Alex.

3. p. q. 60. m.

1. art. 2. &

in. 2. p. q.

168. m. 4.

art. 3.

Matth. 10.

D. Aug. in

sermone Do

mini in mote

lib. 2. c. 24.

Arist. 2. phy

sic.

dit Dei voluntas, ad quem Dei præceptum ordinatur.

Hinc, omnium bonarum voluntatem est vnus finis vltimus, nempe, Deus. Et ratio est: quia bonæ voluntates sunt à charitate, & Dei amicitia conglutinatæ, & amicitia est idem velle, & idem nolle. Et quia tales voluntates tendunt in bonum incommutabile, quod est tantum vnum, in quo ratio omnis boni reperitur.

Hinc, malarum voluntatum non est vnus finis vltimus. Quia non vniuntur, colliganturq; vnitatem amoris: sicut bonæ voluntates. Trahit enim sua quæq; voluptas, nec voto viuatur vno. Nam luxuriæ dediti iocunditatem, & lætitiæ appetunt, & licet, cõueniant in vnũ actũ; vnusquisq; tamẽ quærit suum finem proprium; vt patet in adultero, & meretrice. Nam ille delectationem; ipsa verò numum quærit. Avarus sufficientiam expetit, & superbus excellentiam. Quæ omnia, cum non cõtingat circa eandem rem creatam reperiri; sed circa diuersas, hinc est, quod voluntates malæ formaliter differentes nõ vnum; sed diuersos sibi fines constituunt.

*Secunda diffie. Actiones spirituales possunt ne ad temporalem referri?*

**V**erbi gratia, utrũ liceat alicui prædicare hoc sine; vt sustentetur, esto, quod non habeat aliunde victum?

#### CONCLUSIO.

Nulla modo actiones, siue opera spiritualia ad finem temporalem referri debent: sed ad finem æternum. Probatur Matth. 10. vbi prædicatoribus dicitur. Quod gratis accepistis, gratis date. Quare qui prædicat propter temporalia, nõ gratis dat: immò habet prædicationem venalem. Vnde qui prædicat propter sustentationem est huius præcepti reus. Et talis prædicatio erit simoniaca, cum spiritualia pro temporalibus dentur. Et confirmatur autoritate D. August. dicentis. Non ideo debemus euangelizare; vt manducemus; sed ideo manducare: vt euangelizemus. Et ratione stabilitur: nam cum finis sit præstantior ijs, quæ sunt ad finem, & spiritualia sint multò præstantiora tẽporalibus, non debet, nec potest

finis

finis spiritualium in temporalibus constitui.

Hinc, sustentatio corporalis non est finis prædicationi debita; sed res prædicatori debita. Res, inquam, non quam debet ex prædicatione acquirere: sed quam ex prædicatione meretur. Vnde. 1. Corint. 9. inquit B. Paul. Qui arat, debet arare in spe. Vbi gloss. prædicator, qui aperit corda ad fidem, debet arare in spe stipendiorum temporalium, non propter hanc spem. Non enim hæc debet esse sua intentio, & finis in suo ministerio. Hinc. Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua.

Appen.

1. Cor. 9.

Luc. 10.

*Tertia diffiç. Potest ne finis, siue intentio in creatura constitui?*

Alex. Alen.

Vbi. S. m. 2.

art. 2.

Intelligitur titulus ita, q̄ sit finis sub fine æterno. Sunt tamen ad maiorem explicationem, quæ sequuntur, consideranda. Aliquid quæritur, quia bonum: aliquid verò, quia necessarium. Quod quæritur: quia bonum, quæritur, vt finis voluntatis; quod autè quæritur, quia necessarium quæritur, vt ad miniculum ad perueniendum ad finè voluntatis. Non quicquid quæritur, inquiritur, vt finis. Aliquid enim quæritur, vt ad miniculum, seu instrumentum actionis: quo modo quæritur cultellus ad incisionem, & baculus ad iter agendum: quomodo sunt temporalia quærenda. Aliquid verò quæritur: vt finis: vt incisionis finis est sculprura, vel fabrica. In quem modum regnum Dei, & eius iustitia debet esse voluntatis finis.

1. Confid.

2. confid.

### CONCLUSIO.

In rebus creatis potest intentio, siue finis constitui: non tamen, vt in bonis: sed vt in necessarijs, & ad miniculis finis voluntatis, dummodò non sit finis vltimus. Hæc conclusio colligitur ex D. August. in sermone Domini in monte. Primum quærite regnū Dei, &c. vbi ait. Cum dixit primū, significauit: quia hoc posterius quærendum est, non tempore, sed dignitate: illud, scilicet, regnum, & iustitia, tãquam bonum nostrū, hoc, scilicet, temporale, tanquam nostrū: necessarium quidè propter illud bonū. Et confirmatur ex èplo; nam qui laborat in vinea eo fine: vt acquirat sustentationem, quam

D. August.

Math. 6.



quam vult ad hoc; vt Deo inferuiat, & propter hoc ad regnū Dei perueniat, duos sibi fines, & intentiones ordinatas, & laudabiles constituit. Nam intentio sustentationis, quæ est finis laboris, licet, sit temporalis; tamen quia vltterius referatur ad Dei regnum, & gloriam, est laudabilis.

Append.

Hinc, perspicuum est posse hominem temporalem cōstituere intentionem, & finem: ita vt non sit finis vltimus. Nā tunc esset peccatum; vt ex proximè dictis constat.

*Alex. Alex.*

2. p. q. 96. m. *Quæst. III. Vtrum voluntas, & intētio sint idem?*

3. art. 1. §. 1.

*S. Bona. in  
expositione*

*literæ Mag.*

*Gabriel hac*

*dist. q. vnica*

1. animad.

*Gabr. vbi. §.*

*Luc. 2.*

1. *ad Theff.*

4.

*D. Aug.*

*Luc. 12.*

*Matth. 26.*

2. animad.

**H**Aec est tertia quæstio, quam proponit Magister. Et quæritur. Vtrum inter volūtatem, & intentionē sit distinctio realis? an rationis tantum? Ad cuius maiorem explicationem sunt quædam animaduertenda. Voluntatis nomen sumitur primò pro potentia appetendi, & rationali, idest, pro anima rationali, nata appetere, vel refutare obiectum, sibi per rationem ostensum: de qua potest intelligi illud. Luc. 2. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, idest, voluntatis benè habituatæ. Secundò accipitur pro actu voluntatis, qui est velle, aut nolle. Et ita sumitur. 1. ad Theffal. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, idest, hoc vult Deus, siue hoc est velle Dei, scilicet, sanctificatio vestra. Et nihil tam est in potestate voluntatis, quàm ipsa volūtās, idest, ipsius voluntatis actus. Et Luc. 12. Seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, &c. Tertiò significatur nomine voluntatis obiectum volitum: iuxta illud Matth. 26. Non mea voluntas, sed tua fiat. Naturalis potentia voluntatis in se considerata semper bona est, & insigne rationalis creaturæ ornamentum. Est enim à Deo creata. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Verùm si in exercitio operationis spectetur, quandoquæ bona, quandoquæ mala reperitur. Mala, inquam, non in quantum est actus, quem, Deo autore, semper fieri, & bonum esse suprà dilucidauimus: sed quatenus deficit in sua operatione. Deficit autem, si vel malū est volūtatis obiectum, siue medium, quod finis alicuius gratia agendum



agendum suscipitur, vel si finis malus est, ad quem media destinantur. Exemplo rem declaro: vt si quis surripiat aliena; vt egestati pauperum opituletur, finis tunc bonus est; sed medium est vitiosum: quia legi Dei repugnans: & ideo voluntas mala censetur. Deinde qui ex propria substantia impartitur eleemosynam; sed causa vanæ gloriæ, aliaue intentione non recta, tunc licet obiectum bonum sit: finis tamē malus voluntatem viciat. Intentio multis modis vsurpatur. Nam vel sumitur pro ipsa potentia intendente, & tunc intentio dicitur oculus; vel significat intentio habitum, secundum quem intendit, & tunc vocatur lumen; vel accipitur tertio pro ipso actu intendendi, & tunc intentio recta, vel obliqua nominatur; vel quarto nomine intentionis designatur ipsum intentum; vt quando magister dicit in littera, intentionem esse finem ipsum, accipitur intentio pro intento. Principalius tamē intentionis nomen ipsi actui impositum est.

### CONCLUSIO I.

Voluntas primo modo sumpta, & eius intentio: vt habetur in prima animaduersione, realiter distinguuntur. Et ratio est: quia causa, & effectus realiter distinguuntur, & voluntas causa est intentionis.

### CONCLUSIO II.

Si voluntas, & intentio pro obiectis, & finis communiter pro omni voluto accipiatur, inter voluntatem, & intentionem, & finem, nulla est distinctio. Et ratio est; quia non est primum realis distinctio, cum eadem res volita sit voluntas, obiectum voluntatis, finisq; & intentio: propterea quod idem est obiectum volitionis, & intentionis, & ipsum est finis, communiter acceptus. Neque est distinctio rationis: quia talis distinctio non est rerum: sed rationum conceptuum, vel signorum tantum.

### CONCLUSIO III.

Si voluntas, & intentio pro potentia, vel actu vniiformiter sumatur, finis ab utroque realiter: non tamen vniuersaliter distinguetur. Ratio est: quia finis, qui est obiectum volitum, aut gratia cuius, &c. realiter à potentia, & ab eius actu differt.

Quoniam frequenter finis est extrinsecus, & à potentia, &

3. *Animal.**D. Bona. q.**vt. vbi. s. in**sol. ad arg.*

actu, dictans. Nam potentia, quæ dilectione in Deum, vel in aliud dilectum circa Deum tendit, realiter à dilecto simul, & à dilectione differt. Notanter dicitur vniuersaliter: quia cùm voluntas sit potentia potens se amore super se, & super amorem suum reflectere, tunc potentia, vel actus esset sui ipsius obiectum, & finis: vt dum se, & actum suum propter se vellet.

### CONCLUSIO IIII.

Si voluntas, & intentio pro actu, & finis communiter accipiatur, voluntas, & intētio non distinguuntur: quin potius ad inuicem conuertuntur. Et ratio est: quia ita accipiendo, omnis voluntas est intentio, & omnis intentio est voluntas. Intentio enim est volitio finis: nam intendere est in finem tendere, & communiter loquendo omne volitum est finis, & omnis volitio est intentio, cùm omnis volitio sit voliti volitio. Et sumitur hic volitio generaliter pro omni actu voluntatis, scilicet, pro velle, & nolle: atquæ ita è contrario omnis intentio erit volitio.

### CONCLUSIO V.

Si intentio propriè, & voluntas pro actu sumatur, aliquādo voluntas, & intentio distinguuntur, & aliquando nō distinguuntur. Prima pars conclusionis patet de voluntate mediij voliti, non propter se: quæ quidem voluntas in quātum est mediij, non est intentio, cùm intentio sit tantum voluntas finis. Secunda pars patet de voluntate finis propinqui, vel vltimi: quæ quidem est intentio.

### CONCLUSIO VI.

Voluntatis, & intentionis nomina re, & ratione distinguuntur. Ratio est: quia cùm vnū nomen non sit aliud, & litteris, & syllabis differant, re distinguuntur: & cùm non sint synonyma, & eis diuersi conceptus respondeant: vt patet ex dictis, ratione etiam distabunt.

S. Tho. 1. 2. q.

12. art. 1.

Scot. q. vni-

ca.

*Primadiffi. Vtrum intētio sit actus solus volūtatis?*

Intentio duobus modis sumitur. Primò pro tendentia in finem, siue pro re, quæ in finem tendit, siue finē cognoscat, siue

siue non. Quo quidem modo natura dicitur intendere, id est in finem tendere. Secundò pro tendentia in finem, cum finis, & mediòrum, quæ ad finem ducunt cognitione: quo modo solius naturæ rationalis esse dicitur intentio, in quo sensu disputant Theologi, & morales philosophi, de intentione.

*D. Bona. art. 2. q. 2.*

*Duran. q. 2.*

*Gabriel vbi*

*.s. & alij hac dist.*

CONCLUSIO.

Intentio propriè voluntatis actus est, connotando tamen, & præsupponendo intellectu actum. Et ratio est: quia nihil est volitum: quin præcognitum; & inter omnes actus voluntatis, nullus est, in quo magis ordinis, & intelligentiæ ordo appareat, quàm in voluntatis intentione. Intentio siquidem præsupponit finis cognitionem, tãquàm terminum, & scopum eorum, quæ in illum ordinantur, & ordinare opus rationis est. Et confirmatur à D. Bona. vbi sup. exemplo liberi arbitrij, cuius actus est voluntatis præsupposita intellectus cognitione. Tum etiam, quia, vt ad rectum motum progressiuum concurret simul operatio visus ostendētis viam, & operatio pedis incedentis; ita in actu intendendi simul rationis, & voluntatis actus: vnus, vt aspicientis: alterius verò, vt tendentis clauduntur. Et quia isti actus coniuncti sunt: idèd vno vocabulo composito importantur.

*1. Consid.*

*S. Tho. 1. 2. q.*

*8. art. 3.*

*Duran. q. 7.*

*Gabriel, &*

*alij vbi. s.*

*Greg. Ariminensis.*

*Secunda diffic. Est ne intētio vnus actus tantum?*

**D**ifficulus intelligitur, quomodo volūtas actu in media & in finem feratur. An quādo vult medium eadē appellatione mediū, & finem velit? Gregorius Arimin. in primo. dist. 1. art. 2. tenet necessariam esse geminam volitionem, vnā, quæ versetur circa finem, & aliam, quæ circa media.

CONCLUSIO I.

Volitio mediij non est semper formaliter finis volitio. Probatur exemplis: nam qui pergit Romam ad loca sancta visitanda, non semper de fine cogitat: nequè infirmus semper sanitatem cogitat, quando vult potionem sumere.

CONCLUSIO II.

Medij volitio virtualiter finis volitionē cōprehēdit. Ratio est: quia cū medium, vt medium est, non habeat aliam bonitatem, quàm eam, quæ habet à fine, nō poterit voluntatem,

nisi sub ratione finis mouere. Tum etiam quando ægrotus desiderat sumere potionem, etiam quando de salute nihil cogitat, tale desiderium à præcedenti voluntate, qua voluit sanari, imperatur.

### CONCLUSIO III.

Aliquando accidit eodem actu formaliter velle nos medium, & finem, nempe, quando recordamur finis, & habemus hunc actum, scilicet, volo medium propter finem. Et ratio est; quia potentia eadem actione in obiectum, & in rationem formalem obiecti fertur. Nam, ut visus eadem visione in coloratum, & lucidum fertur: propterea quod lucidum est ratio videndi colores; ita voluntas eadem volitione potest in medium, & in finem ferri: quia finis ratio volendi medium est. Et eodem actu, atque amore diligimus proximum propter Deum: quia ratio formalis dilectionis proximi Deus est. Quare, si finis est ratio, ob quam medium amatur, eodem actu finem, & medium amabimus. Diuersis autem rationibus potest quis medium propter finem velle, quas breuitati studens prætermitto.

### Magister Sent. Dist. XXXIX.

Sententia huius distinctionis tribus conclusionibus potest comprehendere, & sit prima. Voluntas quatenus est bona, est natura: sed quatenus inordinata est peccatum, & mala.

### CONCLUSIO I.

Actus inordinatus solius voluntatis dicitur esse malus, & peccatum: quamuis in actibus aliarum potentiarum abusus etiam contingat.

### CONCLUSIO II.

Iuxta probabilem opinionem, superior rationis sintilla, id est, synderesis, quæ semper malum odit, & in bonis delectatur, alia est à motu mentis, quo mens, superiori lege relicta, se peccatis subijcit, in eis oblectata. Quæ in prima, & secunda conclusione continentur ex supradictis in tractatu de peccatis perspicua sunt: quæ autem de synderesi in tertia conclusione habentur, & quæ de conscientia etiam tractantur à doctoribus in hac distinctione, consultò à nobis modò reijciuntur.

ciuntur in libellum florum omnium virtutum, ac vitiorum in particulari.

*Magist. Sent. Distinct. XL.*

**P**erinde sententia huius quadragesimæ distinctionis tribus conclusionibus sequentibus continetur.

**CONCLUSIO I.**

Licet omnes actus, in quantum natura, sint boni; quidam tamen simpliciter non boni, sed mali sunt appellandi.

**CONCLUSIO II.**

Nullus actus, qui non causam bonam, & finem bonum habuerit, bonus esse poterit.

**CONCLUSIO III.**

Perpicuum est esse peccata, quæ nulla bona intentione sunt facienda.

*Quest. unica. Datur ne aliquis actus indifferens secundum naturam?*

**C**onsidera, quæ sequuntur ad huius quæstionis clariorem solutionem. Duplex est hominis actus. Quidam ex sola imaginatione procedens: ut mouere pedem, fricare barbam, & alij id genus actus, qui non dicuntur humani; quia à voluntate non sunt imperati. Alij verò ex deliberatione emanant, qui propriè actus humani appellantur. De actu humano possumus bifariam loqui, vel secundum rationem suæ speciei in communi; vel secundum actum in esse singulari, & indiuiduo. Bonitas, quæ actui humano conuenire potest, quadruplex est. Vna entitatiua. Altera naturalis. Tertia moralis. Et quarta plusquam moralis, nempe, meritatoria. Prima vniuersaliter omni actui competit, de qua intelligitur omne ens esse bonum. Vidit enim **Deus**, &c. Et ideò hæc bonitas nullam malitiam oppositam habet. Secunda actui conuenit ex eo, quòd habet omnia, quæ sibi ex natura sua quadrat, cuius malitia opposita inhæret actui, si in eo sit aliquid, quod sibi ex natura sua non competat, nempe, modus, vel finis disconueniens.

1. *Consid.*

2. *Consid.*

3. *Consid.*

*Gen. 1.*

Hinc, de hac malitia, vel bonitate, probabile esse videtur Appen.



omnem actum singularem bonum, vel malum esse. Et ratio est; quia, si habet omnia, quæ ex natura sua sibi conueniunt, bonus; si autem non habet, malus est censendus. Tertia, nempe, moralis bonitas dupliciter sumitur. Primò, strictè; quatenus actus dicitur bonus moraliter; quia à virtutis habitu efficitur. Et è contra dicitur malus: quia ex habitu vitioso emanat. Secundò ex eo, quod actus habet ea, quæ sibi secundum dictamen rectæ rationis conueniunt. Et bonitas moralis hæc, vel est ex genere, vel ex circumstantia; vt patet ex dictis; quando quærebamus. Vtrum malus Angelus necessariò velit male? Et vtrum omne opus, quod fit bona intentione, sit bonum? Quarta bonitas de sententia Scoti competit actui, bene circumstantijs ornato, ex relatione eius ad finem debitum per habitum charitatis. Tribus autem modis contingit actum per charitatem referri. Primo actualiter; vt cum quis cogitans de Deo, aliquid propter Deum vult. Secundo virtualiter, vt cum quis ex Dei cognitione, & dilectione in cognitionem, & volitionem alicuius operis deuenit: non tamen tempore, quo opus exequitur, actualiter de Deo cogitat.

Scot. d. 7. q.

1.

4. *confid.*

5. *Confid.*

Tertio habitualiter tantum, nempe, si omnis actus sit in finem vltimum referibilis, productus ab habente charitatem, dicatur in Deum referri. Sed de hac triplici relatione in floribus quarti libri egimus. Totidem modis potest actus non referri. Nam quot modis dicitur vnum oppositorum, dicitur, & reliquum. Primo priuatiuè: quia cum sit natus referri, neque actualiter, neque virtualiter refertur. Secundo negatiuè per negationem relationis actualis, & virtualis relationis.

D. Bona. q. 3

art. 1. d. 41.

Scot. d. 41. q.

Vnica.

Almayn.

D. Tho. 1. 2.

q. 18. art. 5.

¶ 9.

Duran. d. 40

q. 1. Ricar.

¶ alij hac d.

Atque etiam: quia non potest in Deum referri, vt est peccatum veniale. Tertio dicitur non referri contrariè: quia destruit principium referendi, scilicet, charitatem, & tale est mortale peccatum. Duæ sunt opiniones circa quæstionem hanc, & probabiles. Quarum prima affirmans est D. Bona. quæst. 3. Scot. distinct. 7. quæst. 1. & distinct. 41. & quolib. 18. artic. 1. & Gabrielis, & Almayni in moralibus cap. 19. Negans opinio, & contraria est B. Thom.

### C O N C L V S I O I.

Si de bonitate entitatiua, & naturali loquamur: nullus actus

Actus est indifferens ad bonitatem, & malitiam, præsertim, si sermo de actu secundum rationem singularem habeatur. Et ratio est; quia omnis actus bonitate entitatiua est bonus, & nullus est, qui bonitate naturali non sit, vel bonus, vel malus; vt ex tertia consideratione constat.

CONCLUSIO II.

Loquendo de actu humano; vt singularis est, potest talis actus ad bonitatem, & malitiam moralem strictè sumptam esse indifferens. Probatur aliquot rationibus. Primò sic. Cõferre se in agrum hoc solo fine; vt ad illum pergat; non est opus malum, nec bonum. Non malum: quia nulla lege prohibetur. Neq; bonum: quia debito fine caret. Quare datur actus indifferens in indiuiduo, qui non est opus malum, nec bonum. Secundo velle ire ad agros delectationis, sine recreationis causa, non est opus malum, vt patet: neq; bonum. Nam cuius operatio est bona, delectatio est quoq; bona, & cuius delectatio est mala, & operatio mala. Quare cuius operatio est indifferens, delectatio quoq; indifferens erit. Tertiò actus ex quibus generatur virtus, & antecedunt virtutem, non sunt boni, nec mali: ergo sunt indifferentes. Non esse malos ex se constat: nullo enim fine malo præfixo efficiuntur. Non esse bonos probatur: quia ad bonitatem operis, teste Arist. necesse est, vt tale opus ex certa scientia promptè, & delectabiliter procedat. Et cum hoc, id genus actus non habeant, nõ sunt boni censendi. Quartò ducere lineas in papyro, nullo proposito fine, non est opus malum; quia nullus quantumuis scrupulosus, de hoc opere se accusat. Nequè est opus bonum: quia nõ habet debitum finem: ergo erit indifferens. Hactenus de hac quaestione. Reliqua in libro controuersiarum inuenies.

Arist. 2.  
Ethic. c. 4.

S. Tho. 1. 2. q.  
21. art. 5.

Bona.

Duran. q. 2.  
& alij vbi. 5.

Greg. Ari-  
min.

*Prima diffic. Vtrum sit aliquis actus indifferens respectu meriti, & demeriti?*

Sensus est. Vtrum sit aliquis actus bonus moraliter, qui non sit, vel meritorius, vel demeritorius? Tres adfert D. Bona opinioniones circa hanc difficultatè. Et prima tenet, nullum actum humanum deliberatè à voluntate procedentem, esse

indifferentem; quia nihil homo ex deliberatione facit, quod Deus ad præmium, vel ad demeritum non imputet. Hæc videtur fuisse Gregorij Arimin. Secunda opinio defendit actionem, quæ non est propria homini; vt comedere, bibere, &c. quæ etiã brutis cõuenit, posse esse indifferentẽ: propriam verò actionem, vt v. g. loqui, &c. esse vel bonam, vel malã, & nullo pacto indifferentem. Vtraq; istarum opinionũ nimis viam ad regnum cœlorum arctat: quia tunc cogitatio de veritate, non propter Deum, esset peccatum. Similiter qui naturali pietate, vel ciuili vrbanitate salutarent in via occurrẽtem, peccarent, quod asserere est nimis durum. Tertia opinio, quam idem Bona. approbat, tenet, omnem actionẽ, non ordinatam in finem vltimum, scilicet, Deum, esse malam, & demeritoriam. His opinionibus addit Medina quartã opinionem, quam primo loco ponit, & Scoto, atq; Durã. ascribit, quæ ad hoc, vt opus sit meritorium vitæ æternæ non satis esse affirmat: vt sit opus bonum, & proficiatur ab homine existente in gratia, & Dei amicitia: verũ etiam requiri, quòd referatur actualiter in finem supernaturalem nostræ religionis. Quod neq; Scot. neq; Duran. somniarunt: vt eorum littera patet. Nam ibi docent, satis esse relationem virtualem in Deum. Quinta opinio, fuit magist. Victorix, & Soti lib. 3. de natura, & gratia, cap. 4. in. 2. conclusionẽ. Opinantur enim ij grauisissimi magistri, omne opus bonum existentis in gratia esse vitæ æternæ meritorium. Ijs adiungitur sexta opinio affirmantium, dari aliquem actum bonum, supernaturalem in homine existentem in gratia, qui non sit vitæ æternæ meritorius: vt est primus actus fidei in homine iusto.

## CONCLUSIO.

Datur aliquis actus indifferens, tam in habente gratiam, quàm in non habente. Ratio est; quia non omnis actus peccatoris peccatum est: nam peccator parentes honorando, indigenti benefaciendo, verum credendo, non peccat, licet, hæc agendo non mereatur. Oppositum est error Lutheri. Lege Cast. verb. opera hæresi. 1. & verb. peccatum, hæresi. 4. Similiter existens in gratia, & propter naturalem honestatem, &

com-

Medina. 1. 2  
q. 18. art. 9.

Victoria.  
Soto.

Hæresis.

compassionem, & veritatis cognitionem, hæc faciens, non meretur, eò q̄ per gratiam hæc in Deum non refert, nec demeretur: propterea q̄ Deus non obligat nos, vt omnem actū in ipsum referamus, quæ sua est infinita misericordia, licet posset. Præcepta enim, quæ ad certos actus, certo modo præstandos obligant, non obligant pro semper; sed pro certo tempore, loco, vel causa, quibus existentibus, si non referret, peccaret.

Hinc, respondetur fundamentis, quibus prima opinio fulcitur. Quale illud est. Omnia in gloriam Dei facite. Omnia, quæcunq; facitis, siue in verbo, siue in opere, in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Quoniam verbū apostoli nō est præceptū; sed concilium, vt sunt multæ aliæ monitiones eiusdem Apostoli, & Salomonis in prouerbijs, & in cæteris sapientiæ libris cōtentæ. Vel vt alij interpretantur, intelligitur hæc fundamēta negatiuè, id est, nihil contra gloriam Dei facite, & hoc modo est præceptū. Aliæ sunt aliorū expositiones. Et illud fundamentū. Omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, &c. Ibi enim non dicitur verbū otiosum, quod in finē non ordinatur; sed quod caret omni vtilitate; dū tamen aliquam habere deberet. Atq; ita intelligēdū est illud D. Gregorij. Verbū otiosum est, quod ratione iustæ necessitatis, & intentione piæ vtilitatis caret. Et inter tale verbum otiosum, & meritorium reperitur medium: vt quando aliquis loquitur, quod non est omni modo vtilitate priuatū; nec tamen est in Deum, tanquàm in finem vltimum, ordinatum. Frequenter enim verba, quæ inutilia videntur, vtilia efficiuntur, si ad recreationem aliquam spiritus, & ad exclusionem accidia ordinentur. Ita enim refertur dixisse D. Bernar. Otiosum, inquit, fuit factum; sed non otiosè factum. Fecerat enim illud ad lætificandum hominem, quem mærore affectum viderat.

Hinc, actus imperatus bonus moraliter potest esse indifferens ad meritum, & demeritum. Nā comedere pro loco, & tempore, & pro naturæ sustentatione, est actus moraliter bonus, & manēs idē potest esse meritorius; vt si, durante cōmestione, actus ille in Deū ipsum per charitatē inexistentē refe-

Appen. 1.  
1. ad Cor. 10  
ad Col. 3.

Matth. 12.

D. Greg. 2.

D. Bernar.

Appen. 2.

ratur. Et non erit meritorius manens idem in esse moris, & naturæ, si in Deum non referatur. Non tamen talis actus moraliter bonus erit demeritorius: quia cum actu peccati mortalis impossibile est, eundem actum esse moraliter bonum. Nam si esset demeritorius deficeret aliqua circumstantia, quæ ratio dicit inesse, vel adesset aliqua, quam ratio non inesse debere dicit. Atque ita semper actus esset deformis contrariæ rationi rectæ, & ex consequenti moraliter malus. Actus tamen indifferens potest meritorius, & demeritorius, vel e contra fieri: ut si quis intraret ecclesiam propter finem indifferens, nempe, recreationis gratia, vel alicuius finis moraliter boni: non tamen ratione hoc dictante: sed ex mera voluntatis libertate, tunc talis actus esset indifferens. Et si postea continetur actus ille, mutata intentione, nempe, propter Deum, erit meritorius talis ingressus: demeritorius verò, si propter vanam gloriam ecclesiam ingrediatur.

De verbo otioso nota multa, & scitu digna apud doctores locis in principio citatis.

S. Bona. &  
alij vbi sup.

*Secunda diffic. Vtrum solus actus, qui non refertur in finem vltimum, sit indifferens ad meritum, & demeritum? an etiam aliquis relatus ad hunc finem indifferens esse possit?*

#### CONCLUSIO.

**N**ullus actus habens charitatem in finem vltimum virtualiter, aut actualiter relatus, indifferens esse potest. Et ratio est: quia omnis talis actus, cum sit meritorius, non poterit esse indifferens: quoniam successivè non esset meritorius. Nullus enim magis in finem ordinatur. Et cum dependeat à charitate, & actu eius meritorio, & sit veluti eius effectus: idè erit talis actus meritorius, & non indifferens: ut in conclusione habetur.

Append. 1.  
D. Bona.

Hinc, religiosi, qui in principio ex charitate religionis pòdus portare voverunt, quicquid faciunt ad suæ religionis observan-



seruantiam pertinens, ex sua prima intētionē est ad salutem meritorium, nisi fortē (quod Deus auertat) contraria intētio superuenerit. In alijs verò, quæ ad religionem non pertinet, aliter est censendum: quia illa intentio ad alia virtualiter nō extendebatur.

Hinc, quicquid religiosus ex obedientia sui prælati faciet, etiam si labor corporalis, ad vitæ sustentationem pertinens fuerit, si in gratia existat, licet tūc non ordinet in Deū actualiter, erit meritorium: quia ex prima intentione, qua se propter Deum obedientiæ subiecit, meritorium efficitur. Vnde maximæ securitatis salutis æternæ est, religionem intrare. Nomine autē religiosi intelligūt in præsentia nō solū, qui regulā ab ecclesia approbatā profitentur: verū etiam intelligūt omnes, qui alicui prælatō secundū ecclesiæ ordinem se subdiderunt. Et eadē ratione intelliguntur, quicūque statim aliquem à Christo, aut ab ecclesia approbatum propter Deū suscipiunt: vt qui matrimonium contrahunt. Vnde vxor viro suo obediens propter Deum meretur, quod intelligitur etiam suo modo de religione christiana:

Appen. 2.

*Magist. Sent. Dist. XLI.*

**S**ententia huius distinctionis, in qua Magister disputat. An omne opus, quod non est ex fide, sit peccatum? & an etiam omne peccatum sit voluntarium? sequentibus conclusionibus breuissimè comprehenditur.

**CONCLUSIO I.**

Etiam si aliqui omnem actum non ex fide, & charitate emanantem peccatum esse affirmant: alij tamen quosdam actus infidelium bonos fore: non autem meritorios probabilius multò docent.

**CONCLUSIO II.**

Nullū est peccatum, quod non sit suo modo voluntarium. Hinc, cū voluntas mala mortale peccatum sit, constat talem voluntatem esse mortale peccatum, id est, actum volūtatis esse malum. Absoluetur dist, duabus quæstionibus positis, quibus explicabuntur magistri conclusiones.

Quæst.

*Quest. I. Vtrum sint omnia opera infidelium peccata?*

Sensus tituli est. Vtrum infideles in omnibus suis operibus peccent? contra Lutherum, asserentem omnia peccata infidelium esse mortalia, non opus est nunc disputare. Nam hoc asserere non est haereticum, nec de illo haec tenet ecclesia (quod sciam) definiuit. Damnavit quidem concilium Trid. sententiam dicentem, omnia opera, quae ante iustificationem fiunt, esse vera peccata; sed non ideo damnavit sententiam affirmantem, omnia opera infidelium esse vera peccata. Est enim adhuc inter scholasticos theologos controuersum. Duas enim refert Magister opiniones, quarum una tenet partem affirmantem; altera vero negantem. Nam tenet infideles in omnibus suis operibus non peccare. Habet prima opinio fortissima argumenta, quibus probabilis maxime esse videtur, quam tenet Greg. Arimin. in. 2. dist. 28. q. 1. & Capreolus in. 2. eadem dist. & q. & Rossensis art. 36. contra Lutherum, quam dicit esse etiam sanctorum Patrum, & Cast. verbo gratia, haeresi. 1. videtur illis subscribere. Qui omnes docent, nullum hominem, siue fidelem, siue infidelem posse opus bonum morale sine gratia Dei speciali efficere. Adducunt autem in suam sententiam D. August. asserentem: quicquid ab homine fit, non ea intentione, quam fides praescribit, etiam si officio bonum videatur, ipso non recto sine peccatum esse. Noueris, inquit, non officijs; sed finibus a vitijs discernendas esse virtutes. Officium est autem, quod faciendum est; finis vero, propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare conuincitur. Ex quibus verbis, & alijs, quae ibidem adducit, doctores primae opinionis astruere conantur, infideles in omni opere suo delinquere, tametsi, quod agunt, officium bonum esse videatur: quale est pascere esurientem, nudum vestire, honorem parentibus exhibere, thori fidem seruare, huiusque farinae similia. Sunt tamen diligenter perpendenda, quae alibi D. August. docuit, ita scribens. Infidelium, & Deum non veraciter colentium, quaedam esse facta, quae secundum iustitiae regulam non solum vituperare non possumus: verum

*Alex. Alen.*

2. p. q. 102.

*m. 3. in sol.*

dist. 4.

*S. Tho. 2. 2. q.*

10. art. 4.

*S. Bona. hac*

dist. &amp; dist.

26.

*Duran. q. 1.**Greg. Arim.**Capreolus.**Rossen.**Castro.**Ses. de nat.**Gr. c. 10**D. Aug. lib.*

4. cont. Iul.

c. 3.

*Vega de in-**stific. q. 14.*

verum etiam merito, iusteque laudamus. Quare si quædam illorum opera iuste laudantur: ut D. August. affirmat, peccati reprehensione carebunt. Et ipsemet August. non sibi aduerfatur, dum prælibato cap. 3. aliquoties significare videtur, in vniuersum omnia vitiose fieri, quæ sine fide aguntur: quoniam talem semper subiicit explicationem: ut manifestum fiat, nihil aliud se insinuare voluisse, quam peccata esse, quæ ab infidelibus infideliter aguntur, hoc est, ut ipse quoque interpretatur, stulta, noxiaque voluntate aguntur. Vnde ibidem subditur: quia omnis infideliter viuens, vel agens, vehementer peccat.

*Lib. 4. contra Iulian.*

Reuoca in memoriam, quod sæpè hæctenus diximus, bonum morale esse, quod est rectæ rationi consonum, nempe, quod habet obiectum bonum, & finem rectum, & omnes alias circumstantias, quæ ad operis honestatem desiderantur: meritum verò bonum esse, quod præter dicta, est tanti valoris: ut sit vita æterna dignum, propter suam excellentiam: & quia est charitate informatum.

*Nota.*

Hinc, bonum morale est medium inter peccatum, & meritum: quia morale, cum in nullo deficiat, peccatum esse non potest, & cum excellentia illa, & qualitate supernaturali, & ad meritum necessaria careat, non poterit esse meritum.

*Append.*

*Soto de nat.*

*Grat. c. 21*

### CONCLUSIO.

Infidelis, siue alius quicumque pro isto statu, dum est extra gratiam, non potest bene moraliter, vel semper, vel ut in plurimum sine speciali Dei auxilio operari. Hæc conclusio in tractatu de necessitate gratiæ supra fuit demonstrata, cuius opposita sine errore affirmari non potest. Et ratio est: quia si homo extra gratiam sine speciali Dei auxilio, vel semper, vel diu posset bene moraliter operari, posset quoque suis viribus omne peccatum vitare, & diuina præcepta adimplere, quod est falsum, & erroneum. Deinde quia diu, vel semper bene moraliter operari est hominis sani, atque valentis secundum rationem, & homo per peccatum læditur, & est in statu ægritudinis, & infirmitatis: atque ita non poterit diu, & semper operari bene moraliter. Quod docuit D. Greg. super Ezech. quando

*D. Greg.*

quãdo dixit. Peccatũ, quod per pœnitentiam nõ deletur, &c.

### CONCLUSIO II.

Homo extra gratiam existens, siue fidelis, siue infidelis sit, potest aliquod bonum moraliter operari, rarò tamen, & maxima cum difficultate sine speciale Dei auxilio. Hæc cõclusio fuit etiam suprà probata. Et denuò confirmatur: quia aliàs hominis natura non esset per peccatum vulnerata; sed potius extincta. Propterea q̄ nullum conatum, quamuis læguidum, & imperfectum habere posset ad bonum.

### CONCLUSIO III.

Nullum opus, per quod homo ad gratiam iustificantem, siue mediatè, siue immediatè consequendam, tendit, & disponitur, potest sine speciali Dei auxilio suis viribus efficere. Hæc conclusio colligitur expressè ex varijs locis sacre scripturæ. Vt Ioã. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et venire significat omnem viam, & progressum, quem facimus ad vitam consequendam. Idem expressè declaratur 2. Pet. 2. vbi dicitur. Omnia nobis donata esse diuina virtute, quæ ad vitam, & pietatè pertinent. Et ad Rom. 11. Quis prius dedit ei, &c. Et 1. ad Corinth. 4. Quid habes, quod non accepisti. Et Osee. 13. Perditio tua ex te. Et confirmatur ratione: nam, si homo tale opus efficere posset, sequeretur initium salutis esse ex nobis, & ex consequenti gratiam non esse gratiam, quod est erroneum.

Ioan. 6.

2. Pet. 2.

Rom. 11.

1. Cor. 4.

Osee. 13.

*Diffic. Qui vendunt infidelibus ea, quibus ad ritum infidelitatis vtuntur, peccant ne mortaliter?*

**H**ÆC difficultas solet à doctoribus artic. citato S. Tho. tractari.

### CONCLUSIO I.

Vendentes infidelibus, quæ solum ad infidelitatem vtilia sunt, mortaliter peccant. Et ratio est; quia talia ex natura sua habent ordinem ad malum, atque ita illa vendentes malo infidelium cooperantur.

CON-

CONCLUSIO II.

Vendentes ea, quorum vsus ad bonum, & ad malum est communis ea intentione, vt infideles, quæ ad suum oportuna sunt vsuum, habeant, mortaliter peccant. Et ratio est; quia dantes instrumenta ad peccandum, peccatis peccantium cooperantur.

CONCLUSIO III.

Vendentes verò talia ad bonum, & malum communia, nescientes infideles illis vsuras ad suæ religionis cultû, haud peccant. Et ratio est; quia ignorantia inuincibili excusantur. Nam talis ignorantia est de re, quam fidelis scire nõ tenetur.

*D V B. Quid? Si vendens sciat infideles illis rebus communibus ad ritus suæ infidelitatis esse vsuras, peccabit ne mortaliter?*

Summa Rosella verb. Iudæi partem affirmantem tenet.

*Summa Rosell.*

CONCLUSIO.

Mortaliter haud peccat. Et ratio est; quia malus vsus nec directè, neq; indirectè respectu vendentis res indifferentes est voluntarius. Non directè; quia non sequitur talis vsus ex voluntate vendentis, cum vendat ex parte sua sine timore mali futuri. Nec indirectè; quia non tenetur vèdēs talē vsuum vitare, quāuis possit nõ vendēdo. Aliter enim oporteret semper vendentes circa illud, quod est ex rebus vèditis futurum, sollicitos esse, quod est nimis durum. Præsertim cum vendatur res indifferentes, quæ ex natura sua ad malum vsuum nõ ordinantur. Atq; ita pessimus vsus, atq; inordinatio mala non venditori; sed emptori ascribitur.

*Caiet. est.*

*Quest. II. Vtrum omne peccatum sit voluntarium?*

**D**E hac quæstione, qua secūda conclusio Magistri explicatur, iam supra in materia de peccato originali, & actuali, & veniali, differuimus. Verum, vt vno verbo quærenti de illa satisfaciam, nota sequentes propositiones.

Prima



## Prima Propositio.

*D. Aug. lib. 1. de peccat. mer. & remis. cap. 32.* Peccatum originale, vt loco citato explicauimus, quandā voluntarij rationem habet. Et ratio est: quia, Adā peccante, omnes in illo peccauimus: dum, vt D. August. ait, omnes eramus ille homo, & voluntas eius aliquo modo nostra fuit: quia in eo exitimus, tanquā in radice, cui ab initio suæ creationis implantata fuit gratia, & virtutum omnium additamenta ad totius humani generis dispositionem pertinētia.

## Secunda Propositio.

*D. Aug.* Nullum est omninò peccatum actuale, tam mortale, quā veniale, quod non sit voluntarium. Hæc est D. August. qui loco citato asserit, sine voluntate nullum propriæ vitæ posse esse peccatum. Quod verò magist. ex D. August. asserit, nusquā nisi in voluntate peccatum esse, non significat intra solius voluntatis limites, tanquā cancellos, peccatum omne coerceri: sed omnem peccati radicem, & primariam causam esse voluntatem: à qua quidem ad alias animæ vires, & externas operationes potest peccatum deriuari.

## Magist. Sent. Dist. XLII.

IN hac distinctione Magist. ponit aliquot quæstiones. Prima est. Vtrū voluntas mala, & actus malus sint vnum, vel duo peccata? Secunda. Vtrū maneat peccatum in homine, transeunte actu interiori, & exteriori? Deinde ponit varias peccati diuisiones, quæ supra in tractatu de peccatis fuerunt à nobis expositæ.

*Alex. Alen.*

*p. 2. q. 96. m.*

*5. art. 3.*

*S. Tho. 1. 2. q.*

*20. art. 1. 3.*

*Bona. & Ri-*

*car. & Durā.*

*hac dist. q. 1.*

*Quest. I. Vtrū actus interior, & exterior sint duo peccata?*

INtellige quæstionem hanc de interno consensu, & exterioris operis executione, quatenus hæc duo cōiuncta sunt, & ex priori posterius emanat. Nam, si voluntatis consensus

sum seorsum contempleris. iam dubium non est, quin peccatum in sola voluntate consistens distinctum sit ab actu externo, quod postea opere perpetratur, cum sit alius, atque alius in rem malam consensus.

Sunt autem duæ extremae sententiæ. Prima Greg. Arimin. & Gabriel. affirmantium, esse duo peccata. Secunda, & contraria est Magistri hac dist. & D. Bona. & Duran. & S. Thom. art. 1. ubi supra.

**CONCLUSIO.**

Non sunt duo peccata, sed vnum. Et ratio est: quia ubi est vnum propter aliud, ibi est tantum vnum, vt Arist. docet: & actus exterior, vt ex supra dictis constat, propter actum interiorem bonus, vel malus censetur. Tū etiam: quia actus interior, & exterior illi coniunctus, eodem præcepto prohibentur: vt in his præceptis, nō occides, non adulterabis. Nequē enim actus exterior prohibetur, nisi quia voluntarius. Tandem quia nullus vnquam, qui occidit aliquem, confessus est, se voluisse occidere hominem; sed tantum occidisse.

Hinc, in utroquē vna eademquē erit malitia; etiam numero, vnaquē formalis ratio peccati, cum vnus actus, non nisi per alium malus sit. Quemadmodum eadem numero est sanitas, qua animal sanum esse cognoscitur, & qua vrina sana appellatur.

Hinc, quando coniuncti actus interior, & exterior considerantur, vno tantum præcepto prohibentur: vt nō occides, non mæchaberis, vbi nunquam non consensus interior voluntatis in ipsum opus includitur: eò quòd, vt diximus, exterior operatio nullam habet peccati rationem, nisi quatenus à voluntate deliberata egreditur. Quando verò actus isti adinuicem separantur, diuersis præceptis prohibentur. Et ne crederemus concupiscentiam rei illicitæ non aliter esse peccatum, quàm si opere externo: quod concupiscimus, exequamur, absolutè dictum est, non concupisces. Quem quidem errorem Matth. 5. Christus condemnauit dicens. Qui viderit mulierem, ad concupiscendam eam, iam mæchatus est in corde suo.

*Greg. Arim.  
q. VI. 2.  
Gabriel q.  
vnica hac d.*

*Arist. 2. 70.  
pic. c. 2.*

*Appen. 1.*

*Appen. 2.*

*Difficult. Actus exterior auget ne interioris actus  
malitiam?*

*Scot. quodlib.*

18.

*S. Tho. art. 4.*

*vbi. s.*

*Duran. q. 1.*

*G. 2.*

*Greg. Arim.*

*Gabr.*

*Scoti est.*

*D. Aug. 13.*

*de Trinit. c.*

5.

*S. Thom. &*

*aliorum est.*

*D. Chrysof.*

*B. Aug.*

*Matth. 7.*

*S. Bernar.*

*B. Greg.*

*Ricard. de*

*S. Viſto.*

**S**OLVS Scotus tenet affirmantem partem S. Thom. Gregor. Arimin. quaest. vltim. Duran. Gabriel. q. vnica, & alij negant. Et cum vtraque opinio sit admodum probabilis, decreui vtraque; vna, atque altera ratione confirmatam tibi ab oculis proponere: tu vero elige, quam malueris: quamcumque enim aggrediaris viam, tutissimus ibis.

**CONCLUSIO I.**

Actus exterior malitiam actus interioris auget. Et probatur primo autoritate D. August. dicentis. Miser efficitur homo mala voluntate: sed inferior potestate, qua malum desiderium adimplet. Et ratione confirmatur: quia occidere clericum peius est, quam velle occidere. Quoniam qui occidit est excommunicatus, & efficitur irregularis: qui vero solum vult occidere, neque excommunicationem, neque irregularitatem incurrit. Tum etiam quia hominem occidens, infert irreparabile damnum: volens autem efficaciter occidere, & non occidens, nec damnum, nec iniuriam proximo infert. Quare minus peccat volens occidere, quam occidens, & ex consequenti actus exterior interioris actus malitiam augebit.

**CONCLUSIO II.**

Actus exterior interioris actus malitiam minimè auget. Autores huius opinionis in eius confirmationem adducunt D. Chrysofom. homil. 26. in Matthæ. vbi scribit. Sola voluntas remuneratur pro bono, aut condemnatur pro malo: opera vero exteriora sunt signa huius voluntatis. Citant etiam B. August. lib. 1. de lib. arbitrio cap. 3. Et in epist. 49. q. 4. in locum Matth. 7. in quacunque mensura mensi fueritis, &c. Et S. Bernard. epistol. 77. & B. Gregor. homilia. 5. super Euangelia. Et Ricard. de S. Victore lib. 2. de sacrament. 4. part. cap. 6. qui omnes docent voluntatem pro facto reputari, quando non datur facultas, vel necessitas excludit factum. Et ratione confirmatur: quia vbi non est noua libertas,

*Vtrum actus interior, & transeunte actu, &c. 419*

tas, nouum meritum, vel demeritum non reperitur, & in actu exteriori non est noua libertas; propterea q̄ actus exterior necessariò ex voluntate efficaci sequitur: ita vt membra exteriora voluntati ad nutum obediant, & resistere non valeant. Sed de ijs latius in lib. controuersiarum.

*Quest. II. Vtrum, transeunte peccato, remaneat reatus?*

**R**eatus de sententia Scoti est obligatio ad pœnam, nihilquẽ reale ponit in peccatore: sed est relatio rationis duntaxat, quatenus est obiectum intellectus diuini, vel diuinæ voluntatis illum ad pœnam correspondentem ordinantis. Vocatur etiam macula: quia animæ disconueniens est. Appellatur quoquẽ offensa, quatenus diuinam voluntatem punire respicit. Transit autem actus: quia non semper quis fornicatur, aut furatur. Transit peccatũ duobus modis, vel per solam actus cessationem, vel per eius remissionem.

**CONCLUSIO I.**

Transeunte peccato per solam actus cessationem, remanet reatus. Et ratio à simili est; quia, vt se habet actus virtutis ad præmium: ita & actus peccati ad pœnam: quare sicut, transeunte actu virtutis, præmium gloriæ remanet: ita, transeunte peccati actu, remanebit pœnæ reatus. Quæ quidem pœna, si peccatum fuerit mortale erit æterna, si veniale temporalis.

**CONCLUSIO II.**

Transeunte peccato per remissionem, si remissio fuerit totalis, nullus omninò reatus remanebit: si verò nõ fuerit totalis remissio, aliquis remanebit reatus. Primæ partis ratio est, quia peccatũ omninò remitti, nihil aliud est, quàm ipsum ad nullam pœnam imputari. Et, vt ex supradictis constat, & ex ijs, quæ in floribus. 4. de contritione traduntur, tanta potest esse cõtritio: vt omninò omnis pœna deleatur: vt ex platonis sancti constat, cuius anima statim egressa e corpore fuit cū Ch̄ro in paradiso. Secũda partis cõclusionis ratio est:

*Dd 2 quia*

*Alex. Alex. p. 4. q. 17. m. 2. §. 1.*

*Duran. hæc dist. 7. 3.*

*Scot. in. 4. d. 14. q. 1.*

*S. Tho. 1. 2. q. 86. art. 1.*

*Nota. 1. Flores. 4. q. 1.*

*de pœnitentiæ art. 3. diff. 3.*

*2. Nota.*

quia quando non est totalis remissio, remittitur peccatum quò ad debitum poenæ æternæ, fitquè in temporalem poenam commutatio. Dicitur tamen simpliciter remissum quò ad culpam, licet non totaliter quò ad poenam: quia omnis poena temporalis ad æternam comparata, poena secundum quid est.

*Alex. Alen.**q. 156. q. p.**4. q. 12. art.**1. §. 1. ad ar-**gum.**S. Tho. 2. 2. 9**14. 1. ad 1. 2**D. Bona. 2. 8**Ricard. 1. 10. 15**Duran. 1. 10. 15**Scot. & alij**hac dist.**1. 10. 15**Magister Sent. Dist. XLIII.*

**M**agister in hac distinct. in speciali de peccato in Spiritum sanctum verba facit, cuius sententia sequentibus conclusionibus comprehenditur. Prima conclusio, peccatum in Spiritum sanctum est omni peccato grauius, quod nequè in præsentis sæculo, nequè in futuro remittitur. Secunda conclusio, peccatum in Spiritum sanctum variè dicitur irremissibile esse. Tertia conclusio, peccato ex malitia obstinationis, desperationis, impoenitentia, & fraternæ oppugnationis gratiæ non solum in Spiritum sanctum, verum etiam in Patrem, & Filium peccatur.

*Questio unica. De peccato in Spiritum sanctum.**De consecr.**d. 4. c. hi ve-**ro.**B. Aug.**Matth. 7.**S. Bernar.**B. Greg.**Matth. 12.*

**P**raeter doctores in margine citatos, lege etiam ius canonicum, in quo multa de hac quæst. sparsum tractantur, ubi docetur varijs modis aliquem peccare in Spiritum sanctum.

Primò, qui ex proposito bonum deserit, & malum vsquè ad mortem facit. De poenitent. distinct. 1. §. Deus quis similis & dist. 3. cap. inter hæc.

Secundò, peccatur in Spiritum sanctum, cum quis obstinatur, & dicit, omnia mala impunita & bona non remuneranda. De poenit. distinct. 3. c. adhuc in fin.

Tertiò, qui poenitus desperat: vt Cain, qui dixit maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. De poenit. distinct. 1. cap. voluissent, §. ex his.

Quarto, cum quis veritatem cognita impugnat: vt illi, qui Christum



Christum in Beelzebub eijcere dæmonia dixernut. 1. q. 1. c. eos, qui.

Quintò, quicumq; quomodocunq; mortaliter peccat: nam ex hoc Spiritum sanctum à se fugat. De pœnit. d. 3. c. inter hæc.

Sextò, qui scienter in quocunq; mortali peccato perseuerat. De pœnit. dist. 3. ante finem.

Septimò, quicumq; in peccato existens, habet propositū nunquam pœnitendi. De pœnit. dist. 1. c. potest fieri.

Hanc, q. inuenies explicatam in floribus. 4. q. 1. de pœnit. art. 3. & lege Vegam ibi citatum. De speciebus verò peccati in Spiritum sanctum in libello florum virtutum, & vitiōrū in particulari erit sermo.

*Magist. Sent. Dist. XLIIII.*

**H**Ac die. vj. Nouembris anni M. D. LXXXV (gloria sit Patri, & Filio, & Spiritui sancto,) aggredimur hanc vltimam Magistri distinctionem, cuius sententia tribus conclusionibus potest explicari, quarum prima est. Potestas benè, vel malè operandi à Deo est. Secunda, licet potestati benè administranti parendum sit; viriliter tamē eius abusui est resistendum. Tertia, quando inferior potestas cōtra superiorem præcipit, est contemnenda, & superior audienda.

*Quest. I. Vtrum potentia peccandi sit à Deo?*

**C**irca hanc quæstionem quidam adhibendā esse distinctionē existimant, nisi ad substantiam operationis, qua peccatū admittitur, peccandi potestas referatur, id est, vno verbo. Si peccatum pro materiali sumatur: tunc à Deo eam esse fatentur, eò q̄ substantia actus peccati à Deo sit: si autem ad obliquitatis defectum referatur, cuius comparatione propriè dicitur peccandi potestas, vel meliùs peccandi infirmitas, tunc negant illam à Deo esse. Verum tamen Magister, nulla huius distinctionis facta mentione, absolutè potestatem peccandi à Deo esse tradit, non per subministratiōnem positivæ virtutis: sed per negationem perfectionis, quæ sic in bono confirmaret hominem: vt nullis peccandi occasionibus subcumbere posset.

*Alex. Alen.*

*1. p. q. 2. m. 2*

*S. Tho. 1. p.*

*q. 79.*

*S. Bona. q. 5.*

*& Duran. q.*

*1. & Scot. q.*

*1.*

*Gabriel q.*

*vnicæ, & alij*

*hac dist.*

## CONCLUSIO.

Peccandi potestas est à Deo rationali creaturæ concessa. Et ratio est: quia si à Deo non esset, laude, & honore digna non conferatur. Laudatur enim & commendatur vir iustus. Ecclesi. 31. Qui potuit transgredi, & non, &c. Tum etiam quia voluntas inest nobis à Deo, & eadem est, qua, & rectè viuunt, & peccatur. Idem apertissimè docet D. Hieronym. in epistola ad Demetriadem virginem. Qui enim varios, & distinctos rerum ordines ad mundi ornatum instituit, hominè lege creationis talem esse voluit, qui peccare, & non peccare posset. Nec quia peccare malum est: ideo peccandi potestas mala est. Nequè ista peccandi infirmitas hominem malum reddit: propterea quòd nihil eorum, quæ ei iuxta naturæ suæ conditionem pro tempore præsentis vitæ inesse debent, adimit.

*Eccl. 31.*  
*D. Aug.*  
*D. Hiero.*

Appen. 1.

Hinc, quia defectus quidam est, non sequitur illam non esse à Deo. Nam Deus est etiam nobis multorum aliorum defectuum autor, dum virtutem aufert, aut non subministrat, quæ defectum excludere possent. Quo quidem modo est nobis mortis autor, dum id aufert, unde mortem euadere possemus. Similiter ad imperfectionem pertinet, quòd lapides nec viuunt, nec sentiunt: hanc tamè à Deo esse dubitat nemo. Hæc tamen sunt quadam etiam ratione perfectæ: quoniam id habent, quod ex conditionis institutione habere debent. Et suo loco constituta non parum ad mundi ornatum conferunt, dum in rebus conditis, tam varij, atquè distincti ordines cernuntur, & gradus etiam, per quos ad Deum conditorem omnium conscendimus.

Appen. 2.  
*D. Ansel.*  
*D. Aug.*  
*Scot. vbi. s.*

Hinc, D. Anselmi autoritas: quia dicit posse peccare non esse libertatè, neq; libertatis partem, & D. August. & aliorum dicentium, posse peccare non dicere potentiam, neq; esse potètiæ: sed deficere, est intelligenda de abusu voluntatis, & potètiæ. Qui quidem abusus est peccatum pro formali. & non est à Deo. Dicit enim Scot. vbi sup. libertatè esse perfectionem simpliciter, & conuenire Deo, & secundum hoc non conuenire illi posse peccare. Verum quia in nobis est cum limitatione, ratione huius conuenit libertati posse peccare.

Quest.

Quest. I I. Vtrum omnis superiorum potestas sit à Deo?

Alex. Alen. sup. m. 3.

S. Tho. 1. p. q.

96. art. 3. &

4. & 2. 2. q.

10. art. 10.

D. Bona. art.

2. & 3.

Duran. q. 2.

3. 4. & 5.

Ricar. & alij

hac dist. 11.

q. 3. c. qui re

sistit.

Ad Rom. 13

11. q. 2. c. ne

mo contem-

nat.

1. Pet. 2.

Prou. c. 8.

Doct. vbi. S.

Oseæ. 8.

Oseæ. 13.

Iob. 34.

Appen.

Ioan. 19.

C O N C L U S I O.

O M N I S superiorum potestas, tam secularium, quam ecclesiasticorum à Deo est. Hanc conclusionem clarissimè pagina sacra edocet. Nam B. Paul. nihil manifestius tradit. Omnis, inquit, potestas, non nisi à Deo est, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et B. Petrus apostolorum princeps ita ait. Subiecti estote omni humane creature propter Deum, siue regi, quasi precellenti, &c. & postea; serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis: sed etiam discolis. Proverb. 8. Per me reges regnant, &c.

Hinc, omnis potestas, non, nisi à Deo, vel iubente, vel sinente, est: vt habetur. 23. q. 1. cap. quid culpatur in bello.

Prima diffic. Vtrum potestas, & prelatio malorum sit à Deo?

C O N C L U S I O.

A B usus, qui in acquirenda potestate, & in modo abuti illa reperitur, non est à Deo simpliciter, sed permissiue: quia Deus non vult hoc prohibere. Probatur primò. Oseæ. 8. Ipsi regnauerunt: sed non ex me. Si verò populi peccata contemplerur, Deus aliquando in vindictam, in impios, indignosq; cõstituit principes. Oseæ. 13. Dabo eis regem in furore meo. Et alibi facit regnare hypocritam propter peccata populorum. Et habetur conclusio cap. quid culpatur. 23. quæst. 1. & 6. quæst. 1. cap. ex merito, & 8. quæst. 1. cap. audacter.

Hinc, ex his locis, & alijs similibus Sacra scripturæ colligitur, non solum studiosos, & timoratos: sed etiam impios, & tyrannos prelatos à Deo esse. Hinc legimus à Deo potestatem Pilato esse datam.

*Alex. Alen.* *Secunda diffic. Vtrum Christiani principibus secularibus obedire teneantur?*

*Duran. q. 3.*

*S. Bona. q. 1.*

*art. 3.*

*S. Tho. 2. 2. q.*

*104. art. 2.*

*Ad Rom. 13*

*1. Pet. 2.*

*8. dist. c. que*

*cōtra*

*q. 3. c. non*

*semper,*

*8. seq. & 15*

*q. 6. c. nos,*

*8. seq.*

*Alex. Alen.*

*2. p. q. 92. m.*

*1.*

*S. Tho. in. 1.*

*p. q. 96.*

*D. Bona. art.*

*2. q. 2. Galij*

*vbi. s.*

*D. Aug.*

*Gen. 3.*

*D. Aug. 19.*

*de ciuit. Dei*

*cap. 15.*

### CONCLUSIO.

**C**hristiani principibus secularibus, tam fidelibus, quā infidelibus in ijs, quæ non sunt contra Deum, & animam suā, non solum propter iram; verum etiam propter conscientiam, obedire tenentur. Probatur ad Roma. 13. Nam qui potestati resistit, &c. ad Tit. 3. admonet, &c. & 1. Pet. 2. Serui subditi estote, &c. etiam discolis. Notanter dicitur in ijs, quæ non sunt contra, &c. Tunc enim contemnendi sunt, & mors potius subeunda, quā illis parandum est. Nam quando præcipitur, quod non licet, ibi potestas est contemnenda; vt habetur. 11. q. 3. c. qui resistit; nisi fortè per accidens, propter vitandum scandalum: vel periculum. Tunc enim et si iniusta præcipiant, est illis obediendum.

*Tertia diffic. Vtrum in statu innocentie, Adam non peccante, fuisset potestas dominandi, siue praelatio?*

**E**X D. August. super Gen. ad lit. 11. cap. 37. super locum sub viri potestate eris, colligitur, duplicem esse seruitutem, vnā libertatis, siue dilectionis, alteram verò contradictionis, siue violentiæ.

### CONCLUSIO.

Si Adam stetit vniversis ab eo descendentibus, scilicet, alter alteri successiuè dominatus fuisset: at non dominio contradictionis, & violentiæ, siue despotico, vt modò propter peccatum; sed dominio libertatis, & dilectionis, siue politico civili, scilicet, libero. Primæ partis conclusionis, scilicet, quòd non dominio violentiæ, &c. ratio est: quia huiusmodi seruitutis causa est peccatum. Vnde B. August. nullus natura, in qua Deus prius hominem condidit, seruus est hominis, aut peccati; verum etiam pœnalis seruitus ea lege ornatur, quæ naturalem conseruari iubet, perturbari vetat. Quia, si contra



*Vtrum omnis superiorum potestas à Deo sit? 425*

tra eam legem non esset factum, nihil esset pœnali seruitute coercendum. Ecce quomodo D. August. hanc seruitutem vocat pœnalem ad differentiam illius, quæ est amoris, & libertatis. Idem quoquẽ docuit B. Gregor. dicens. Summus locus benè regitur, cum is, qui præsidet, vitij, quàm fratribus, potiùs dominatur. Cunctos quippe natura æquales genuit: vt autem alij ad regendum alijs committantur, non eos natura, sed culpa postposuit. Quibus verbis non solum potestatem agnoscit: verum eius originem tradit. Tandem quia seruitus dominij despotici est cum tristitia, & est talis dominatio in propriam domini vtilitatem prospicere: charitas verò illius status nullo modo, quæ sua essent, quærere passa fuisset. Secundæ verò partis (nempe, dominio libertatis, &c.) conclusionis, ratio est: quia tunc vnus homo fuisset alio in bonitate, & scientia superior, atquẽ ita pater filio, & vir vxori præsideret, dirigendo eos in propriam ipsorum vtilitatem. Et inferiores tunc superioribus inseruissent. Tunc enim filij officiosi fuissent in exhibitione honoris, & reuerentiæ, & in obsequijs corporalibus præstandis: vt si vellent comedere, in allatione fructuum, & in alijs id genus obsequijs. Lege in. 2. p. florum. 4. in quæst. de dominio, & in. 2. p. huius lib. de præsentia angelorum.

*B. Greg. lib.  
26. moral. c.  
19.*

*Quarta diffic. Vtrum subditi suis prælatis obedire teneantur?*

*Alex. Alen.  
3. p. q. 33. m.  
4. art. 4. q.  
5.*

CONCLUSIO.

**T**ENENT VR illis obedire. Legitur enim Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et. 1. Thessalon. cap. 4. Scitis, quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum, qui hæc spernit, non hominem: sed Deum spernit. 12. distinct. cap. non decet, & cap. sequent. & 93. distinct. cap. nos, & 11. quæst. 2. cap. nemo contemnat.

*Luc. 10.  
1. Thessalon.  
c. 4.*



S. Tho. 2. 2. q.  
104. art. 5.

D. Bona. q.  
Ultima.

Duran. q. 4.

Et alij vbi. s.

Et Corduben

sis in exposi-

tione regula

cap. 10. q. 2.

Et summi stæ

verbo reli-

giosus.

93. dist. c. si

inimicus.

8. dist. c. qua

contra & 12.

q. 3. c. nõ sem

per, & octo

seq. & 15. q.

6. c. nos, &

c. seq. & 11.

q. 3. c. si epis

copus forte,

et c. qui resi

stit.

Doct. vbi. s.

Et capita in-

ris citata.

Quinta diffic. Vtrum subditi in omnibus suis præla-  
tis obedire teneantur?

Obedientia, vel consideratur secundum suam perfe-  
ctionem, vel secundum necessitatis obligationem.

### Prima Propositio.

Obedientia primo modo sumpta, subditos suis prælatis in omnibus obedire docet. Et ratio est; quia obedientia perfecta finem nescit, nec præcipientis mandatum expectat: quin potius amore Christi obedientis vsq; ad mortem crucis præcipientis se omnibus exhibet, & voluntatis conscius auertit prælati mandaturi præceptum: quæ prompta, & simplex obedientia nominatur.

### Secunda Propositio.

Obedientia secundo modo accepta: subditi in his tantum suis prælatis, quæ animæ, & regulæ suæ contraria non sunt, obedire tenentur. Ratio est; quia non amplius prælatis suis obsecundare obligantur, nisi in his, quæ Deo obseruare promississent, & cum votum non ad plura se extendat, quam vouentis intentio, & vouentis intentio nunquam fuerit, quæ sunt contra animam, & regulam suam promittere, in his nullatenus tenebitur obedire. Quare non simpliciter in omnibus: sed in his tantum, &c. vt in conclusione habetur.

D V B. I. Cur ergo non simpliciter sicut, in voto  
castitatis, & paupertatis, obedire tenentur?

R Espondeo. Quia quamuis in omni religione perfecta quantum ad opus carnis, & quantum ad opus proprietatis, vel in speciali, vel in communi renunciatio simpliciter contineatur: non tamen ita, quæ præcipi possunt, præcipiuntur. Et ideo non ita ad obsequendum in omnibus,

sicut

sicut ad abrenunciandam in omnibus subditi arctantur. Et ratio est; quia obligari paupertati est possibile alicui, atq; etiã non difficile, præsertim ubi possessio cõmunitati suffragatur, sed in omnibus obtemperare, & obedire non solum non est facile: verum etiam aliquando est impossibile. Quamobrẽ, oportet: vt fines promissioni obedientiẽ cõstituantur, qui nõ similiter promissioni paupertatis, vel castitatis ponuntur.

Hinc, in regula B. patris mei Francisci, eius regulẽ professoribus simpliciter præcipitur: vt nihil omninõ proprii super terram habeant: simpliciterquẽ etiam perpetuõ continere nõ solum ab actu; verum etiam à suspecto consortio, & consilio mulierum, mandatur. Minimẽ tamen præcipitur simpliciter suis prælatis in omnibus obedire: sed in omnibus, quẽ promisserunt domino obseruare, & non sunt contraria animẽ, & regulẽ suẽ.

Append. 1.

Hinc, votum obedientiẽ aufert quidem voluntatis propriẽ dominium: ita vt in his obediat, quẽ in regula expressa continentur.

Append. 2.

*D V B. I I. Quid dicitur esse contra animam,  
& contra regulam?*

**R**ESPONDEO. Contra animam est non solum mortale peccatum: sed etiam quod de propinquo inducit in talis peccati periculum: vt si aliquid contra honestatem, vel scandalum, &c. præciperetur. Contra regulam autem est non solum, quod est contra regulẽ præcepta: verum etiam contra ordinis statuta, ad regulẽ puritatem seruandam spectantia. Illustro rem hanc exemplo: vt si fratri meo Franciscano præciperetur ire ad colligendas pecunias, contra regulam, & mores ordinis, declarationumquẽ, ac statutorum: vel si præciperetur, vt negotijs secularibus se immisceret, non teneretur obedire. Et prælatus imprudens hec, & similia per obedientiam, vel in virtute Spiritus sancti, vel sub excommunicationis pœna, præcipiens, mortaliter peccat. Debetq; subditus in animũ suum indu-

*D. Bernard.  
in lib. de præ  
ceptis. & di-  
stent.*

inducere cum B. Bernardo, satius esse Deo, quàm homini-  
bus obedire. Verùm enim verò, si idem prælatus alicui  
præciperet, vt sexta feria ieiunium solueret, calceos indue-  
ret, equitaret, &c. quoniam cognitam habet fratris infirmi-  
tatem, subditus tunc consultius acquiescere deberet. Quia  
credendum est, prælatum tunc, causa rationabili interue-  
niente, dispensare. In dubijs enim semper est obediendum  
23. quæst. 1. cap. quid culpatur ante finem.

*Durand. q.  
vltimæ huius  
dist.*

*D V B. III. Tenentur ne religiosi magis suis  
superioribus, quàm episcopo obedire?*

CONCLUSIO.

**T**ENENTUR in ijs, quæ ad regulam pertinent, magis suis  
superioribus, quàm episcopis obedire. Definita est c.  
abbates. 9. quæst. 3. & cap. conquæstus, & c. quam sit. §.  
nullus. 18. quæst. 2. Quemadmodum clericus magis suo epis-  
copo, quàm archiepiscopo obedire tenetur.

Hinc, confutantur varij diuersorum hæreticorum erro-  
res, qui timentes ne vel propter sua scelera, & venenosas  
doctrinas à prælatis ecclesiæ iuxta potestatem à Deo illis  
collatam punirentur, ad hoc asyllum confugerunt: vt eorum  
plures negauerint obedientiam esse prælatis ecclesiæ præ-  
stendam. Et huius erroris sceleratissimi Vualdenses inuen-  
tores fuerunt, qui omnem ecclesiæ potestatem, & ordinem  
tollere volebant, dicentes, non esse Romano pontifici, aut  
alijs ecclesiæ prælatis obediendum. Eundem errorem do-  
cuerunt pseudo apostoli Vuiclephitæ, Hუსitæ. Et nunc  
Lutherani asserunt, non esse prælatis ecclesiæ obediendum,  
nisi in illis solùm, quæ in Sacra scriptura sunt apertissimè  
tradita. Begardi quoquè, & Beguinæ dixerunt eos, qui ad  
perfectionis statum peruenerint, non esse alicui humanæ  
creaturæ subiectos. Fueruntquè condemnati errores isti  
in concilio Vienen. Et refertur in Clementin. ad nostrum  
de hæreticis. Et in concilio Constantiensi, session. 8. & 15.  
& præter autoritates supra citatas. Lege Castrum verbo  
ecclesia hæresi. 3. vbi varia Sacræ scripturæ loca citat,  
& Ros-

*Castro.*

& Roffensem artic. 27. in opere contra captiuitatem Babyloniam, Clichthouæum in suo Antiluthero parte prima. *Roffensis. Clichth.*

Haecenus de floribus secundi libri sententiarum ad honorem, laudem, & gloriam sanctissimæ Trinitatis, indiuiduæque vnitatis, & humanitatis sanctissimæ D. N. Iesu Christi, & conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ, & beatorum Iosephi, & Francisci, & beatorum spirituum ordinum, sanctorumque omnium.

Quæ in prima, & secunda huius libri parte continentur sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ iudicio, & censuræ omninò subijciuntur.

F I N I S.

Artic. I. De his, quæ ad effectum liberi arbitrii pertinent. 1  
Dei. I. Superius in hoc mundo lib. arbitrium in dicitur per quædam. 2  
Dei. II. Superius in hoc mundo lib. arbitrium non potest. 3  
Dei. III. Cur non dicitur lib. arbitrium in dicitur. 4  
Dei. IIII. An potestatem per se ipsi ad lib. arbitrium totum. 5  
Ter. I. Quid sit lib. arbitrium. 6

Dei. V. Quæ sit potestas. 7  
Dei. VI. Quæ sit potestas. 8  
Dei. VII. Quæ sit potestas. 9  
Dei. VIII. Quæ sit potestas. 10  
Dei. IX. Quæ sit potestas. 11  
Dei. X. Quæ sit potestas. 12  
Dei. XI. Quæ sit potestas. 13  
Dei. XII. Quæ sit potestas. 14  
Dei. XIII. Quæ sit potestas. 15  
Dei. XIV. Quæ sit potestas. 16  
Dei. XV. Quæ sit potestas. 17  
Dei. XVI. Quæ sit potestas. 18  
Dei. XVII. Quæ sit potestas. 19  
Dei. XVIII. Quæ sit potestas. 20





I N D E X

Q V A E S T I O N V M,  
 A R T I C V L O R V M, D I F F I C V L T A T V M,  
 & dubiorum, quæ in hac secunda parte Florum  
 secundi libri sententiarum  
 declarantur.

Dist. XXIIII. Et XXV.

Quæstio vnica. De libero arbitrio. 3

Artic. I. De his, quæ ad essentiam liberi arbitrij pertinet? ibidem.

**P**rima diffi. An sit liberum arbitrium? 4

Secunda diffi. Nomen lib. arbit. quid significat? 6

Dub. I. Reperitur ne hoc nomen lib. arbitrium in Sacra scriptura. 7

Dub. II. Cur duplici nomine liberũ arbitrium nuncupatur? ibid.

Dub. III. Cur non dicitur liberum iudicium? ibid.

Dub. IIII. An peruenerint philosophi ad liberi arbitrij cognitionem? 8

Tertia dif. Quid nam est liberum arbitrium? 8

Quarta diffi. Est ne liberum arbitrium potentia appetitiua? an cognitiua? 10

Quinta diffi. Est ne liberũ arbitrium idem, quod voluntas? 11

Sexta diffi. Quæ est præcisã ratio, & causa libertatis, & indeterminatiõnis in voluntate? 12

Septima diffi. Vtrũ voluntas, siue liberum arbitrium ab aliqua creatura possit cogi, siue compelli? 14

Octaua diffi. Vtrũ voluntas possit ab ipso Deo immutari? 16

Art. II. De subiecto liberi arbitrij. 17

Prima dif. Vtrũ liberũ arbitrium conueniat creatori? 18

Secunda diffi. Conuenit ne soli creaturæ rationali liberum arbitrium? 19

Tertia diffi. Vtrũ in angelis sit liberum arbitrium? 20

# INDEX.

*Quarta diffi. Vtrum liberum arbitrium in omni statu innocentia, scilicet, culpe, & gratia, commu-  
ne fuerit homini? ibidem.*  
*Quinta diffi. Vtrum liberum arbitrium in Christo homine, sicut in ceteris hominibus fuerit? 21*  
*Sexta diffi. Vtrum lib. arb. aequè sit in omnibus, in quibus reperitur. ibidem.*  
**Artic. III. De vsu, & potestate lib. arb. 22**  
*Prima diffi. Vtrum homo habeat liberi arb. vsu. 25*  
*Secunda diffi. Vtrum actus lib. arb. sit contingentium tantum, vel etiam necessariorum? 26*  
*Tertia diffi. Vtrum lib. arb. sit respectu actuum interiorum tantum? an etiam respectu exteriorum? ibi.*  
*Quarta diffi. Quis nam est proprius, & principalis lib. arb. vsus? ibid.*  
*Quinta diffi. Vtrum lib. arbitrium, secundum quod liberum, possit in malum? 27*  
*Sexta diffi. An lib. arb. deperdi, vel minui possit in illis, in quibus est? 28.*  
*Septima dif. Vtrum sit in nobis vsus liberi arbitrij ad actiones meritorias eliciendas? 29*

# FLORES

**Tractatus de gratia. 34**  
**Quæstio prima. De gratia. ibid.**  
*Prima diffi. An sit gratia? Esi est, an sit ad salutem necessaria? 35*  
*Secunda diffi. Quid nomen gratiæ significat? 36*  
*Tertia dif. De diuisione gratiæ. 39*  
*Quarta dif. Gratia est ne aliqua entitas positina in anima? 41*  
*Quinta diffi. Est ne gratia qualitas absoluta? an relatio realis? 43*  
*Sexta dif. Vtrum gratia sit virtus? 46*  
*Septima diffi. Quæ nam est gratiæ diffinitio? 49*  
**Art. II. De subiecto gratiæ. 52**  
*Prima diffi. Vtrum paruuli sint gratiæ susceptibiles? ibid.*  
*Secunda diffi. Vtrum adulti dormientes, alienati à mente, siue furiosi, & dementes gratiam suscipere valeant? ibid.*  
*Tertia diffi. Est ne maior gratia in vno subiecto, quàm in alio? 53*  
*Quarta dif. Intenditur ne, & remittitur gratia magis in vno, quàm in alio? ibid.*  
*Quinta diffi. Vtrum gratia subijciatur, siue recipiatur in essentia anime? an in potentia, scilicet, in voluntate? 58*

Quæ-

# I N D E X

|  |   |
|--|---|
| <p>Quæst. II. De diuisionibus gratiæ. 59</p> <p>Prima diffi. Vtrum rectè gratia in operantem, &amp; cooperantem diuidatur? ibidem</p> <p>Secunda dif. De diuisione gratiæ in præuenientem, &amp; subsequētē. 60</p> <p>Dub. I. Quomodo gratia excitans, &amp; adiuuans distinguuntur? 62</p> <p>Dub. II. Quid nam est gratia subsequens? 63</p> <p>Tertia diffi. De diuisione gratiæ, in gratiam gratum facientem, &amp; gratis datam? ibi.</p> <p>Quæst. III. De causa gratiæ. 64</p> <p>Prima dif. An solus Deus sit causa efficiens gratiæ? 65</p> <p>Secunda diffi. Vtrum ex parte hominis requiratur aliqua dispositio, siue preparatio ad gratiā? 66</p> <p>Tertia dif. Vtrum facienti, quod in se est, statim detur gratia? 67</p> <p>Quæst. IIII. Vtrum homo possit certò scire, se habere gratiam. 68</p> <p>Prima dif. Potest ne aliquis habere suæ fidei certitudinem? 74</p> <p>Secunda diffi. Vtrum possit aliquis certitudinem fidei, aut moralem suæ sp̄ei habere? 75</p> | <p>Distinct. XXVII.</p> <p>Quæst. vnica. De effectib⁹ gratiæ. 80</p> <p>Artic. I. De iustificatione. ibidem</p> <p>Prima diffi. An iustificatio sit? 81</p> <p>Secunda dif. Quid nomen iustificationis significat? ibid.</p> <p>Tertia dif. Iustitia, à qua iustificationis nomen deducitur, quid significat? 83</p> <p>Quarta dif. Quidnam est iustificatio? 84</p> <p>Quinta dif. Vtrum in iustificatione impij omninò peccata omnia auferantur, &amp; radicū euellānt? 84</p> <p>Sexta dif. Est ne iustificatio sola peccatorum omnium remissio? 86</p> <p>Septima dif. Vtrum Deus, secundū potentiam absolutam, possit remittere culpam, absq; iustificatione peccatoris, &amp; gratiæ infusione, relinquendo hominem in puris naturalibus sine gratia, &amp; peccato? 87</p> <p>Octaua dif. Vtrum iustificatus denominetur formaliter iustus à iustitia sibi inherente, an potius à iustitia, quæ est in Christo? ibid.</p> <p>Nona diffi. Vtrum ad iustificationē peccatoris requiratur liberi arbitrij motus? 91</p> <p style="text-align: center;">II. Part.      Ee      Deci-</p> |
|--|---|

# I N D E X

- Decima diffi. Est ne actualis motus liberi arbitrij necessarius, quando aliquis suscipit sacramētum; ut gratiam recipiat?* 93
- Vndecima diffi. Vtrūm homo adultus de potentia absoluta sine aētū liberi arbitrij iustificari possit?* ibidem
- Duodecima diffi. Vtrūm in adultis ad iustificationem motus fidei requiratur?* 94
- De imateria dif. An requiratur fides explicita ad iustificationem?* ibidem
- Decimaquarta dif. An sola fides sine operibus sufficiat?* ibid.
- Dub. Iustificatio cur in sacris literis, frequentius fidei, charitati, & pœnitentiæ tribuitur?* ibid.
- Decimaquinta dif. Vtrūm ad iustificationem motus liberi arbitrij in peccatū, id est, pœnitentiæ requiratur?* 95
- Decimasexta dif. Vtrūm inter ea, quæ ad iustificationem impij requiruntur, sit remissio peccatorū annumeranda?* ibidem
- Decimasextima dif. Vtrūm iustificatio impij in instanti, vel tempore successivo fiat?* 97
- Decima oct. dif. Est ne prior infusio gratiæ pœnitentiæ perfecta. ibi.*
- Decimanona dif. Vtrūm iustificatio impij sit maximū Dei opus.* 98
- Vigesima dif. Vtrūm iustificatio impij sit maximū miraculum.* 99
- Art. 11. Demerito.* 99
- Prima dif. Est ne meritum?* 100
- Secunda dif. De nomine meriti? ibi.*
- Tertia dif. De diuisionibus meriti?* ibidem
- Quarta dif. Quidnā est meritū?* 102
- Quinta diffi. Vtrūm homo possit mereri aliquid a Deo?* 105
- Dub. Quibus titulus hereditas æterna potest iustis deberi.* 108
- Sexta dif. Erit ne absolutè cōcedēdū, Deū esse absolutè nobis debitorē, sibi, & suæ promissioni?* 110
- Septima dif. Præter gratiam, requiritur ne noua Dei acceptatio; ut actus sit meritorius?* 111
- Octaua dif. Vtrū gratia sit principium merendi per charitatem?* 112
- Nona dif. Vtrūm homo possit mereri sibi primam gratiam?* 116
- Decima dif. Vtrūm vnus possit aliter primam gratiam promereri.* 121
- Vndec. dif. Pōt ne aliquis promereri sibi reparationē post lapsū.* 122
- Duodecima diffi. Potest ne aliquis promereri augmentū gratiæ?* 124

# I N D E X

- Decimatertia diffi. Potest ne aliquis de condigno perseverantiam in gratia promereri? ibidem*
- Decimaquarta dif. Vtrum bona temporalia, siue mala possint cadere submerito? 126*
- Art. III. De varijs alijs gratia effectibus. 128*
- Prima diffiç. Sunt ne purgare, illuminare, & perficere, proprij gratia effectus? ibidem*
- Secunda diffi. Vtrum iustificare, assimilare, & gratificare, sint proprij gratia effectus? 129*
- Tertia dif. Vtru iustificare, excitare, motus meritorios elicere, sint proprij gratia effectus? ibidem*
- Quarta dif. Vtru gratia in presenti vita faciat nos sine peccato esse? ibi.*
- Distinct. XXVIII.**
- Quæst. vnica. De necessitate gratia?** 131
- Art. I. An possit homo sine gratia aliquod veru cognoscere? ibidem*
- Prima dif. Vtru ad cognoscendas oes veritates morales, quibus recte viuunt, generale Dei auxiliu sufficiat, vel speciale etiã requiratur? ib.*
- Secunda dif. Vtru homo viribus tantu nature, secluso speciali Dei auxilio, possit articulis fidei catholica credere? 133*
- Art. II. Vtru homo possit velle, & facere bonu absq; gratia? 137*
- Art. III. Vtrum homo solo generali Dei auxilio possit Deum super omnia diligere? 142*
- Prima dif. Vtrum homo in statu nature lapsa possit per auxiliu generale diligere Deum perfecte super omnia dilectione supernaturali? 147*
- Secunda dif. Hoc præceptum diligendi Deum super omnia potest ne per auxilium speciale, etiam in vita adimpleri? 149*
- Art. IIII. Vtru homo sine gratia Dei possit per sua naturalia implere legis præcepta. 151*
- Prima dif. Vtrum homo in statu nature integra potuisset ex viribus tantum nature omnia præcepta naturalia, & supernaturalia seruare? ibidem*
- Secunda dif. Poterit ne homo in statu nature lapsa quo ad substantiam actus per totã vitã naturæ viribus omnia præcepta seruare? 152*
- Tertia dif. An possit eadem omnia præcepta adimplere ita vt gratiã iustificantiẽ nõ consequatur? 158*
- Quarta dif. Vtrum actus, quo præce*



# I N D E X

- ptum quò ad substantiam actus tantum impletur, differat specie ab actu, quo meritorie, idest, ex intentione præcipientis adimpletur? 162
- Art. V. An sine gratia possimus vitam eternam mereri?* 163
- Dub. Quo pacto potest homo de condigno vitam eternam mereri?* 164
- Art. VI. An possit homo se ipsum ad gratiam per se ipsum absque exteriori auxilio gratiæ præparare?* 165
- Prima diffi. Vtrum possit aliquis viribus nature sine speciali Dei auxilio prænitere, sicut oportet; ut iustificationis gratiam consequatur.* ibidem
- Secunda dif. Vtrum gratia, qua nostram iustificationem præcedit, sit aliquod speciale auxiliũ, vel ipsa gratia gratum faciens?* 168
- Art. VII. Vtrum homo sine auxilio gratiæ possit à peccato resurgere?* 170
- Diffi. Poterit ne homo per solum generale auxiliũ sine speciali tollere habitum vitiosum, & studiosum acquirere?* 172
- Art. VIII. Vtrum possit homo sine gratia habituali cauere omne peccatum?* 173
- Diffi. Vtrum homo, in gratia constitutus, & in ea cõfirmatus, possit per totam vitam omnia peccata venialia vitare, quin aliquando prolabatur.* 176
- Artic. IX. Vtrum homo, in gratia constitutus, præter gratiam habitualem, ad cauenda peccata, & ad rectè operandum speciali auxilio indigeat?* 179
- Prima dif. Vtrum homo, iustificatus possit sine auxilio speciali plura, & perfectiora opera per solam gratiam habitualem præstare, quàm non iustificatus?* 182
- Secunda dif. Vtrum operationes, quas homo iustus elicit, secluso speciali auxilio, sint vitæ æternæ meritoria?* ibidem
- Art. X. Vtrum homo in gratia constitutus speciali auxilio indigeat; ut in ea perseverare valeat?* 183
- Diffic. Perseuerantia in gratia est ne de necessitate salutis?* 185
- Dub. Cur sola gratia habitualis nõ erit sufficiens ad perseverantiam obtinendam?* 186
- Distinct. XXIX.* 187
- Quæst. vnica. Vtrum in statu innocentia habuerit homo iusti-*

# I N D E X

- iustitiam originale? *ibid.*
- Prima diffi.* Pateretur ne tunc potentia sensitiva aliquam tristitiam, aut difficultatem obediendo rationi? 191
- Secunda dif.* Existente iustitia originali in voluntate, potuit ne primum peccatum esse delectatio inordinata, & libidinosa carnis? *ibidem*
- Tertia dif.* Vtrum ita potentia quælibet merè naturalis subiceretur voluntati tunc; ut potentia. v. g. generandi, ut esset in voluntate hominis marem, vel foeminam generare? 192
- Quarta dif.* Vtrum iustitia originalis fuerit donum realiter à gratia gratum faciente distinctū? *ibidem*
- Secunda dif.* Quæ ob causam dicitur hoc peccatum originale? 195
- Tertia diffi.* Sunt ne varia peccati originalis nomenclaturæ? 196
- Quarta diffi.* Est ne peccatum originale vnum, an plura? 197
- Quinta difficul.* Est ne in omnibus peccatum originale æqualiter? 199
- Sexta diffi.* Est ne peccatum originale culpa tantum, vel pœna tantum, vel vtrumquæ, vel neutrum? *ibidem*
- Septima diffi.* Est ne peccatum originale voluntarium? 200
- Octaua dif.* Fuit ne in Adam peccatum originale? 202
- Nona diffi.* Quidnam est peccatum originale? 203
- Dub.* Quomodo iustitia originalis dicitur debita? 211

## F L O R E S

Tractatus de peccato originali.

### D i s t i n c t. X X X.

Quæstio vnica. De ijs, quæ ad essentiam peccati originalis pertinent? 193

*Prima diffi.* An sit peccatum originale? *ibidem*

D i s t i n c t. X X X I. 212

Quæst. I. De traductione, siue contractione peccati originalis. 213

*Prima dif.* Vtrū peccatū primi parentis in posteros transeat? *ibidem*

*Secunda diffi.* Est ne generatio medium, quo peccatum primi parentis in posteros traducitur? *ibidē*

II. Part. Ee 3 Tertia

Tertia diffi. Vtrum alia peccata parentum, præter primum peccatū filijs imputentur? 216

Dub. Cur ergo sæpe propter peccata parentum filij puniuntur? 218

Quarta diffi. Vtrum si Adam non peccasset, peccante Cain, eius filij in peccato conciperentur? 220

Quinta diffi. Si Adam, antequam peccaret, genuisset filios in statu innocentie, iustitia originali præditos, isti iam geniti, Adam postea peccante, amitterent ne iustitiam originalem? 221

Sexta diffi. Si aliquis generaretur modo miraculosè ex carne humana, quemadmodū Heua fuit formata ex costa Adæ, contraheret ne orig. peccatum? 222

Septima diffi. Vtrum, sola Heua peccante, filij orig. peccatum contraxissent? ibidem

Quæst. II. De subiecto peccati originalis? 223

Articulus vnicus. Quodnam est immediatum origin. peccati subiectum? ibidem

Distinct. XXXII. 224

Quæst. I. Vtrum origin. peccatum per baptismum remittatur. 224

Dub. Cur ad remissionem orig. peccati vnū tantum est remedium, nempe, baptismus? 225

Quæst. II. De effectibus orig. peccati? 226

Dist. XXXIII. 227

Quæst. vnica. Vtrum morientes cum solo origin. peccato sola pœna damni puniantur? 228

Prima diffi. Quam cognitionem poterant paruuli prædicti in illo statu habere? 229

Secunda dif. Comparebunt ne paruuli isti in die iudicij? ibidē

Tertia diffi. Erit ne de istis iudiciū? 230

Quarta dif. Erunt ne eorum corpora impassibilia? 230

Quinta diffi. Habebunt ne in die iudicij cognitionem finis supernaturalis, nempe, quod erant beatitudinis capaces, sicut & ceteri? ibidem

Sexta diffi. Patientur ne tunc aliquā tristitiam propter dictam priuationem? 231

Septima diffi. Quo in loco pueri isti post diem iudicij erunt? ibidem

Di-

# I N D E X

Distinct. XXXIII. XXXV.  
XXXVI. Et XXXVII. 232

F L O R E S

Tractatus de peccato actuali.  
ibidem

Quæst. I. De essentialibus pec-  
cati actualis. ibidem

Art. I. De nomine, & diuisionibus  
peccati actualis? ibidem

Prima diffi. Est ne vnicum peccati  
actualis nomen? ibidem

Secunda diffi. Quæ, & quot sunt pec-  
cati actualis diuisiones. 236

Art. II. Quidnam est peccatum? 237

Prima dif. Peccatum proformali est  
ne pura priuatio, vel aliqua enti-  
tas positua? 239

Dub. Cuius boni peccatum est cor-  
ruptio, sine priuatio? 343

Secunda diffi. Virum sit magis de  
ratione peccati conuersio ad crea-  
turas per inordinatum amorem?

an auersio, & recessus à Dei ob-  
sequio? 244

Tertia dif. Virum peccatum, eò ipso,  
quòd est contra rationē naturālē,

sit etiā Dei offensiuū, & ab ipso  
Deo auertat, & separet? 246

Quarta dif. Est ne ita de ratione pec-  
cati esse contra legem Dei, ut ces-

sante omni lege naturali, & di-  
uina, & positua humana, nullū  
sit peccatum? 248

Quæst. II. De essentialibus pec-  
cati omissionis? 251

Prima dif. An omisio sit peccatum?  
ibidem

Dub. I. Diuiditur ne omisio in ve-  
nialē, & mortalem? 252

Secunda dif. Quidnam est omisio-  
nis peccatum? ibidem

Tertia dif. Virum possit esse pecca-  
tum omissionis absq; aliquo actu

positiuo exteriori, aut interiori,  
preuio, siue concomitante? 253

Dub. II. Qui in die festo ex obli-  
uione tantum non audit sacrum,

peccabit ne? 254

Dub. III. Quando omisio erit vo-  
luntaria dicenda, & ad culpam

imputanda? 255

Dub. IIII. Potest ne esse aliquod  
peccatum commissionis absq; ali-  
quo actu positiuo? 256

Quarta dif. Actus ille, qui præcedit,  
vel cōcomitatur omissionem, est  
ne peccatum? ibidem

Dub. V. Sacerdos, qui postea quàm  
statuit non persolvere diui-  
num officium, proicit breuia-

riū in mare peccat ne? similiter

# I N D E X

- qui, emissio voto ingrediendi religionem, mutaret sententiam, & postea duceret uxorem peccaret ne? 259
- Quinta diffi. Vtrum actus, qui est causa omissionis sit peccatum nullo modo distinctum ab omissione? ibidem
- Sexta diffi. Vtrum omisio, quae non est in potestate omitentis tempore, quo fit, fuit tamen antea, sit peccatum? 261
- Septima diffi. Peccatum omissionis imputabitur ne tempore. V. g. quo erat audienda missa? An tempore, quo data fuit causa omissionis? 262
- Octava dif. An semper homo, quantumlibet perfectus omitat? 264
- Nona dif. Omissionis grauitas poenae quid erit attendenda? 265
- Dub. V. Est ne grauior omisio cum actu, quam sine actu? 266
- Quaest. III. De varijs distinctionibus specificis, ac diuisionibus peccatorum? ibidem
- Artic. I. Vtrum peccata distinguantur specie penes specificam distinctionem obiectorum. ibid.
- An penes specificam distinctionem habituum, siue rectitudinum, quibus opponuntur? 267
- Artic. II. De diuisione peccati in mortale, & veniale? 268
- Prima diffi. Quid nam est mortale, & veniale peccatum? ibid.
- Secunda diffi. Quomodo, peccatum mortale, an veniale sit, agnosceamus? 271
- Tertia diffi. Peccatum veniale est ne peccatum simpliciter? an secundum quid? 274
- Quarta diffi. Est ne veniale peccatum contra legem? an praeter legem? 275
- Quinta diffi. Est ne diuisio peccati in mortale, & veniale bona? 277
- Sexta diffi. Quo nam pacto mortale, & veniale peccatum inter se differunt? 279
- Artic. III. Vtrum peccata distinguantur specie ad specificam distinctionem causarum? 282
- Artic. IIII. Vtrum peccata differant specie, eo quod sint contra diuersa praecipita? 285
- Artic. V. Vtrum per quamcunq; circumstantiam peccata specie differant? 288
- Dub. Tenebitur ne confessarius scire omnes species vitiorum, &



# I N D E X

- virtutum; ut possit species omnium vitiorum distinguere?*  
290
- Quæst. IIII.** De comparatione peccatorum adinuicem. 291
- Prima diff. Vtrum omnia vitia sint connexa?* ibidem
- Secunda diff. Vtrum peccata omnia sint paria?* 292
- Tertia diff. Vtrum grauitas peccatorum ex diuersitate obiectorum varietur?* 293
- Quarta diff. Vtrum grauitas peccatorum per comparationem ad virtutes, quibus opponuntur, consideranda sit?* 294
- Quinta diff. Vtrum peccata carnalia sint spiritualibus deteriora?* 296
- Sexta difficul. Vtrum peccatorum grauitas ex parte causæ consideranda sit?* 297
- Septima diff. Vtrum maiori cum concupiscentia peccans, grauius peccet?* 297
- Octaua diff. Vtrum grauitas peccatorum ex maiori nocumento augeatur?* 298
- Dub. I.** *Vtrum omnis, qui dat operam rei illicitæ, si inde homicidium, nec intentum, nec præsum sequatur, sit irregularis?*  
303
- Dub. II.** *Vtrum conclusio secunda huius difficultatis sit vera?*  
ibidem
- Dub. III.** *Circa quinta conclusionem, an sit vera?* 306
- Dub. IIII.** *Vtrum inducens mulierem ad fornicandum, grauius peccet, quam qui furtum, aut homicidium committit?* 307
- Nona diff.** *Vtrum peccatū sit grauius ratione personæ, in quam peccatur?* ibidem
- Dub. V.** *Vtrum circumstantia personæ, in quam peccatur, sit in cōfessione dicenda?* 308
- Dub. VI.** *Excellentia personæ peccantis aggrauat ne peccati malitiam?* 309
- Dub. VII.** *Sunt ne aliæ circumstantiæ, ex quibus grauitas peccati possit deprehendi.* 310
- Quæst. V.** De subiecto peccatorum. ibidem
- Prima diff. Vtrum peccata in sola voluntate subijciantur?* ibid.
- Secunda diff. Vtrum in sensualitate possit esse peccatum?* 313
- Dub. I.** *Omnis illecebra carnis, et pruritus libidinis, ante voluntatis*

# I N D E X

- ratis consensum, est ne veniale peccatum? 317
- Dub. I I.** Quando in sensualitate est peccatum veniale, est ne peccatum omissionis? an commissio- nis? 318
- Tertia diffic.** Potest ne esse in sen- sualitate mortale peccatum? 319
- Quarta diffic.** Consensus in delecta- tione morosa est ne mortale pec- catum? 320
- Dub. III.** Quomodo cognoscetur ta- lem delectationem morosam es- se mortale peccatum? 325
- Quinta diffic.** Vtrum si confessor expertus est inter audiendum cõ- fessionem materiæ venereæ se passum fuisse pollutionem, peccet mortaliter non abstinendo à con- fessionibus audiendus? 330
- Sexta diffi.** An liceat de inuolunta- ria, & inculpabili pollutione gau- dere? 331
- Dub. IIII.** Licet ne desiderare pol- lutionem subsequi ex audientia confessionum? 332
- Septima dif.** Vtrum in portione supe- riori possit esse peccatum? 333
- Quæst. VI.** De causis peccato- rum, 334
- Art. I.** Vtrum peccatum in vniuer- sum habeat causam? ibidem
- Prima diffi.** Habet ne peccatum in- teriorem causam? 336
- Secunda dif.** Vtrum peccatum exte- riorem causam habeat? ibidem
- Tertia diffi.** Vnum peccatum potest ne esse causa alterius? 337
- Quarta dif.** Potest ne esse peccatum à causa bona? ibidem
- Dub.** Vtrum voluntas non sequens regulam rationis sit causa pecca- ti? 338
- Art. II.** De causa peccati ex parte intellectus. 339
- Art. III.** De causa peccati ex par- te appetitus sensitivi. ibidem
- Prima difficult.** Voluntas potest ne ab appetitu sensitivo moueri? ibidem
- Secunda diffic.** Potest ne ratio ali- quando contra scientiam, quam habet, à passione superari? 340
- Tertia diffi.** Vtrum peccata, quæ ex passione appetitus sensitivi oriuntur, ex infirmitate esse di- cantur? 342
- Quarta diffi.** Est ne amor sui omnis peccati causa? 344
- Quinta diffi.** Sunt ne concupiscen- tia carnis, & oculorum, & su- perbia

# I N D E X

*perbia vitæ peccatorum causa?* 345  
*Sexta diffi. Peccatum proueniens*  
*ex passione appetitus sensitiui*  
*est ne minus graue, quam quod*  
*ex sola malitia, nulla nos passio-*  
*ne sensualitatis agitante, oritur?*  
*ibidem.*  
*Septima diffi. Excusat ne omnino*  
*passio voluntarè à peccato?* 347  
*Dub. Cuius speciei erant huiusmodi*  
*peccata?* 348  
*Octaua diffi. Vtrum qui ex corpora-*  
*rali infirmitate, quam propria*  
*culpa contraxit, non potest præ-*  
*cepta ecclesiastica adimplere, sit*  
*transgressionis illorum præcepto-*  
*rum reus?* 349  
*Nona diffi. Peccatum, quod à carnis*  
*passione proficiscitur, erit ne mor-*  
*tale?* 350  
*Art. IIII. De causa peccati, quæ*  
*est malitia.* 351  
*Dub. Peccatum ex malitia sumitur*  
*ne pluribus modis?* *ibidè*  
*Prima diffi. Quid est peccatum ex*  
*malitia?* 352  
*Secunda diffi. Potest ne quis peccare*  
*ex malitia?* 353  
*Tertia diffi. Vtrum quicumq; peccat*  
*ex habitu vitioso, peccet ex ma-*  
*litia?* *ibidem*

*Quarta diffi. Vtrum qui peccat ex*  
*certa malitia, semper ex habitu*  
*vitioso peccet?* 354  
*Quinta diffi. Quidnam est peccare*  
*ex contemptu?* 356  
*Quæst. VII. De causis extrin-*  
*secis peccatorum?* 358  
*Art. I. An Deus sit causa peccati?*  
 359  
*Prima dif. Quomodo fieri potest, ut*  
*Deus sit causa peccati pro mate-*  
*riali, & nullo modo ei peccatum*  
*imputetur?* 363  
*Dub. I. Quomodo fieri potest, ut sit*  
*aliquis actus à Deo, & defectus*  
*rectitudinis, qui naturaliter ipsū*  
*actum consequitur, Deo non ad-*  
*scribatur?* 367  
*Secunda dif. Est ne Deus causa ex-*  
*cæcationis, indurationis, & ag-*  
*grauationis?* 368  
*Dub. II. An peccatum pro formali*  
*sit à Deo?* 378  
*Tertia dif. Denegat ne Deus aliquā*  
*do omnia auxilia necessaria ad*  
*cauendum peccatum?* 370  
*Quarta diffi. Ordinatur ne semper*  
*excæcatio à Deo in bonum illius,*  
*qui excæcatur?* 371  
*Art. II. An diabolus sit causa pec-*  
*cati?* 372

*Art.*

# INDEX

- Artic. III. Vtrum vnum peccatum sit causa, & principium alterius peccati?* 373
- Quæst. VIII. De effectibus peccatorum.* ibidem
- Artic. I. Vtrum peccatum corrumpat bonum naturæ?* ibidem
- Dub. Deletur ne inclinatio ad bonum omninò per peccatum?*  
374
- Prima diffic. Sunt ne quatuor tantum peccatorum vulnera?* 375
- Secunda diffic. Priuatio modi, speciei, & ordinis est ne effectus peccati?* ibidem
- Art. II. De effectibus peccati quantum ad corpus?* 376
- Prima diffi. Vtrum mors & alie corporeæ calamitates sint peccati effectus.* ibidem
- Secunda diffi. Mors est ne modo homini naturalis?* ibidem
- Art. III. Peccatum efficit ne maculam in anima?* 377
- Dub. Quamdiu manet macula in anima?* 490
- Artic. IIII. Vtrum reatus ad pœnam sit effectus peccati?* 378
- Prima diffi. Est ne peccatum ipsum pro formali, non solùm culpa: verum etiam pœna?* 379
- Secunda diffic. An peccatum sequens sit præcedentis peccati pœna?* 381
- Artic. V. Respondet ne omni peccato pœna æterna?* 382
- Prima diffic. Respondet ne mortali peccato infinita pœna secundum quantitatem, ita quòd maior intensiue excogitari non possit?*  
383
- Secunda diffic. Dimisso mortali peccato virtute pœnitentiæ, an maneat homo alicui pœna temporali obnoxius?* ibidẽ
- Tertia diffi. Punitur ne aliquis pro aliena culpa?* 383
- Quæst. I. De peccato veniali.* 385
- Art. I. Sint ne peccatum mortale & veniale eiusdem malitiæ?*  
386
- Prima diffi. Differunt ne veniale, & mortale genere?* ibidem
- Secunda difficult. Est ne veniale peccatum dispositio ad mortale?*  
387
- Tertia difficult. Veniale idem numero potest ne fieri mortale?*  
388
- Dub. Multa venialia possunt ne vni mortali æquialere?* ibidem
- Quarta*

# I N D E X

- Quarta diffi. An peccatum mortale possit idem numero fieri veniale?* 389
- Art. II. Vtrum peccatum veniale efficiat in anima maculam?* ibid.
- Prima diffi. Intelliguntur ne peccata venialia per illa tria lignum, fœnum, & stipulam, quæ ab Apostolo recensentur?* 390
- Secunda dif. Potuit ne homo in statu innocentie perseverans venialiter peccare?* ibidem
- Art. III. Vtrum veniale peccatum sit cum solo originali compossibile?* 392
- Diffi. Vtrum cum primum quis ratione utitur, in Deum conuerti teneatur?* ibidem
- Distinct. XXXVIII. 394.
- Quæst. I. Vtrum bonitas actus voluntatis sit ex fine?* 395
- Prima dif. Vtrum bonitas solius finis sit satis, ut actus voluntatis bonus esse dicatur?* 395
- Secunda dif. Sola intentio bona, siue finis sufficit ne ad meritum sine opere exteriori, si ad sit operandi facultas?* 396
- Quæst. II. Vtrum bonæ voluntatis sit vnus tantum finis, vel possint esse plures?* ibidē
- Prima diffi. Vtrum omnes actiones in Deum finē referre teneamur?* 397
- Secunda diffi. Actiones spirituales possunt ne ad finem temporalem referri?* 398
- Tertia dif. Potest ne finis, siue intentio in creatura constitui?* 399
- Quæst. III. Vtrum volūtas, & intentio sint idem?* 400
- Prima diffi. Vtrum intentio sit actus solius voluntatis?* 402
- Secunda diffi. Est ne intentio vnus actus tantum?* 403
- Dist. XXXIX. Et. XL.
- Quæst. vnica. Datur ne aliquis actus indifferens?* 405
- Prima dif. Vtrum sit aliquis actus indifferens respectu meriti, & demeriti?* 407
- Secunda dif. Vtrum solus actus, qui non refertur ad finem vltimum, sit indifferens ad meritum, & demeritum? an etiam aliquis relatus ad hunc finem indifferens esse possit?* 410
- Distinct. XLI. 411.
- Quæst. I. Vtrum sint omnia opera infidelium peccata.* 412
- Diffi. Qui vendunt infidelibus ea, quibus ad ritum infidelitatis utuntur,*

tur,



# I N D E X

- tur, peccant ne mortaliter?* 414  
*Dub. Quid, si vendens sciat infideles illis rebus communibus ad ritus suae infidelitatis esse vsuros, peccabit ne mortaliter?* 415
- Quaest. II. Vtrum omne peccatum sit voluntarium?* ibidem
- Dist. XLII. 416
- Quaest. I. Vtrum actus interior, & exterior sint duo peccata?* ibidem
- Diffic. Actus exterior auget ne interioris actus malitiam?* 418
- Quaest. II. Vtrum, transeunte peccato, remaneat reatus?*  
419
- Distinct. XLIII.
- Quaest. vnica. De peccato in Spiritum sanctum?* 420
- Distinct. XLIIII.
- Quaest. I. Vtrum potentia peccandi sit à Deo.* 421
- Quaest. II. Vtrum omnis superiorum potestas sit à Deo?* 423
- Prima diffi. Vtrum potestas, & praeratio malorum sit à Deo?* ibid.
- Secunda dif. Vtrum Christiani principibus secularibus obedire teneantur?* 424
- Tertia dif. Vtrum in statu innocentiae, Adam non peccante, fuisset potestas dominandi, siue praeratio?* ibidem
- Quarta diffic. Vtrum subditi suis praeratis obedire teneantur?* 425
- Quinta diffi. Vtrum subditi in omnibus suis praeratis obedire teneantur?* 426
- Dub. I. Cur non simpliciter, sicut in voto castitatis, & paupertatis, obedire tenentur?* ibidem
- Dub. II. Quid dicitur esse contra animam, & contra regulam?* 427
- Dub. III. Tenentur ne religiosi magis suis superioribus, quam episcopo obedire?* 428

# INDEX LOCORVM

## VTRIVSQUE TESTAMENTI,

qui in hac secunda parte huius secundi libri  
allegantur.

### *Genesis.*

1. **F**iat lux. 57  
 1. **F**vidit Deus, &c. 357. 405  
 1. Crescite & multiplicamini.  
     211  
 2. Erat autem vterque nudus.  
     188. 226. 390.  
 2. Die. 7. requieuit. 364  
 2. In quocunque die, &c. 210.  
     270  
 3. Aperti sunt oculi eorū. 189.  
     193. 226  
 3. Vidit mulier lignū. 189. 336  
 3. Serpens decepit me. 336  
 3. Pulvis es. 227. 376  
 3. In sudore vultus tui. 376  
 3. Sub viri potestate eris. 424  
 4. Respexit Dominus ad Abel.  
     116  
 4. Sub te erit appetitus tuus.  
     342  
 4. Nonne si bene egeris. 4  
 8. Sensus, & cogitatio humani  
     cordis. 374  
 35. Ego sū merces tua. 105

### *Exodi.*

1. Et quia timuerunt, &c. 127  
 9. Idcirco autē posui te, &c. 370  
 10. Usquequo nō vis subijci mi  
     hi. 21. 30  
 10. Induravi cor illius. 58  
 20. Ego sum Dominus visitans.  
     218. 384  
 22. Principi populi tui, &c. 308  
 35. Omnes filij Israel volūtaria  
     domino dedicaerunt. 5

### *Leuitici.*

20. Vterq; operatus est nephas.  
     234  
 24. Qui blasphemauerit. 272

### *Numer.*

12. Separetur septē diebus ex-  
     tra castra. 384  
 14. In solitudine hac iacebūt ca-  
     dauera vestra. 384  
 20. Non intrabit terram. 384  
 24. Cumq; vidisset Balaam. 50  
 31. Nonne istæ sunt. 336

### *Deuteronom.*

3. Elige ergo vitam. 21. 19-

# I N D E X

21. Ignorabitur cœdis re°. 379
25. Pro mensura delicti, &c. 277. 292. 383.
30. Deus est vita tua. 90  
*Iosue.*
22. An parum vobis est. 378
24. Optio vobis datur. 5  
*Ruth.*
2. Vnde mihi hoc. 38  
*.1. Reg.*
3. Non erat visio in Israel. 385
13. Filius vnus anni, &c. 281
15. Peccaui. 166
16. Vsq̄ue quo tu luges Saul. 122
17. Virum ergo, qui percufferit &c. 103. 107  
*.2. Reg.*
11. Vidit mulierem se lauãtem. 341
12. Non recedet gladius de domo tua. 61
12. Peccaui. 166
12. Ecce ego suscitabo. 369
12. Filius, qui natus est tibi, &c. 384
16. Dimittite illum. 369
24. Trium tibi datur optio. 5  
*.3. Reg.*
3. Postula, quod vis. 5
8. Non est homo, qui non peccet. 194
19. Altaria tua domine, &c. 307  
*.4. Reg.*
2. Postula, quoduis. 53  
*Iob.*
1. Simplex, & timens Deum. 71
5. Nihil in terra sine causa fit. 335
9. Si iustificare me voluero. 71. 82
9. Verebar omnia opera mea. 73
12. Interrogauimenta. 272
34. Quasi de industria recesserunt ab eo. 353
34. Fecit regnare hypocritam, &c. 423  
*Psalms.*
1. Non resurgunt impij. 235
4. Signatum est super nos. 128. 249. 271
4. Sacrificate sacrificium. 76
5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. 85
5. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. 365
9. Tu es Domine spes mea. 90
17. Retribuet mihi Dominus. 106. 107
17. Persequar inimicos meos. 329
18. Delicta quis intelligit? 140  
22. Mi-

# I N D E X

- |  |  |
|--|--|
| <p>22. Misericordia tua subsequetur me. 60.</p> <p>24. Non erubescam. 76</p> <p>29. Ira in indignatione eius. 38</p> <p>30. In te Domine speravi. 76</p> <p>31. Dixi confitebor aduersum me. 73</p> <p>33. Timentem autem Dominum. 126</p> <p>36. Nō vidi iustū derelictū. 126</p> <p>40. Sana animam meam. 171</p> <p>48. Sicut oues in inferno, &amp;c. 270</p> <p>48. Confitebitur tibi. 61</p> <p>50. Benigne fac. 38</p> <p>50. In iniquitatibus conceptus sum. 51. 194. 200</p> <p>50. Cor contritum. 68. 73</p> <p>50. Tibi soli peccaui. 251</p> <p>58. Misericordia eius preueniet me. 60</p> <p>70. Cū defecerit virtus mea. 123</p> <p>70. Tu es patientia mea. 90</p> <p>73. Superbia eorū, &amp;c. 221. 280</p> <p>75. Quis resistet tibi. 62</p> <p>81. Pauperem, &amp; inopem iustificare. 82</p> <p>83. Gratiā, &amp; gloriam, &amp;c. 79</p> <p>102. Qui coronat te in misericordia. 79</p> | <p>102. Benedicātia mea Dño. 108</p> <p>113. Omnia quæcūq; voluit, fecit. 42. 57. 361</p> <p>118. Viam iniquitatis amoue a me. 171</p> <p>226. Vanum est vobis ante lucē surgere. 68</p> <p>144. Nolite confidere in principibus. 77</p> <p>148. Ipse dixit, &amp; facta sunt. 57</p> <p style="text-align: center;"><i>Proverb.</i></p> <p>1. Vocauit, &amp; renuistis. 21. 41. 62. 98. 370</p> <p>1. Cogitationes mortalium, timida. 180</p> <p>2. Latantur, cū malè fecerint. 353</p> <p>4. Iustorū semita, quasi lux. 124</p> <p>6. Sex sunt, quæ odit Dominus. 271</p> <p>8. Ego diligentes me diligo. 49. 146</p> <p>8. Per me reges regnant. 423</p> <p>17. Væ qui iustificat impium. 82</p> <p>18. Impius cū in profundum venerit. 358</p> <p>20. Quis potest dicere mūdum, est cor meum. 73</p> <p>21. Corrigit, &amp;c. 171</p> <p>24. Septies in die, &amp;c. 125. 270</p> <p style="text-align: center;">II. Part. Ff 28. Bea-</p> |
|--|--|

# I N D E X

28. Beatus vir, qui semper est  
pavidus. 73  
*Ecclesiastes.*
1. Cunctæ res difficiles. 133
7. Non est iustus in terra, qui nõ  
peccet. 179. 225
7. Fecit Deus hominem rectũ.  
187
9. Sunt iusti, & sapientes, &c. 71
11. Si ceciderit lignũ. 230. 277.  
280  
*Cantic. cantic.*
8. Fortis est, vt mors dilectio.  
144  
*Lib. Sapientie.*
3. Tentauit eos Dominus. 106
5. Quid nobis profuit superbia.  
231
5. Lasati sumus in via iniquita-  
tis. 380
6. Potentes potenter tormenta  
patientur. 309
8. Disponit oĩa suauiter. 42. 92
8. Non possum esse continens,  
nisi Deus det. 155
9. Cogitationes mortaliũ, &c.  
132
9. Corpus, quod corrumpitur,  
&c. 186. 374
11. Diligis omnia quæ sunt. 42
11. Nihil odisti, &c. 361
11. Omnia in numero, &c. 375
14. Odio sunt Deo impius, &  
impietaseius. 55. 361
15. Malorũ amatores, &c. 270
16. Homo autem per malitiam  
occidit animam suam. 270  
*Ecclesiast.*
1. Qui sine timore est. 77
3. Qui amat periculum. 330
5. De propitiato peccato, &c. 72
7. Noli velle mentiri. 275
10. Pecuniæ obediunt oĩa. 345
10. Initium omnis peccati su-  
perbia. 284. 291
11. Ante mortem ne laudaueris  
hominem quenquam. 125
15. Ab initio cõstituit Deus ho-  
minem. 18. 20. 339
15. Nõ dicas, Deus implanauit  
me. 361
16. Omnis misericordia faciet  
locum. 100. 106
17. Deus creauit de terra homi-  
nem. 214
18. Ne verearis iustificari vsq;  
ad mortem. 82. 124
19. Qui spernit minima. 388
25. Amuliere initiũ peccati. 222
21. qui potuit trãsgredi. 104. 313
47. Dedisti maculã gloriæ tuæ.  
378.



# I N D E X

- Isaie.*
5. Væ qui iustificat impium. 82.  
85
5. Væ qui dicitis bonum malû.  
271
5. Expectaui, vt faceret vvas. 21
6. Aures eius aggraua. 369
7. Butyrum, & mel comedet. 21
10. Væ qui condunt leges iniquas. 21
31. Conuertimini, &c. 33
32. Erit opus iustitiæ pax. 73
38. Dispone domui tuæ. 61
41. Conuertimini, &c. 33. 93
45. Conuertimini. 33. 93
53. Oblat<sup>o</sup> est, qâ ipse voluit. 18
53. Domine quis credit, &c. 369
- Jeremie.*
1. Duo mala fecit popul<sup>o</sup> meus.  
238
2. Quid inuenerunt patres vestri in me. 238
2. Arguet te malitia tua. 240
3. Scito iniquitatem tuam. 235
3. Nunquid vidisti, &c. 240
3. Reuertere ad me. 33
7. Vocauî vos, & non respondistis. 21
15. Si conuerteris, conuertam te. 33
15. Si steterit Moyses. 122

18. Ne propitius iniquitati eorum. 235
18. Filius non portabit iniquitatem patris. 385
30. Insanabilis est. 171
31. Vnusquisq; in iniquitate sua morietur. 270
33. Propitius ero cunctis iniquitatibus eorum. 235

## *Threnorum.*

5. Cõuerte nos Dñe. 32. 33. 67
- Ezechiel.*
8. Añâ, quæ peccauerit, &c. 270
18. Si auerterit se iustus à iustitia sua. 85. 123
18. Si impius egerit pœnitentiam. 64. 68. 73. 185
18. Sicut anima patris, &c. 219
18. Filius non portabit iniquitatem patris. 221
18. Quod si genuerit filium latronem. 271
33. Si impius egerit pœnitentiam, &c. 64. 68. 73

## *Daniel.*

4. Somnus ijs, qui te oderunt. 61
4. Eijciēt te ab hominib<sup>o</sup>. 30. 61
4. Peccata tua eleemosynis redime. 62. 120
13. Cõcupiscētia subuertit cor. 340

# I N D E X

|  |  |
|--|--|
| <p><i>Osee.</i></p> <p>8. Ipsi regnauerunt. 423</p> <p>9. Facti sunt abominabiles. 325</p> <p>13. Dabo eis regem, &amp;c. 423</p> <p>13. Perditio tua, &amp;c. 414</p> <p><i>Ioelis.</i></p> <p>1. Conuertimini ad me. 27. 66.</p> <p>68</p> <p><i>Amos.</i></p> <p>8. Mittam famem, &amp;c. 385</p> <p><i>Michae.</i></p> <p>7. Filii contumeliam facit patri. 307</p> <p><i>Zacharia.</i></p> <p>1. Conuertimini ad me. 32. 33.</p> <p>161. 393. 394</p> <p>4. Adæquabit gratiã gratiæ. 38</p> <p><i>Machabæorum.</i> 2.</p> <p>9. Iustū est subditū esse Deo. 166</p> <p>12. Sancta, &amp; salubris, &amp;c. 384</p> <p><i>Matthæ.</i></p> <p>1. Filij Dauid, filij Abrahã. 220</p> <p>3. Agite pœnitentiam. 27</p> <p>4. Venite post me. 29</p> <p>5. Merces vestra, &amp;c. 105</p> <p>5. Qui dixerit fratri suo racha. 236</p> <p>5. Non periurabis. 275</p> <p>5. Qui viderit mulierem. 320</p> <p>5. Omnis, qui irascit̃ fratri suo, &amp;c. 277</p> | <p>5. Nisi abundauerit, &amp;c. 83</p> <p>5. Sic luceat lux vestra. 397</p> <p>6. Dimitte nobis. 130</p> <p>6. Et ne nos inducas in tentatio nem. 130. 156. 180. 186</p> <p>6. Si oculus tuus, &amp;c. 284</p> <p>6. Primum quærite regnū Dei. 399</p> <p>6. Sanctificetur nomen tuū. 82</p> <p>6. Nemo potest duobus dominis seruire. 396</p> <p>7. A fructibus eorum. 74</p> <p>7. Multi dicent in illa die. 85</p> <p>7. Non potest arbor mala, &amp;c. 297</p> <p>7. Non potest arbor bona, &amp;c. 297. 338. 359</p> <p>7. In quacunquẽ mensura, &amp;c. 418</p> <p>9. Videns Iesus fidem illorum, &amp;c. 65. 121</p> <p>10. Non enim vos estis, qui loquimini. 51. 109</p> <p>10. Quicumq; potū dederit, &amp;c. 106. 110. 183</p> <p>10. qđ gratis accepistis, &amp;c. 398</p> <p>10. Hic homo cœpit, &amp;c. 35</p> <p>11. Venite ad me omnes. 33</p> <p>11. Væ tibi Bethsaida. 40</p> <p>11. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus. 41</p> |
|--|--|

# I N D E X

- |  |  |
|--|--|
| <p>12. Omne verbū otiosum, &amp;c. 272. 276. 409</p> <p>12. Quicumq; dixerit verbum cōtra filiū hominis, &amp;c. 277</p> <p>12. In Beelzebub, &amp;c. 420</p> <p>12. Ex verbis tuis iustificaberis. 81</p> <p>15. Hæc coinquāt hominē. 320</p> <p>18. Qui scandalizauerit, &amp;c. 322</p> <p>19. Impossibile est diuitē, &amp;c. 174</p> <p>19. Si vis ad vitam ingredi, &amp;c. 79. 161. 245</p> <p>19. Si vis perfectus esse. 357</p> <p>20. Voca operarios. 1106</p> <p>20. Conuentione facta. 103. 109</p> <p>22. Non habēs vestem nuptialem. 48</p> <p>23. Quoties volui congregare, &amp;c. 5. 21. 62. 370</p> <p>24. Qui aut̄ perseuerauerit. 185</p> <p>25. Ibunt hi. 382</p> <p>25. Congregabuntur ante eū, &amp;c. 229</p> <p>25. Ite maledicti. 86</p> <p>25. Venite benedicti. 106</p> <p>26. An putas, quia non possum rogare patrem, &amp;c. 18</p> <p>26. Negauit eū iuramēto. 173.</p> <p>26. Non mea voluntas. 400</p> | <p>27. Laqueose suspendit. 31. 58<br/><i>Marci.</i></p> <p>3. Qui blasphemat in Spiritum sanctum. 382</p> <p>7. Abintus de corde, &amp;c. 320</p> <p>8. Quid proficit homini. 127</p> <p>9. Quicumq; potum dederit. 106<br/>183</p> <p>14. Si oportuerit, &amp;c. 71</p> <p>Vlt. c. qui non crediderit. 30<br/><i>Luce.</i></p> <p>1. Inuenisti gratiam. 38</p> <p>1. Gratiaplēna. 72</p> <p>1. Magnificat anima mea Dominum. 82</p> <p>1. Sicut locutus est. 220</p> <p>1. Ius iurandum. 220</p> <p>2. Et in terra pax. 400</p> <p>7. Iustificata est sapientia. 82</p> <p>7. Vade in pace. 72</p> <p>9. Si quis vult. 5</p> <p>9. Quid proficit homini. 127</p> <p>10. Homo quidam descēdebat. 180. 226. 374</p> <p>10. Diliges Dominum, &amp;c. 161</p> <p>10. Qui vos audit, &amp;c. 287. 308.</p> <p>10. Dign⁹ est operari⁹, &amp;c. 399</p> <p>12. Anima mea habes multa bona. 78</p> <p>12. Seruus sciens voluntatem, &amp;c. 302. 309. 340. 400</p> <p style="text-align: right;">II. Part. Ff 3 13. Exi</p> |
|--|--|

# I N D E X

13. Exi in vicos, &c. 17  
 13. Nisi pœnitentiam habueritis. 30. 33  
 16. Nemo illi dabit. 85  
 16. Facite vobis amicos. 121  
 18. Dixit autem ad quosdam. 71  
 18. Deus propitius esto. 125  
 22. Exiuit foras, & fleuit. 31  
 22. Ego rogavi pro te. 184
- Ioannis.*
1. Omnia per ipsũ, &c. 23. 242.  
 363. 365  
 1. Gratia, & veritas per Iesum Christum, &c. 37  
 1. Et de plenitudine eius. 38  
 1. Sine ipso, &c. 242  
 1. Dedit eis potestatem. 51  
 1. Ecce vere Israelita, &c. 88  
 3. Nisi quis renatus fuerit. 200.  
 230. 289  
 4. Qui biberit ex hac aqua. 109.  
 111. 281  
 5. Vis sanus fieri. 67  
 5. Pater vsque modo operatur. 363  
 5. Quomodo vos potestis credere. 120  
 6. Nemo venit ad me, &c. 17.  
 33. 165. 414  
 6. Omnis, qui audit à patre, &c. 67. 68. 92
6. Nisi manducaueritis. 157  
 8. Si filius vos liberauit. 21  
 9. Peccatores Deus non exaudit. 120  
 11. Caiphas, cum esset p̄t̄ifex, &c. 64  
 11. Nõne duodecim horæ, &c. 259  
 12. Cum autem tãta signa, &c. 136. 369  
 14. Qui diligit me. 30. 49. 98.  
 146  
 15. Sine me nihil potestis facere. 32. 33. 60. 103.  
 15. Hoc est pr̄ceptum meum. 114  
 17. Non rogo; vt tollas eos. 184  
 19. Qui me tradidit, &c. 292  
 19. Non haberes in me potestatem, &c. 423
- Actorum.*
7. Vos semper Spiritui sancto restitistis. 21  
 9. Saule, Saule. 29. 60. 62. 99. 109  
 9. Domine, quid me vis facere? 97  
 10. Orationes tuæ, &c. 120  
 16. Cuius Dominus aperuit cor. 136  
 17. In quo viuimus, mouemur, &c. 129

# I N D E X

- |   |  |
|---|--|
| <p>23. Ne sciebam quod princeps,<br/>&amp;c. 308</p> <p style="text-align: center;"><i>Ad Roman.</i></p> <p>1. Iustitia Dei, &amp;c. 90</p> <p>1. Qui, cum Deum cognouissent, &amp;c. 58. 139. 145. 173. 247</p> <p>1. Gratia Dei vita æterna. 80</p> <p>1. Propter quod, &amp;c. 120. 233. 381</p> <p>1. Iustus ex fide uiuit. 55</p> <p>1. Inuisibilia Dei. 142</p> <p>1. Digni sunt mortē, &amp;c. 257. 271</p> <p>1. Gratia uobis, &amp; pax à Deo. 37</p> <p>2. Gentes, quæ legem, &amp;c. 132. 142</p> <p>2. Reddet unicuiquē secūdam opus suum. 106. 108. 383</p> <p>2. Tu autem secūdam duritiam tuam. 33</p> <p>2. Si gratia ex operibus. 107. 123</p> <p>3. Omnes peccauerunt. 194. 206</p> <p>3. Iustificati gratis, &amp;c. 82. 117</p> <p>3. Iustitia Dei per fidem. 55</p> <p>3. Faciamus mala, &amp;c. 330</p> <p>4. Merces non imputatur, &amp;c. 38</p> <p>4. Ei autem qui operatur. 104</p> | <p>4. Ei, qui non operatur. 82. 104</p> <p>4. Vbi non est lex, &amp;c. 201. 235. 239. 251. 394</p> <p>5. Charitas Dei diffusa est. 37. 44. 89. 146</p> <p>5. Vbi abundauit delictum. 65. 52. 225. 92</p> <p>5. Non sicut delictum. 225</p> <p>5. Regnauit mors. 197</p> <p>5. Primus Adam fuit forma futuri. 199. 216</p> <p>5. Per unum hominem intrauit peccatum in mundum. 214. 376</p> <p>5. In quo omnes peccauerunt. 194. 197. 215</p> <p>5. Vnius delicto, &amp;c. 66. 218</p> <p>5. Iudicium quidē ex vno. 228</p> <p>5. Spes non confundit. 76</p> <p>6. Gratia Dei vita æterna. 108. 109. 163</p> <p>6. Cū serui essetis peccati. 6. 25</p> <p>7. Infœlix ego homo. 37. 180</p> <p>7. Non quod uolo bonum. 130. 141. 177</p> <p>7. Video autem aliam legem. 159. 178. 180. 190. 196. 197. 340. 342</p> <p>7. Quod nolo malum. 177</p> <p>7. Cōcupiscentiam nesciebam. 208. 236</p> |
|---|--|



# I N D E X

- |  |  |
|--|--|
| <p>7. Quod habitat in me peccatū. 235. 323</p> <p>8. Ipsa creatura liberabitur. 6. 21</p> <p>8. De peccato damnauit peccatum. 235</p> <p>8. Quos vocauit. 82</p> <p>8. Quòd si filij, &amp;c. 51. 111</p> <p>8. Quia nequè mors. 69</p> <p>8. Testimonium reddit spiritui nostro. 73</p> <p>8. Non sunt cōdignę pafsiones, &amp;c. 79. 103. 107. 109</p> <p>8. Ipse spiritus postulat pro nobis. 111</p> <p>8. Diligentibus Deum, &amp;c. 116<br/>372</p> <p>8. Quid oremus, sicut oportet. 127. 180</p> <p>8. Quis nos separabit, &amp;c. 144</p> <p>8. Nihil damnationis, &amp;c. 318</p> <p>8. Stipendium peccati mors. 371</p> <p>9. Non est volentis, nequè currentis. 32. 67. 119. 155. 167</p> <p>9. Volūtati eius quis resistet. 42</p> <p>7. Nūquid iniquitas apud Deū? absit. 365</p> <p>9. In hoc ipsum excitauit te. 370</p> <p>10. Aemulationem Dei habēt. 344. 349</p> <p>11. Qui stat, &amp;c. 77</p> | <p>11. Si gratia ex operibus, &amp;c. 107. 117</p> <p>11. Iam gratia non esset gratia. 117. 123</p> <p>11. Ex ipso, &amp; per ipsum, &amp;c. 344</p> <p>11. Quis prius dedit ei. 414</p> <p>12. Nolite conformari huic sæculo. 144</p> <p>12. Rationabile sit obsequium vestrum. 349</p> <p>13. Omnis anima, &amp;c. 239</p> <p>13. Qui resistit potestati. 239. 309. 423. 424</p> <p>14. Omnes stabimus ante tribunal Christi. 229</p> <p>14. Noli cibo tuo, &amp;c. 257</p> <p>15. Obsecro vos fratres. 181<br/><i>.i. ad Corint.</i></p> <p>1. Qui factus est nobis iustitia. 198</p> <p>3. Non quòd sufficientes simus, &amp;c. 35</p> <p>3. Si quis autē super ædificat. 390</p> <p>3. Lignum scœnum. 282. 390</p> <p>4. Nihil mihi conscius. 72</p> <p>4. Quid habes, quod non accepisti? 414</p> <p>6. Hæc aliquando eratis. 82. 84</p> <p>6. Omne peccatum, &amp;c. extra corpus suum est. 296</p> <p style="text-align: right;">7. Ni</p> |
|--|--|

# I N D E X

7. Si nupserit virgo. 280  
 8. Si esca scandalizat. 257. 304  
 9. Qui arat, &c. 399  
 10. Siue ergo manducatis, &c. 116. 183  
 10. Qui se existimat stare. 125. 185  
 10. Fidelis Deus, qui non permittit, &c. 340  
 10. Omnia in gloriam Dei facite. 397. 409  
 11. Probet autem se ipsum homo. 158  
 11. Oportet hæreses esse. 332  
 11. Qui māducat, &c. reus erit. 379  
 12. Diuisiones gratiarum sunt. 37. 39  
 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus. 63  
 13. Si distribuero in cibos pauperum. 47. 50. 94  
 13. Charitas benigna est. 73  
 13. Si linguis hominum loquar. 50. 114  
 13. Charitas nunquam excidit. 44  
 14. Ignorans ignorabitur. 282  
 15. Gratia Dei sum id, quod sū. 47  
 15. Sicut stella differt à stella. 109

2. ad Corinth. 2. ad Corinth.  
 3. Vbi spiritus, ibi libertas. 6.  
 5. Eum, qui non nouerat peccatum. 235  
 6. Quæ societas, &c. 85  
 9. Qui parcè seminat. 108  
 12. Sufficit tibi gratia mea. 35  
 13. An experimētum quæritis, &c. 109

### Ad Galatas.

2. Viuo ego, &c. 109  
 2. Si per legem iustitia. 163  
 5. Fides, quæ per dilectionem operatur, &c. 49  
 5. Fructus autem spiritus. 73  
 5. Non quæcunquē vultis, &c. 141  
 5. Manifesta sunt opera carnis. 271  
 5. Regnum Dei non consequetur. 280  
 5. Caro cōcupiscit, &c. 315. 340

### Ad Ephesios.

1. Secūdum beneplacitum eius, &c. 38  
 1. Prædestinauit nos. 39  
 1. Ego præcor memoriam vestri faciens. 98  
 1. In laudem gloriæ gratiæ suæ. 129

# I N D E X

2. Gratia saluati estis. 40. 79. 135
2. Eramus natura filij iræ. 52.  
195. 200. 226
2. Pax nostra, &c. 90
3. In quo habemus fiduciam.  
79
5. Hoc enim scitote, &c. 272
5. Vt exhiberet sibi, &c. 378
- Ad Philippens.*
1. Vobis donatum est. 135
2. Deus est, qui operatur in nobis. 35. 128
3. Secundum iustitiam, quæ in lege est. 83
3. Non quòd iam acceperim.  
15
3. Quorum Deus venter est.  
247
- Ad Colossens.*
1. Qui fecit nos dignos, &c. 84.  
106. 167.
3. Omne, quodcunque facitis, &c. 409
- 1. ad Thessalon.*
4. Hæc est voluntas Dei. 400
4. Scitis, quæ præcepta dederim vobis. 425
- 2. ad Thessal.*
1. In omnibus persecutionibus vestris, &c. 106
- 1. ad Timot.*
1. Græ, & misericordia, &c. 37
1. Finis præcepti charitas. 113.  
153. 270. 397
1. Quia ignorans feci, &c. 237.  
269. 282
1. Lex iusto non est posita. 278
3. Oportet episcopum, &c. 333
- 2. ad Timot.*
3. In nouissimis diebus, &c. 344
4. Penulam quam reliqui Troadæ. 44
4. Cursum consumaui. 106. 107
- Ad Titum.*
1. Factis negat, &c. 247
3. Apparuit benignitas. 36
- Ad Hebræos.*
1. Purgationem peccatorum faciens. 128
2. Decebat enim eum, &c. 121
10. Iustus ex fide viuit. 95
11. Fides est substantia, &c. 94
11. Sine fide impossibile, &c. 94
13. Optimum est gratia stabilire cor. 37
13. Beneficiæ, & communionis, &c. 100. 106
- Iacobi.*
1. Vnusquisq; tentatur. 196
1. Concupiscentia cum conceperit. 272
1. Bea-

# I N D E X

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Beatus vir, qui suffert tentationem. 326</p> <p>1. Vir duplex animo. 396</p> <p>2. Nonne Abraham ex operibus iustificatus est. 82</p> <p>2. Iudicium sine misericordia, &amp;c. 108</p> <p>2. Fides sine operibus, &amp;c. 396</p> <p>3. In multis offēdimus omnes. 130. 270</p> <p>4. Scienti bonum, &amp; non facienti, &amp;c. 252. 341</p> <p>Vltim. cap. Orate proinuicem. 121</p> <p style="text-align: center;"><i>.1. Petri.</i></p> <p>2. Serui subditi estote. 423. 424</p> <p>4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam. 37</p> <p style="text-align: center;"><i>.2. Petri.</i></p> <p>1. Maxima, &amp; pretiosa nobis promissa donauit. 51. 65</p> <p>1. Vt per bona opera, &amp;c. 125</p> <p>2. Omnia nobis donata esse. 414</p> | <p style="text-align: right;"><i>.1. Ioann.</i></p> <p>1. Si dixerimus, &amp;c. 130. 179. 270. 274</p> <p>2. Omne, quod est in mundo, &amp;c. 237. 345</p> <p>3. Si cor nostrum non reprehēdit nos. 76</p> <p>3. Omnis, qui facit peccatum. 235</p> <p>4. Charitas ex Deo est. 146</p> <p>4. Foras mittit timorem. 149</p> <p>4. Deus charitas est. 397</p> <p style="text-align: center;"><i>Apocalyp.</i></p> <p>1. Et vlt. alpha, &amp;c. 397</p> <p>1. Veniet &amp; videbit omnis oculus. 229</p> <p>3. Ego sto ad ostium. 29. 59. 129 371</p> <p>18. Quantum glorificauit se. 229</p> <p>20. Infernus &amp; mors missi sunt, &amp;c. 270</p> <p>22. Qui iustus est. 82. 124</p> <p>22. Ego sum alpha. 397</p> |
|---|--|

1. Si dicitur...  
 2. Quia, quod...  
 3. Dicitur...  
 4. Charitas ex Deo est...  
 5. Fortis...  
 6. Deus...  
 7. Erit...  
 8. Venit...  
 9. Ego...  
 10. Quantum...  
 11. Inferus...  
 12. Qui...  
 13. Ego...  
 14. ...  
 15. ...  
 16. ...  
 17. ...  
 18. ...  
 19. ...  
 20. ...  
 21. ...  
 22. ...  
 23. ...  
 24. ...  
 25. ...  
 26. ...  
 27. ...  
 28. ...  
 29. ...  
 30. ...  
 31. ...  
 32. ...  
 33. ...  
 34. ...  
 35. ...  
 36. ...  
 37. ...  
 38. ...  
 39. ...  
 40. ...  
 41. ...  
 42. ...  
 43. ...  
 44. ...  
 45. ...  
 46. ...  
 47. ...  
 48. ...  
 49. ...  
 50. ...  
 51. ...  
 52. ...  
 53. ...  
 54. ...  
 55. ...  
 56. ...  
 57. ...  
 58. ...  
 59. ...  
 60. ...  
 61. ...  
 62. ...  
 63. ...  
 64. ...  
 65. ...  
 66. ...  
 67. ...  
 68. ...  
 69. ...  
 70. ...  
 71. ...  
 72. ...  
 73. ...  
 74. ...  
 75. ...  
 76. ...  
 77. ...  
 78. ...  
 79. ...  
 80. ...  
 81. ...  
 82. ...  
 83. ...  
 84. ...  
 85. ...  
 86. ...  
 87. ...  
 88. ...  
 89. ...  
 90. ...  
 91. ...  
 92. ...  
 93. ...  
 94. ...  
 95. ...  
 96. ...  
 97. ...  
 98. ...  
 99. ...  
 100. ...

1. ...  
 2. ...  
 3. ...  
 4. ...  
 5. ...  
 6. ...  
 7. ...  
 8. ...  
 9. ...  
 10. ...  
 11. ...  
 12. ...  
 13. ...  
 14. ...  
 15. ...  
 16. ...  
 17. ...  
 18. ...  
 19. ...  
 20. ...  
 21. ...  
 22. ...  
 23. ...  
 24. ...  
 25. ...  
 26. ...  
 27. ...  
 28. ...  
 29. ...  
 30. ...  
 31. ...  
 32. ...  
 33. ...  
 34. ...  
 35. ...  
 36. ...  
 37. ...  
 38. ...  
 39. ...  
 40. ...  
 41. ...  
 42. ...  
 43. ...  
 44. ...  
 45. ...  
 46. ...  
 47. ...  
 48. ...  
 49. ...  
 50. ...  
 51. ...  
 52. ...  
 53. ...  
 54. ...  
 55. ...  
 56. ...  
 57. ...  
 58. ...  
 59. ...  
 60. ...  
 61. ...  
 62. ...  
 63. ...  
 64. ...  
 65. ...  
 66. ...  
 67. ...  
 68. ...  
 69. ...  
 70. ...  
 71. ...  
 72. ...  
 73. ...  
 74. ...  
 75. ...  
 76. ...  
 77. ...  
 78. ...  
 79. ...  
 80. ...  
 81. ...  
 82. ...  
 83. ...  
 84. ...  
 85. ...  
 86. ...  
 87. ...  
 88. ...  
 89. ...  
 90. ...  
 91. ...  
 92. ...  
 93. ...  
 94. ...  
 95. ...  
 96. ...  
 97. ...  
 98. ...  
 99. ...  
 100. ...



# INDEX RERVM, ET VERBORVM, QVÆ IN SE- cunda parte huius secundi proponuntur.

- A.
- A**ctionum humanarum regula. 238. 249. 292
- Actiones spirituales ad finē temporale non sunt referendæ. 398.
- Actio immanens, & transiens, & e-  
ius subiectum. 311
- Actiones omnes in Deum finem  
sunt referendæ; 397. & referuntur  
tripliciter per charitatem. 406
- Actus quando voluntarius simpli-  
citer, & secundum quid. 15. &  
quando in conscientia nullus. 16.  
& quando meritorius. 80. lege  
verbo meritum.
- Actus in genere naturæ, & moris.  
577. 162. Actus naturalis, & su-  
pernaturalis. 183. actus vnus, &  
idem malus varijs rationibus di-  
uersis nominib⁹ appellatur. 248.  
actus moralis vnde sumat speciē.  
289. actus humanus à voluntate  
habet: vt sit bonus, vel malus. 359  
actus bonitas quæ requirat. 396.  
405. & actus indifferēs, an detur,  
& est multiplex. 407. & tribus  
modis per charitatē referē. 406.
- Adæ peccatum non potuit esse ap-  
petitus sensitiui. 151. 191. & quo-  
modo eius natura, & peccatum  
nobis imputatur. 205. & actuale  
illius quomodo dicitur esse no-  
strum. 206. malitia peccati Adæ.  
301.
- Adoptio diuina. 51. adoptio Dei  
quid. 65
- Aduertentia perfecta vel imperfe-  
cta. 325
- Adult⁹ quomodo pōt iustificari. 92
- Agens naturale determinatur ad  
vnum. 12
- Agentia libera quomodo differant  
à Deo in agendo. 57
- Amicitia amor mutuus essentiali-  
ter conuenit. 48
- Amicitia Dei actus duplex perfe-  
ctus, & imperfectus. 144
- Amor alicuius rei, aliās licitæ, est ali-  
quando causa peccati. 257
- Amor inordinatus peccatum, & cō-  
fitendum. 258
- Amoris Dei actus vel est perfectus,  
vel imperfectus. 144
- Amor sui omnis peccati causa. 344.  
& quando laudabilis, & quomo-  
do homo se ipsum diligere tene-  
tur. 344.
- Anima potentia aliæ inferiores a-  
liæ superiores. 4. tria illi insunt  
potentia habitus & actus. 8. quid  
illi per essentiam inhæreat. 54.
- Appetitus irascibilis, & concupisci-  
bilis. 314

# I N D E X

- Arbiter nec legibus arētur, nec de  
finit, vt iudex. 7
- Assensus volūtatis, vel est formalis,  
siue directus, vel interpretatiuus.  
351.
- Articuli fidei verbo fides.
- Attentio triplex. 113
- Aueriā Deo quid, & duplex auer  
sio. 244
- Auxilium præueniens, & adiuuans,  
siue concomitans, & generale, &  
speciale. 31. & quomodo differāt.  
40. 58. & quid sit auxilium Dei,  
& quid speciale auxilium. 57. 67
- Auxilij specialis subtractio cur est  
pœna peccati. 58
- Auxilium speciale necessarium ad  
credendum. 136
- Auxiliū necessarium ad poenitēdū  
vtrum negetur à Deo. 370
- .B.
- B**eneficium cui cōferendū. 102
- Beneficij debitores. 211
- Bonitas vel entitatiua, vel mo  
ralis. 337. moralis duplex. 405
- Bonitas, vel malitiā actus vnde su  
menda. 395. 405
- Bonum naturæ triplex. 373
- Bonum obiectum adæquatam vo  
luntatis. 14
- Bonum an possit homo facere, &  
velle absq; gratia. 136
- Bonum morale quid, & meritoriū.  
413
- Bona temporalia vel conducunt ad  
vitam æternam, vel non? & an ca  
dant sub merito. 126. & quomo  
do petenda. 127
- .C.
- C**aro quomodo spiritui con  
tradicit. 315
- Causa vniuersalissima Deus.  
23
- Causa naturalis virtutem inferiori  
bus causis tribuit ab illis tamen  
nullam virtutem recipit. 31. & est  
determinata ad vnū oppositorū.  
24. & causam determinari ad ali  
quem effectum, quid sit. 23
- Causa indeterminata. 24
- Causa efficiens principalis, & min<sup>or</sup>  
principalis qd, & quotuplex. 64
- Causa instrumentalis, moralis, me  
ritoria, &c. quid sit. 65
- Causa naturalis, vel moralis. 360
- Causa est agens ex intentione. 257
- Causa finalis motiua, siue impuls  
iua quid sit. 283
- Causa cessante, cessat effectus. 283
- Causa perse, & per accidens. 335. &  
causam per accidēs reduci ad cau  
sam per se quid sit. 335
- Causatur aliquid directē, vel indire  
ctē. 372
- Certitudo quid, & quotuplex. 69. le  
ge verb. fides, & spes.
- Charitatis, & gratiæ idem obiectū,  
& idem actus. 47. & quid sit, &  
formaliter à gratia distinguitur,  
& sunt vna virtus, & vnus habi  
tus numero, & eius effectus. 48.  
& est forma virtutum. 113. & per  
eam actus tripliciter refertur. 406
- Christi iustitiam imputari nobis  
quid sit. 87

Christus

# I N D E X

- Christus meruit primam gratiam.** 117. 121. & Christum mereri per nos, vel in nobis quomodo intelligendum. 110  
**Christus non est filius naturalis Adæ.** 215  
**Christianorum peccata grauiora, &c.** 309  
**Circumstantia quælibet an mutet speciẽ, & quid sit, & quotuplex.** 288. & est vel pura, vel non pura. 289  
**Circumstantia personæ quando cõfitenda.** 308. 309. & non est de essentia rei. 253  
**Cognitio speculatiua, vel practica.** 321  
**Concupiscentia quid.** 196. & ad peccatum inclinatur. 208. & quomodo concupiscentia oculorum, &c. est causa peccatorũ. 345. & quomodo dicitur peccatum. 235. & sumitur bifariam. 297. & eius obiectũ. 321. 325. & concupiscentia actus illiciti quid sit. 320  
**Cõcursus generalis, & specialis Dei quid sit.** 39  
**Conditio nihil ponit inesse.** 326. cõfessarius an teneatur omnes virtutũ, ac vitiõũ species scire. 290. & qui inter cõfitendum polluitur, quid facturus sit. 330  
**Coniugum actus circumstantiæ.** 188  
**Coniuges quomodo peccant in cogitatione copulæ in absentia.** 326  
**Consuetudo.** verb. mos.  
**Consensus voluntatis duplex.** 328  
**Consilium & cõsultatio de quibus** est. 26. & non est de fine in vniuersali. 13  
**Contemptus quando mortalis, & quibus modis sumitur.** 356  
**Continentia virtualis quid, & in Adam omnia indiuidua continentur.** 205  
**Contractus quando in conscientia nullus.** 16  
**Conuertuntur homines aliqui cur tardius.** 62. & an teneatur homo in primo instanti vsus rationis cõuerti in Deum. 393. & infra.  
**Cor volutatẽ quoq; significat.** 136  
**Crimen quid.** 234  
**Culpa quid sit.** 234. & an eius remissio sit prior infusione gratiæ. 96.
- D.**
- D**ebitum, & debitor dupliciter dicitur. 211  
**Decalogi præcepta quid præcipiant.** 158  
**Delectatio potentiæ sensitivæ.** 188  
**Delectatio carnis, & appetitus quã do venialis.** 317. 319  
**Delectatio morosa quod, & an cõsensus in illa sit mortalis.** 320  
**Delectatio morosa libidinis quomodo à delectationibus cæterorum peccatorum distinguatur.** 322  
**Delectatio morosa non est cum intentione patrandi actum.** 322. & eius obiectum. 320. 325. **Triplex eius occasio.** 327. & quomodo dignoscatur esse mortalis. 325  
**Delectatio, vel est in cogitatione practica, vel speculatiua,** vel

# X I N D E X

- vel in subtilissimo modo. 321. 322  
 Delectatio sub conditione, si talis  
 esset meamxor, mortalis. 326  
 Denominatio non fit ab actu tran-  
 seunte. 44. & est vel intrinseca,  
 vel extrinseca. 88  
 Deordinatio, siue deuiatio peccato-  
 ris. 170  
 Desertio diuina triplex. 368  
 Desiderare quod licet, & procurare  
 licet. 332  
 Deus causa vniuersalissima, & quo-  
 modo concurret cum causis secun-  
 dis. 23. 24. eius concursus genera-  
 lis, & specialis. 39. Deus diligen-  
 do hominem bonum facit illum  
 non autem vnus homo alium di-  
 ligendo. 41. Dei dilectio duplex.  
 42. Quarum causarum potest su-  
 plere vicem, & defectum. 45. &  
 quomodo potest vnum ens sine  
 altero conseruari. 47. Deum di-  
 ligere aliquid, quid sit, & suum  
 velle, & diligere est efficere, &  
 quid sit Deum concurrere, & au-  
 xiliari, &c. 42. 57. 58  
 Dei auxiliū quid, & quotuplex. 58  
 Deus quomodo nobis debitor. 100  
 Deus est finis hominum, & natura-  
 lis, & supernaturalis. 139. 397. &  
 naturaliter potest cognosci esse  
 super omnes creaturas diligen-  
 dus. 139  
 Deum diligere verbo dilectio, &  
 quando est finis naturalis, & su-  
 pernaturalis. 147. 247. & cur di-  
 ligitur. 147. & quomodo est cau-  
 sa peccati. 359. & quomodo est  
 causa moralis. 360  
 Deus nulla lege tenetur. 361. nec po-  
 test peccare. 365  
 Deus cur dicitur natura. 377  
 Deum offendere, & irasci quid. 377  
 Diabolus an sit causa peccati. 372  
 Dignitas cui conferenda, & illa &  
 beneficio dignus sit. 102  
 Dilectio Dei verbo Deus. 377  
 Dilectio Dei super omnia, vel in-  
 tensiue, vel extensiue. 142. & in-  
 fra.  
 Dilectionis Dei actus perfectus, vel  
 imperfectus. 144  
 Diligere Deum perfectē quomodo  
 poterat homo naturaliter in sta-  
 tu naturæ integræ. 145. & naturæ  
 lapsæ. 143. 148. 149  
 Dilectio perfecta duplex vna natu-  
 ralis, altera supernaturalis, & quo-  
 pacto differant. 147  
 Dilectio naturalis perfecta, vel im-  
 perfecta. 148  
 Dilectionis Dei, & hominis causa  
 formalis. 47  
 Diligere in communi quid sit. 42  
 Dispositio vel est directa, vel indi-  
 recta. 387  
 Distinctio formalis, & realis. 48  
 Dolor potentia sensitivæ quid, &  
 quotuplex. 187. 188  
 Dominium politicum, & despoti-  
 cum. 139

.E.

**E**ffectus malus tribus modis ex  
 aliqua actione potest oriri.  
 Effectus quilibet ad suam cau-  
 sam reducitur. 360

Electio

# I N D E X

**Electio propria liberi arbitrij est operatio, & est mediocrum, & non finis, & quæ ad illam præmittenda, & quid sit.** 10. 11. 17

**Eleemosynæ circumstantiæ.** 288

**Entium realiter distinctorum quomodo potest Deus vnum sine altero conseruare.** 47

**Episcopatum an liceat desiderare, & procurare, & quis eo dignus sit.** 333

**Excusatio an sit in bonum excusatio.** 371

**Excommunicationem quando non incurrit, qui causam peccato dedit.** 263

## .F.

**Fidei obiectum formale, & materiale.** 46. 133. & eius certitudo. 69. & an possit haberi, & quomodo. 74. & est donum Dei. 79. & fundamentum omnium virtutum, & quid sit. 94

**Fides humana & diuina, quomodo differant, & ab opinione distinguantur.** 134

**Fides humana quomodo de articulis fidei haberi potest.** 134

**Fidei catholicæ actum nemo potest sine auxilio speciali elicere.** 135

**Fiducia quid sit.** 76. & potest in pluribus collocari. 78. lege ver. spes.

**Filius naturalis quis dicendus.** 214. 220

**Filij cur propter peccata parentum castigantur.** 218

**Finis quomodo debet in rebus humanis constitui.** 399

**Finis in vniuersali non est consultatio.** 2. 3. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

**Finis bonæ voluntatis sit ne vnus, an plures.** 396

**Finis quid.** 139. & quando est sub precepto. 153. & in moralibus vicem formæ gerit. 337. finis vltimus omnium bonarum voluntatum vnus, &c. 398

**Finis, & obiectum idem.** 283. & intentio. 400

**Fomes peccati quid, & in omnibus præter Virginem sanctissimam viget.** 177. 178. 196

**Fundamentum alicuius rei quid.** 312

**G** Audij ortus. 311

**Gratia operans, siue excitans, siue præueniens, & cooperans, siue adiunans, & quid sit.** 30. & quomodo differant. 31

**Gratiam esse, & quid eius nomen significet.** 34. 36. & de eius diuisionibus. 39

**Gratia gratis data, &c.** 38. 39

**Gratia generalis, & specialis.** 40

**Gratia gratū faciens duplex.** 40

**Gratia præueniens, & subsequens, & quid sit.** 60. 61. 62. 63

**Gratia operans, & cooperans quid, & quomodo eadē.** 41. 49. 56. 59. 60

**Gratiæ definitio.** 42. 49. 80. & forma inhaerens est. 44. & ex natura rei non facit hominem gratum, & de potētia absoluta posset sine illa homo esse gratus. 45

**Gratiæ & charitatis idem obiectū, & idem actus.** 47. & formaliter

II. Part. Gg di-



# I N D E X

- distinguntur, & sunt vna virtus, & vnus habitus. 48. & de eius effectibus. 48. & de eius subiecto, & quomodo paruulis & adultis inest, & est maior in vno subiecto, quàm in alio. 52. & est habitus, & iustitia supernaturalis, & immediatiùs subiicitur in voluntate. 55  
 Gratia excitans, & quid sit. 61. 62  
 Gratia gratum faciens, & gratis data. 63  
 Gratia reddit hominem Deo similem. 64. & eius causa principalis & meritoria. 65. & a. detur sine aliqua dispositione. 66. & quando datur facienti, quod in se est. 67. & eius certitudo an possit haberi. 71. & quæ desiderat, & quæ eius signa. 73  
 Gratia gratum faciens perficit voluntatem, gratis data intellectû. 92  
 Gratia infusio an sit prior remissione culpæ. 95. & poenitentiâ perfecta. 97  
 Gratia prima an cadat sub merito. 117. 121  
 Gratia augmentum, & eius perseverantiam an possit aliquis promereri. 124. eius effectus sunt purgare, illuminare, & perficere, & excitare. 128. 129. & an faciat esse sine peccato. 129  
 Gratia est necessaria ad cognoscendas veritates. 132. ad credendum. 133. ad volendum & faciendum bonum. 137. & ad diligendum Deum super omnia. 142. ad præcepta seruanda. 151. ad gloriam promerendam. 163. ad poenitentiam. 165. & præparatio ad gratiam. 165. ad resurgendum à peccato. 170. Ad cauenda peccata. 173. 180. ad perseverandum in illa. 183. & an gloriam possimus sine illa promereri? 163  
 Gratia, quæ præcedit iustificationem quid. 168  
 Gratia gratum faciens à iustitia originali quomodo differat. 180. & quid præstet animæ. 182. & confirmati in illa, & in eadem perseverantes. 183. 184. & eius triplex effectus. 368  
H.  
**H**abitu homo ad vnum tantum inclinatur. 8  
**H**abitus ad quid dantur. 43. 55. & quo differant à potentia. 48  
**H**abitus idē inclinatur ad suos actus, & ad euitanda contraria. 186  
**H**æreses confutantur. 4. 5. 25. 27. 28. 34. 36. 44. 67. 70. 74. 78. 85. 90. 93. 100. 108. 109. 121. 129. 136. 142. 147. 150. 152. 155. 163. 167. 175. 176. 179. 181. 194. 196. 198. 208. 211. 214. 225. 227. 228. 242. 281. 282. 292. 359. 372. 376. 408. 418.  
**H**æresis est in intellectu. 312  
**H**æreticum quid. 44  
**H**omo liberi arbitrij vsum habet, verbo liberum arbitrium.  
**H**omo diligendo non facit bonum dilectum. 41  
**H**ominis status sex, & quomodo differat.

# I N D E X

- differant. 138. & quid in statu natura integræ poterat, & quid in statu naturæ corruptæ. 137  
 Homo in statu innocentia an habuerit iustitiam originalem. 187  
 Hominis proprietates, vel sunt naturales, vel personales, &c. 217  
     I.  
**I**gnorantia vulnus peccati originalis est. 133  
 Impossibile morale, & metaphysicum. 174  
 Imputari iustitiam Christi nobis quid sit. 87  
 Impotentem qui se reddit ad votū, &c. adimplendum; an peccat. 259  
 Inclination naturalis quid. 373  
 Inclination naturalis an per peccatū deleatur. 374  
 Inclination siue affectio ad bonū duplex. 380  
 Indurari cor quid. 119  
 Induratio trifariam accipitur. 368  
 Infidelium opera omnia an sint peccatum. 412  
 Inimici vindictam cogitare quomodo mortale peccatum. 324  
 Intellectus varia sortitur nomina. 1.  
 Intellectus vel perfectè, & plenè, vel è contra aduertit. 325  
 Intellectus ligatur plerumq; ab appetitu sensitiuo libidinis, & iræ. 438.  
 Intentio multis modis capitur. 401  
     402.  
 Intentio triplex. 113. & an sola sufficiat ad meritum. 396. non debet in humanis rebus constitui. 518  
 Intentio an sit actus solius voluntatis. 402. & an sit vnus actus tantum. 403  
 Irregularitas. 388  
 Iudex legibus arctatur. 7  
 Iudicum peccata grauiora. 396  
 Iudicium constat iudice, accusatore, & reo. 239  
 Iuramento quid confirmari pōt. 73  
 Iustificationis ethymologia & eius variæ definitiones. 81. 83. iustificationis opera, & genera. 9. 29. in ea aliquid solus Deus operatur, aliqua nobiscum. 58. & non est sola remissio peccatorum. 86. illius causa quæ requiratur. 93. 94. eius radix est fides. 94. & an fiat successiue. 97. & est maximum Dei opus & maximum miraculum. 98. eius dispositiones. 168  
 Iustificato omnia peccata remittuntur. 84. & est talis à iustitia inherente sibi. 87. & quomodo adultus iustificatur. 93  
 Iustitiæ variæ significationes. 82. est vel commutatiua, vel distributiua. 102  
 Iustitiam Christi imputari nobis quid sit. 87. & quæ nobis inheret, cur dicitur Dei, & nostra. 88. & qua iusti efficiuntur non est vna qualitas, sed triplex. 88  
 Iustitiæ originalis dominium. 151. & est naturalis. 152. 217. & differt à gratia. 180. & quid sit. 186. eius effecta. 191. an distinguatur à gratia gratum faciente. 192. & quomodo omnibus concessa. 211. &

# I N D E X

erat traducenda. 214. 217. lege  
in verbo originalis.

Iustus dicitur nemo formaliter à iu-  
stitia, quæ est in Christo, sed à iu-  
stitia sibi inhærente. 89

Iusti quomodo mereantur vitam  
æternam. verb. meritum iustorū  
opera, & psecutiones quomodo  
dicuntur esse Christi. 109. an me-  
reantur primam gratiam alijs &  
reparationē post lapsum. 121. 2. 3.

**L**ex est vel imperatiua, vel iudi-  
catia. 248. item vel æterna,  
vel temporalis, & æterna bi-  
fariam consideratur. 249

Lex naturalis aliter obligat, quàm  
humana. 249. contra legem agit  
aliquis bifariam. 276. leges super-  
uenientes, vel transferunt mate-  
riam ad aliam virtutem, vel non.  
286. lege aliqua Deus nō tenetur,  
& quis illa teneatur. 361. lex mē-  
brorum quid sit. 196

Libertas diuersimodē sumitur. 6. e-  
ius radix, & causa. 12. triplex. 21. 25  
& quomodo est in intellectu. 312.  
nec tollitur à necessitate, nec per  
peccatum, nec minuitur, & æquē  
est in angelo, & deo. 21

Libertū arbitrium an sit? & quid no-  
men significet. 4. 6. eius nomen  
non reperitur in sacra scriptura,  
sed res significata, & cur duabus  
vocibus explicatur. 7. & confide-  
ratur duobus modis, & quid sit. 8.  
& ppria eius operatio est electio  
. 10. 11. & supponit pro potētia ap-

petitiua cōnotando cognitionē. 11  
Libertū arbitrium habet officium iu-  
dicis, & quomodo philosophi il-  
lud cognouerunt. 7. 8. An possit  
cogi, vel compelli. 14. 23. nō est de  
eius essentia posse peccare. 17.  
eius natura in gloria non muta-  
bitur. 17

Libertū arbitrij subiectum. 17. vtrū in  
conueniat creatori. 18. & quomo-  
do æquē in omnibus est, & cur li-  
berum dicitur. 21. & est in angelis  
& dæmonibus. 20. & in homini-  
bus in omni statu. 18. fuit quoq;  
in Christo. 21

Libertū arbitrium an sit necessario-  
rum. 261. & per peccatū extenua-  
tur, & non perditur, & quid pos-  
sit. 28. & eius vsus in quo cōsistat,  
& quod à libero arbitrio differt.  
24. estq; eius vsus in homine. 25.  
eius obiectū. 27. & quorū actūū  
fit, & quis sit principalis eius a-  
ctus; & an possit in malum: & vn-  
de liberum, & arbitrium. 26. 27

Libertū quid, & differt à volūtario. 15  
Libidinosa cogitatio cur nō statim  
reijcitur. 315

Lupanaria ædificare quando pec-  
catum. 305

.M.

**M**acula quamdiu manet in  
anima. 374

Macula, reatus, offensa pec-  
cati effectus. 377

Macula peccatoris quid. 205

Malitia quid, & peccatum ex mali-  
tia quid. 351. & infra.

Ma

# I N D E X

|   |  |
|---|--|
| <b>Malum culpe, &amp; poenæ quid.</b> 199. & malum morale vel simpliciter, vel secundum quid, & quid utrūq; 239. 240. Mala quædam quia prohibita, quædam ex natura rei 249. & cur prohibentur. 251. Mala intrinsicè nobis innotuerunt. 249. malum morale. 359   | modo à merito de congruo differat. 121. meritorius actus an requirat actualem relationem in Deū 114. & eius finis. 163   |
| <b>Materia prima sub forma substantiali non violentatur.</b> 14   | <b>Metus quid tollat in contractu.</b> 16  |
| <b>Medium feruare quid.</b> 188   | <b>Missæ omisio ex obliuione peccatum.</b> 255. & quando non audienda. 306   |
| <b>Mens superior, &amp; inferior.</b> 4   | <b>Mors prima, &amp; secunda.</b> 269. 270. & est effectus peccati. 376. & an sit modo homini naturalis. 376   |
| <b>Meretricibus domum cōducens succum vendens, amacium, vel epistolam ducens, quando peccat mortaliter.</b> 304   | <b>Moralis bonitas.</b> 337  |
| <b>Meritū an sit, &amp; quid significet nomen, &amp; eius varias diuisiones, &amp; quid sit.</b> 100. & requirit quatuor. 104. 395. eius principia. 8. & actus meritorij principia. 80. lege verbo actus.   | <b>Mortale peccatum idem numero possit ne fieri veniale.</b> 389   |
| <b>Meritoriè operandi principium, &amp; initium à Deo est.</b> 32. Merentur iusti de condigno apud Deū. 105. & quibus titulis gloriam merentur. 108. & mereri primā an possit aliquis sibi. 116. vel alteri. 121. & quomodo homo de condigno possit mereri. 164. an possit quis bona temporalia promereri. 126. merendi principium. 112 | <b>Mos populi pro lege habetur.</b> 160  |
| <b>Meritum est actus misericordiæ, &amp; gratiæ.</b> 108. eius fundamentum gratia. 108. 109. An requirat nouā acceptationem. 111. meritum de congruo. 119. Meritum de condigno respectu primæ gratiæ quo-   | <b>Motus quatuor requirit.</b> 95. eius successione causa. 97  |
|   | <b>Mulier peccet ne grauius cum monacho, &amp;c.</b> 287. mulier nupta ornans se quando non peccat, & etiam virgo. 306. mulierem ad peccandum inducere sit nō grauius peccatum homicidio. 307  |
|   | .N.  |
|   | <b>Natura vel niuersalis vel particularis, &amp; quid utraq; sit.</b> 376. natura integra vel vulnerata. 139. lege verbo status naturæ corruptio. 139. 170. quomodo nobis communicatur. 205. nature viribus quæ mala possit homo reparare. 172 |
|   | <b>Naturale quid.</b> 152  |
|   | <b>Naturaliter aliquid facere quid sit.</b> 142  |
|   | <b>Nephas quid.</b> 234  |
|   | <b>Nocumentum multis modis consideratur.</b> 300   |
|   | II. Part. Gg 3 Obe-  |



# I N D E X

.O.

- O** Bedire an teneatur christiani principibus secularibus, & subditis praelatis. 424
- Obedientia duplex. 426
- Obiectum adæquatum voluntatis est bonum. 14. obiectum proprium cuiuscunq; potentia quid sit.
- Obiectum formale, materiale quid 289. obiectum formale, & materiale fidei. 46. obiectum, & finis idem. 283.
- Occasio est agens præter intentionem. 257
- Omissionis peccatum dupliciter committitur, & non est de essentia illius actus præcedens, siue concomitans. 253. omisio quando voluntaria, & ad culpam imputanda. &c. 255. multæ omissiones liberae, non tamen voluntariae. 256
- Omissionis actus sequens, vel præcedens ad sit peccatum. 256
- Omissio venialis, vel mortalis. 252
- Omissionem actus concomitans, vel est causa illius, vel non. 257. & an sit peccatum distinctum ab omissione. 259. & an sit omisio peccatum. 251. omisio, quæ non est in potestate omitteris tempore, quo fit, fuit tamen antea, an sit peccatum. 259. 261. omissionis peccatum quando imputandum. 262. omittat ne semper vir quantumlibet perfectus. 264. omissionis grauitas unde colligenda. 265. omissionis peccatum quid. 252
- Opera nostra quomodo vitæ æternæ digna. 103. 104. 163. operum, quæ ad nostram iustificationem pertinent, tria genera. 29. opera naturalia ad quid valent. 164
- Operatio transiens, vel immanens, & eius subiectum. 311. vitalis operatio. 361. operationes supernaturales quomodo sint in nostra potestate. 186. operationum nostrarum regula. 238. 249. & earum malitia. 249. operationes liberae à fine distinguntur, & à naturalibus quomodo differant. 282. spirituales in finem temporalem referri non debent. 398. & in Deum referendæ. 397
- Opinio à fide humana differt.
- Oratione quid non petendum. 184.
- Originalis iustitiæ duplex effectus. 205. an habuerit illam homo in statu innocentia. 187
- Originale peccatum omnes, dempta Virgine sanctissima, & Christo Iesu, contrahunt. 206. eius etymologia, & cur ita dictum. 207. Varia eius nomina. 196. & quomodo est vnum, & plura. 197. & est voluntarium, & legis transgressio. 200. 201. & quid sit. 203.
- Originalis peccati vulnera, & quomodo permanent. 179. 108
- Originale peccatum nostrum quo pacto est Adæ. 206. & infra, & eius effectus primus. 210. & quomodo contrahatur, siue traducatur.



cur. 213. & medium quo contrahitur. 216. 222

Originale Christus de lege non contraxit, & qui de lege contrahunt illud. 215. 222. Vtrum Adam non peccante, filij illud cōtraxissent.

220. & filij nati antequam peccasset, Adam postea peccante, illud contraxissent. 221. formatus miraculosè non contraheret. 222.

Heu peccante, non contraheretur. 222. subiectum illius. 223.

remittitur per baptismum. 224.

remedium illius cur vnum. 225.

effectus illius. 226. 227. pœna illius. 228

Otiosum verbum quid. 409

.P.

**P**ater naturalis quis dicendus? 215

Parentum peccata, præter originale, non traducantur in posteris. 218. 221

Paruuli sine baptismo decedentes qua pœna plectentur, quam cognitionem habebunt, &c. 229. & comparebunt in die iudicij. 229.

& diligunt Deum amore naturali. 229. & non erit de illis iudicium. 230. & habebunt cognitionem finis supernaturalis. 230. & nullam patientur tristitiam, propter priuationem beatitudinis.

231. in quo loco post diem iudicij erunt. 231

Passio ab assuetis non fit. 188

Peccati definitio, & principium. 232

& quomodo vnum est pœna al-

terius. 380. appellatur varijs nominibus. 334. & sumitur multis

modis. 235. & eius variæ diuisiones. 236. 296. eius dispositiones timor & amor. 237. & variæ eius definitiones. 237. & partes illad cōponentes, & quando actus erit

peccatum. 238. & habet suum genus, id est, materiale, & suam formam, id est, formale. 238. & an sit

pro formali pura priuatio, vel aliquid qua entitas positiva. 239. & eius formale duplex. 240. 240. & peccatum pro materiali, & pro formali, & quibus nominibus appellatur. 203. & pro formali an sit,

non solum culpa verum etiam pœna. 379. & quid sit. 242. & cuius boni sit priuatio. 243. & an sit de eius ratione magis auersio à Deo, quam conuersio ad creaturas. 244

Peccato auertitur homo à Deo, & de duplici auersione. 244. & quando malum morale, & quando malum simpliciter. 245

Peccatum quomodo est Dei offensiuum. 246. & potest naturaliter cognosci esse tale. 247. & an sit conclusa omni lege. 248

Peccata penes quæ specie differant. 297. & mortale peccatum quid, & quot modis sumatur. 269. 322. & cur ita appellatur. 270. & quo modo agnoscendum. 271. mortalis & venialis diuisio. 277. & discrimen. 279. & quo modo differant specie. 360

# I N D E X

- Peccata vtrum distinguantur specie propter diuersa præcepta. 285. & an sint connexa. & eorū vna origo, & quomodo vnum peccatum trahat aliud. 291. & quomodo sint paria. 292
- Peccati subiectum an sit sola voluntas. 310. est nomen analogum. 311. est operatio immanēs. 311. peccatum esse formaliter, & fundamentaliter in aliqua potētia, quid sit. 311. est quoq; in alijs potentijs. 313. & an sit in sensualitate. 313. & illorum cognitio speculatiua, & practica. 321. & potest esse in portione superiori. 333
- Peccatū omne voluntarium. 415. & quomodo transit. 419. & actus interior & exterior vtrum sint vnū, vel plura peccata. 416. peccatum remitti quid sit. 65. 416. & 419. & an remittatur sine gratiæ infusione, & illius detrimenta. 170
- Peccati radix origo. 426. & eius fomes quid. 117. & ordo patrandi illud. 117
- Peccatū habeat ne causam, & quomodo. 334. & habet tres causas interiores, voluntatem, rationē, & potentiam sensitiuam. 336. & exteriores ei⁹ causæ sunt homo, dæmon, & obiectū sensibile. 336. 359
- Peccatum vnum est alterius causa. 173. & secundum quadruplex genus causæ. 337
- Peccati an sit Deus causa. 359. & quomodo est diabolus, & voluntas causa. 372. & causa peccati vel est directa, vel indirecta. 361
- Peccati causa efficiēs, & finalis. 297. & eius causa, & occasio quomodo peccatum. 257
- Peccatum an sit à bona causa. 338. & quomodo sit causa peccati. 338. & intellectus an sit causa peccati. 339. & an appetitus sensitiuus. 339. & amor sui oīs peccati causa. 344
- Peccatum quibus prohibetur. 337. & quæ illud prohibeant. 355
- Peccatum tria importat. 359. & est vitalis operatio. 361. & dicitur per sonæ, vel naturæ. 200. 205. & transeunte actu permanet per modū habitus. 204
- Peccatum relinquere, siue ab eore surgere, quid sit. 170. 171. 180
- Peccatorum grauitas vnde petēda. 293. 294. 297. 398. 299. 307. 309. 310
- Peccatum est contra rationem, & quo magis contra illam. 293
- Peccata carnalia sint ne spiritualib⁹ deteriora, & quæ sint. 296
- Peccatum carnis cum monacho an sit grauius, quàm cum simplici sacerdote. 287
- Peccata publica grauiora. 302. & platorū peccata grauiora. 309. & peccatum procedens ex passione appetitus sensitiuū quando grauius. 345. & vnus speciei erunt. 348
- Peccatum à carnis passione proficiens aut sit mortale. 350
- Peccata ex infirmitate quæ sint. 343 & ex certa malitia. 351. & infra.
- Peccatum omne est cōtra naturam, & quomodo voluntas respectu illius

# I N D E X

- illius inclinatur. 354  
 Peccato cui libet an respondeat pœna æterna. 382. & quando tēporalis? 383. & an sequens peccatū sit præcedentis peccati pœna? 381  
 Peccatum vnum potest sub diuersis speciebus cōtineri. 375. & quādo peccata numero distingūtur? 259  
 Peccatum quando imputatur, licet non possit vitari. 255. peccato causam dans, si antequam sequatur, pœniteat imputabitur ne illi sequens peccatum? 263  
 Peccatum in Spiritum sanctū. 420  
 Peccatum quomodo transit cū natura. 205  
 Peccatum Adæ quomodo præuaticatio iustitiæ. 205. & quomodo illi remissum. 205. leg. verb. Adā.  
 Peccata quomodo possūt vitari. 173  
 Peccata parentum non traducuntur in posteros præter Adæ peccatum. 218. 221  
 Peccatū mortale. & veniale an sint eiusdem malitiæ. 386  
 Peccatum an corrumpat bonū naturæ. 373. & peccatorum vulnera. 375. & peccati effectus est priuatio. &c. 375. & effectus illius quoad corpus. 376. & est præcipuus eius effectus macula. 375. & an sit etiam reatus eius effectus. 378. mala illius. 86  
 Peccatum veniale verb. veniale, & peccatū omissionis ver. omisio.  
 Peccatum commissionis non est sine actu. 256  
 Peccare quid. 204. & peccare ex cōtemptu. 356. peccatur ex solo habitu malo quando. 354. peccandi potestas an sit à Deo. 421. peccat nemo in eo, quod vitare non potest. 25. peccandi propositum per annum habens an vnum tātum committat peccatum? 260  
 Peccator dupliciter in peccato permanet. 204. peccator auersus à Deo. 165. peccatoris conuersio quod exigit. 60. & an possit aliquis sine peccato esse. 132. & odio haberi à Deo quid sit. 209  
 Perseuerantia, & quomodo necessaria. 183. & infra.  
 Pœnarum diuisio. 218. pœna quod sit. 380  
 Pœnitere quomodo potest homo. 165. & infra.  
 Pollutio, vt non imputetur. 263. 318  
 Porcio superior, & inferior. 4  
 Possibile morale, & logicū, siue metaphysicum. 174  
 Potentiam concedimus simpliciter posse operari, quāuis sæpe se sola non possit. 186. potentia sensitivæ delectatio, & dolor. 188  
 Potentia cognoscendi, & appetendi quid? & appetendi vel irascibilis, vel concupiscibilis. 314. & in spiritualibus quid. 314. & subiicitur voluntatis imperio & resistit. 315  
 Potentia quo differat ab habitu. 48 & volendi, & efficiendi potentia diuersa in creaturis, sed non in Deo. 57  
 Potestas peccandi an sit à Deo. 421  
 Potestas omnium superiorum an

# I N D E X

**fit à Deo.** 423  
**Præbenda cui conferenda.** 192  
**Præces pro quibus non effundæz.**  
 184  
**Præcepta de quibus dantur.** 30. 285.  
 & observantur, vel quò ad sub-  
 stantiam actus tantum, vel etiam  
 quò ad intentionem præcipientis.  
 143. & quomodo quo ad sub-  
 stantiam actus in mortali possint  
 adimpleri. 153  
**Præceptum dilectionis Dei quo-**  
**modo à cæteris differt.** 146. & po-  
 test adimpleri. 149. lege verbo.  
 dilectio.  
**Præcepta omnia adimplere quo-**  
**modo intelligitur.** 151. & infra.  
**Præceptis aliquando solus actus, ali-**  
**quando finis præcipitur.** 153. &  
 sunt vel affirmatiua, vel negati-  
 ua. 157 & non est præceptum im-  
 ponendum nisi, &c. 158. lege in li-  
 tera. 5.  
**Præceptorum naturalium, & super-**  
**naturalium distinctio.** 151  
**Præceptum, in quo actus & modus**  
**præcipitur est vltima dispositio**  
**ad gratiam.** 160. & quomodo dif-  
 ferat ab eo quod non est vltima  
 dispositio. 158. & non omne indi-  
 get gratia ad sui observatiã. 160. &  
 quæ sine grã servari nequeunt. 161  
**Præceptum adimplere non est ab**  
**eo excusari.** 158. & vnus & ideim  
 actus potest pluribus præceptis  
 præcipi. 285  
**Præcepta primæ & secundæ tabulę**  
**quomodo differant.** 158

**præcepta ecclesiæ non seruans, pro-**  
**pter infirmitatem culpa sua con-**  
**tractam, quando peccat.** 349  
**Præmium rei dupliciter dicitur esse**  
**æquale.** 107  
**Prædestinationis, & reprobationis**  
**signum.** 62  
**Prædicationis, & prædicatoris finis.**  
 398  
**Prælatio an sit à Deo.** 423. & an fuis-  
 set in statu innocentix. 414  
**Prælatis, & superioribus, etiã sæcula-**  
**ribus quomodo sit obediendũ.** 424  
**Principia prima quæ sint.** 132  
**Priuiligium quid.** 179  
**Promissa Dei quomodo intelligen-**  
**da.** 76  
**Promissa seruanda.** 107  
**Proprietates hominis variè diuidun-**  
**tur.** 216  
**Punitur ne aliquis pro aliena culpa.**  
 384

## .Q.

**Quæritur aliquid multis modis.** 399

## .R.

**R**eatus quid sit, & an sit peccati  
 effectibus, & quibus nomi-  
 nibus appellat. 170. 378. 419  
**Regulæ metiendi actiones humanas**  
 245. 249. & quid sit contra regu-  
 lam, & animam. 427  
**Relatio operis in Deum triplex.** 189  
**Religiosi merentur.** 410  
**Reparationem post lapsum an pos-**  
**sit aliquis mereri.** 122  
**Res naturales à forma, res verò mo-**  
**rales à fine habent esse essentia-**  
**le.** 189

Sacer-



# I N D E X

|  |   |
|--|---|
| <p><b>S</b>acerdotum peccata grauiora. 309</p> <p>Sacramenti receptionis preceptū aliud est à præcepto dignæ receptionis. 318</p> <p>Sãcti quomodo gratiã impetrēt. 122</p> <p>Sapientium peccata grauiora. 309</p> <p>Scandalum pusillorum vitandum. 257, 305, 322.</p> <p>Scelus quid. 234</p> <p>Scientiæ obiectū materiale; &amp; formale. 46</p> <p>Scientiæ vniuersalis; &amp; particularis inconsideratio; &amp; non recordatio quibus modis contingit. 341</p> <p>Seminalis ratio quid sit. 214, 215</p> <p>Senes libidinose grauius peccant, quàm iuuenes. 297</p> <p>Sensualitas quid; &amp; an sit in ea peccatum. 313; &amp; obtemperati intellectui; &amp; voluntati; &amp; quando est in ea peccatum; est ne omissionis. 315; &amp; quo modo sit in ea mortale; &amp; sumitur dupliciter. 319</p> <p>Seruitus duplex. 424</p> <p>Spes duplex; &amp; quid vtraque. 79; &amp; an possit de ea haberi certitudo. 76; &amp; de quibus habetur. 78; &amp; in quibus collocanda. 79</p> <p>Species intelligibilis suo modo habitus quidam est. 55</p> <p>Status naturæ integræ; siue innocentia. 138; &amp; in eo quo modo peccatum potuit esse veniale. 390</p> <p>Subiectum in hæsiōnis; &amp; perfectionis. 53</p> <p>Superiorum potestas an sit à Deo. 423; &amp; quo modo illis obediendum. 424</p> | <p><b>T</b>imor. 77</p> <p>Tristitiæ ortus. 321</p> <p><b>V</b>identes infidelibus; &amp;c. quando peccant mortaliter. 414</p> <p>Vendentes ornatus mulierum; &amp;c. 415</p> <p>Venialia peccata an per totam vitam possint vitari. 176. tria illorum genera &amp; quo modo differant. 176. &amp; quando veniale sit mortale. 176. &amp; cur tot habeat remedia. 225. &amp; quæ sint. 273</p> <p>Veniale quid; &amp; quot modis sumitur. 168, 170. &amp; quo modo agnoscendum. 171. &amp; an sit simpliciter peccatum. 174. &amp; an sit contra legem. 175</p> <p>Veniale an sit dispositio ad mortale. 87. &amp; an possit idein numero fieri mortale. 388. &amp; an causet maculam in anima. 389</p> <p>Venialia multa an possint vni mortali æquivalere. 388. &amp; an per lignum; &amp; fœnum; &amp;c. intelligantur. 390</p> <p>Veniale an sit compossibile cum solo originali. 392</p> <p>Verbum otiosum quid. 340</p> <p>Veritates quomodo cognosci possunt. 132</p> <p>Via hominis quæ. 171</p> <p>Vidua peccat quomodo in cogitatione copulæ præteritæ. 326</p> <p style="text-align: right;"><b>Vie-</b></p> |
|--|---|



# I N D E X

- Violentum** quid. 14  
**Virtus** quid. 79. & virtutibus, & virtijs finis dat esse. 113. & virtus vel est naturalis, vel personalis. 217  
**Virtus**, & vitium opponantur directè, vel indirectè, & quid vtrumque. 294  
**Vita** hæc miraculosa.  
**Vitæ æternæ** promereri, &c. 164  
**Vitalis operatio** quæ. 361  
**Vitiū** vel naturæ, vel personæ. 217.  
     lege verb. virtus.  
**Vitium** omne est contra naturam. 354  
**Voluntas** quid. 4. & habetq; duo nomina. 11. & variè eius nomen sumitur. 400  
**Voluntas** nomine cordis intelligitur. 136. & nõ est determinata ad vnum, & radix eius libertatis. 12. & an possit cogi, seu compelli. 14 & potest à Deo cogi. 16. & eius inclinatio ad quid; & eius obiectū adæquatum. 14. voluntatem induci, aut violentari, & compelli multipliciter, &c. 14. 15  
**Voluntas beneplaciti**, & signi ipsius **Dei**. 31
- Voluntas** cur non conformat se rationi. 145. & an possit à sensitivo appetitu moueri. 339. & eius duplex assensus. 422. & 329. 351. & quomodo ad bonū. & quod modis ad malum inclinatur, & corrumpitur. 354  
**Voluntatis bonæ** an sit vnus tantū finis. 396. & quomodo omnium bonarum est vnus finis vltimus, & malarum non. 398  
**Voluntas** quando mala. 401. & vtiū sit idem cum intentione. 400  
**Voluntarium** quid. & differt à libero. 15. & est vel in se, vel in sua causa. 200. & dicitur trifariā. 314  
**Votum** de eadem re duplicatū an magis obliget. 287. & nõ amplius extenditur, quàm vouentis voluntas, & intentio. 426  
**Vfurario** domum locans, vel ædificans quando peccat mortaliter. 304  
**Vulnera** originalis peccati, & quomodo permanent. 180  
**Vulnera** peccatorum. 375  
**Vxor** viro suo obediens meretur. 335

## F I N I S.



M A D R I T I

Ex officina Petri Madrigalis,


Anno M. D. LXXXVI.

M A D R I D

Ex officina Petri Madrigalis

Anno M. D. LXXVI.







Anglo-Saxon

B

1204 (I-II)